CERTITVDINIS
MEDICINÆ VNIVERSÆ
Curiosa, & accurata
CONSTITVTIO
IN QVA
MEDICINA DIVIDITVR EX HIPPOCRATIS, & Galeni Mente, in partem principalem sensibilem, in speculabilem æquè tum scientificam tum coniecturalem per earum principia, nec non in Moralem, ac denique in Metaphisicam.

QVARVM

MEDICINAE PARTIVM QVAECVNQVE SIBI propriam continet felicitatem, ob eius certitudinem, nempe factiuam, speculatiuam, actiuam, & diuinam.

HINC


De Medicinæ certitudine ex parte sensibili, speculabili, morali, & metaphisica agitur. Quatenus certitudo ipsa aptissima est ad Medici optimi vtranque assequendam felicitatem.

Cuncta potissimum Hippocratis, Aristotelis, & Galeni doctrina constituta, & illustrata, & in sex libros distributa.

Cum Indice copiosissimo, & vtilissimo adnotationibus, & dilucidationibus prædito.

AVTORE VALERIO MARTINIO VENETO, Philosopho, & Medico.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.



VENETIIS, M DC XXVIII.

Apud Io. Baptistam Combum.

FERDINANDO ERNESTO
INVICTISSIMO,
ET POTENTISSIMO.

Hungariæ, & Boemiæ, &c. Regi, Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Marchioni Morauiæ, Duci Lucemburgiæ, ac superioris, & inferioris Silesiæ, Vvitembergæ, & Tecka. Principi Sueuiæ, Comitis Haspurgi, Tirolis, Ferretti, Kiburgi, & Guritiæ. Landtgrauio, Alsatiæ, Marchioni. S. P. D.



VALERIVS MARTINIVS VENETVS
Philosophus, & Medicus.



Ro certò haberem, cum cæteris numeris Serenissime Erneste, si ingenui animi tui ornamenta memoria, ac relatione complecti vellem, fore, vt tuarum pondere laudum, quas meres, obrutus magis ingenij mei imbecillitatem detegerem, quam tuam virtutem, sicut par est, repræsentarem. Quare tacito sermone, mente autem solicita tuam omnium potius mirabor expectationem quam inconcinnis verbis exprimam. Hoc vnum sit satius, te ab inuictissimo Imp. Ferdinando ortum trahere, à quo vno Germania amissa, vel desperata pace donari potuit, qui plurimis triumphis ea peperit, quæ hæreditaria virtute, & tu pariter tueri valebis. Testantur Hungaria, & Boemia regio te nomine decorantes; tanti enim honoris meritum solius virtutis studium præstare cognouerunt. Sed præ omnibus animi ornamentis humanitatis dulcedo, vt videre est, tuum in ingenium ita penetrauit, vt non arduum, aut difficile reperiat iter ad tuum pectus grati animi significatio, & ne tanto patri degener videaris, ad tuam tutelam profugientes constantissimè, & fortissimè defendere coneris. Verùm præter cætera maxima tum necessitudo, pariterq; cognatio, quæ mihi cum sapientissimo Fratre Sabino plurimos annos apud Patrem tuum inuictissimum concionatoris munere functo mihi intercedit, donauit animo, quo nouissima hæc mea volumina tibi commendata voluerim, vt vnà, & Patris Patrocinium, & Filij defensionem vno obseruantiæ, de uotionisq; meæ pignore adipiscerer. Vale, Nestoreosq; annos vitali rore frui liceat.

QVISQVIS.

MOLES. ATLANTICAS.

CERNIS.

OPVS. GRANDE.

HERCVLEVM.

MARMORIBVS.IN.IPSIS.LECTISSIMIS.

BOEMIÆ. ET. HVNGARIÆ.

ÆTERNVM. REGI. MAXIMO.

P. M.

ERNESTO. FERDINANDO.

AVGVSTISSIMI. CÆSARIS. AVGVSTISSIMO. FILIO.

EXPECTATISSIMAM.CVIVS. EXCELSI. ANIMI. INDOLEM.

MORTALIBVS. CONSPICVAM. VNIVERSIS.

VIRTVTVM.OMNIVM.SEGETE.FÆCVNDISSIMAM.

AVSTRIACI. DECVS. SANGVINIS. ORBIS. ATQ; INCREMENTVM.

AVGVRATVR. FVTVRAM.

CERTISSIMVM.

HVIC VALERIVS. MARTINIVS.PHYLOSOPHVS. MEDICVS. VENETIARVM.

VENERATVS. IN. IPSA. SPIRANTEM. PATRIS. CÆSARIS. MAIESTATEM.

PERPETVÆ. M. OBSERVANTIÆ.

OPVS PRÆSENS. ET. ANIMVM VOVET. DICAT.



INDEX COPIOSISSIMVS AC VTILISSIMVS

Quarti voluminis, de Medicinæ certitudine inſcripti.

IN QVO

Nedum cuncta, quæ ſcitu, & memoratu digna ſunt, vberrimè continentur; verum etiam rerum plurium, quæ valde latentes, ancipiteſque exitum, adnotationes, ſimulque dilucidationes cernuntur.



A

Arti-

B

C

genitus

Calidum

Cibus,

D

De-

fine

E

F

G

H

dica

Medi-

N

O

P

Qua-

R

S

Finis Indicis.

Errata quarti Tomi de Medicina certitudine inscripti sic emendanda sunt.

eodemais	dicatur	œdematis 25.b	ætheteum	æthereorum. 73.c
syndromme		syndrome.18.d.& 83.& 85.b.89	fcit	sit. 78.a
veritatis		veritatis. 25.c	procatartices	procatarcticas 82.c
niuersale		vniuersale 27.a	demostratione	demonstratione 84.c
demicarunt		dimicarunt 34.b	nitetur	nisatus 103.c
deeuret		deurat. ibidem. d	prontius	promptius ibidem.d
assamilat		assimilet. 36.d	estandescentia	exstandescentia 105.a
gubernatur		gubernantur 37.d	imbecilli	Imbecilla ibidem. b.
lasitudo		lassitudo ibidem a	hepatis	hepatis 106.a
vnlquoque		vnoquoque 38.a	virtuosæ	virtuosæ. ibidem. e
permictione		permixtione. 40.a	mansuete	mansuete ibidem. d
valent		valeat. 52.a	liberus	liber ibidem.d.
henito		genito ibidem.e	Plationis	Platonis 112.e
vicesim		vicissim 64.b.	facar	facer 115.b
moterg		motore. 72.d	munitus	monitus 122.a

F I N I S.

Laus, Honor, & Gloria infinita sempiternè Deo Opt. Max. eiusque Matri Sacratissimæ, Beatæ Mariæ semper Virgini.



DE MEDICINÆ CERTITVDINE LIBER PRIMVS.

In quo

Dogmata, quibus Medicinæ pars ſenſibilis principalis certa habetur, conſtituuntur.

Ideo an Medicina ſcientia ſit, nec ne, exactè diſquiritur.

Inſuper quibus Artibus, & quibus ſcientijs Medicina certior, aut non certior exiſtat, abundè explanatur.

Omnia Hippocratis, Ariſtotelis, & Galeni doctrina, rationibus, & experimentis digeſta, & abſoluta. Potiſſimum vero Hippocratis Philoſophia ſenſibili, artificiali, ac propriè medicinali, certa, contra Gorgiam Leontinum deducta, ex guſtabilibus emergente qualitatibus, confirmata.

AD QVÆ ACCEDIT TRACTATVS DE CALIDO INNATO.

In quo

Non ſolum Hippocratis, & Galeni decreta adamuſſim deffenduntur: Verum etiam Cremonini, & Caimi controuerſia de huius calidi eſſentia vndique concilliatur: Nam licet hi viri quo ad modum impoſitionis nomenclaturæ calidi innati diſcrepent, attamen vterque bene aſſerit, vnus vt Philoſophus, alter vero vt Medicus.

Praeterea nunquid calor naturalis igneus, vel aereus ſit, diſputatio colligitur.

CAPVT PRIMVM.

Præfatio ad Lectorem.

A  Vlla res quidem, inter hęc omnia, quę in hoc vniuerſo terrarum orbe exiſtunt, præſtantior, iucundior, delectabilior, expetibilior, ac homini vtilior eſt; (vt arbitror) ipſamet hominis felicitate, ſummo bono etiam appellata; quis nam enim homini proprius natura inſitus eſt finis, niſi hoc ſummum bonum, perpetuo flagitandum, ac pro noſtro poſſe perquirendum? vt non modo Hippocrates, verum etiam Plato, Ariſtoteles, Galenus, & alij Autores decreuerũt. Cum autem felicitas hæc in his tribus vigeat, nẽpe in vita intellectuali, in voluptatibus dignis, & in amicitia; potiſſimum vero quia in vita intellectuali eſſloreſcit; Proinde quoq; in intellectus optimis, atq; certis reſidet ſpeculationibus, actionibus, ſeu operationibus. Hinc ſũmũ bonũ cuiuslibet ſciẽtiæ ſpeculatiuæ, facoltatiſq; moralis, & artiũ omniũ præmiũ, & finis exiſtit; eo, quòd id ſolũ in rerũ ſpeculatione, actione, & operatione reperitur: Quã certè ob rẽ Ariſt. ſtatuit, dũtaxat vitũ vitam intellectualem circa ſpeculationem, actionem, & operationem habentem, in habitu firmo, & certo iam acquiſitam, ac facillimam redditam, eam conſequi poſſe felicitatem; cum vir ille facillimè,

Left margin notes: Ariſt. 10. ethic. c. 7. vſq. ad c. 6. & 1. ethic. c. 9. & 6. eth. c. 6. Iiſdem in locis. — 1. Eth. c. 9. & 10 eth. c. 6. — 1. Ethic. c. 6. & c. 9.

Right margin notes: Hominis felicitas præſtantior, iucundior, delectabilior & flagitabilior eſt, cæteris cunctis rebus. — Felicitas hominis in trib. conſiſtit nimirũ in vita intellectuali, in voluptatibus honeſtis, & in amicitia. — Felicitas præmiũ, & finis eſt ſcientiæ, Artis, & moralis facultatis. — Felicitas obtineri põt à ſcientificis, Artificibus, & à philoſophis moralibus in habitu firmo exiſtentibus.

mẹcitò, & iucundè paratus sit Mentis facultate speculatiua, seu actiua, vel operatiua vti; Eadq; A sanè ob causam Aristoteles ait felicitatẽ Mentis Animæ rationalis rationẽ esse; non pro vt Mens sit anima rationalis vt à Philosopho naturali accipitur; sed in eo quòd Mens sit Animæ rationalis habitus iam rectè acquisitus, vel instrumentum, quod in Anima sit, vt manus in corpore, & vt visus in corpore; sicuti Moralis philosophus asserit. Tunc.n. Mens nõ pro Anima desumitur, imò pro vt Animæ rationalis operatio propria sit, siue ratiocinatio, seu actio, aut operatio, & nõ simpliciter accepta, quippe tantum quatenus ratiocinatio seu actio, vel factio recta, & certa adeo facilis est, aptaq; in habitu firmo iam acquisito, vt perpetuo ratiocinatione speculãdo in scientijs, vel agendo in morali facultate, aut operando in arte aliqua, ea mente ita relata, ceu habitu, & instrumento ipsam assequi valeat felicitatem, vt D. Th. Alb. Mag. & Eustratius explanãt. Ac ita morali doctrina Mens habitus reperitur habituum, ac instrumentum instrumentorum Animæ rationalis; vt manus, & visus in corpore se habet: Vnde sicuti manus, & visus bona sunt pro corporali beneficio, ita Mens in Anima nostra vt bona re fidet pro nostra obtinenda felicitate. Ideo Epicurus deceptus est, existimans felicitatem in vita sensitiua, ac in voluptatibus corporeis, & obscænis, sine ratione discursiua esse, vt Cicero inquit: & Aristoteles, qui hunc in modum exarat. *Non enim quatenus homo est, ita vita sensitiua viuit, sed quatenus diuinum quid* intellectuale *in ipso inest. Si igitur intellectus diuinum quid est, si ad hominem respicimus, sic vita, quæ ex intellectu traducitur, si humanæ vitæ comparetur, diuina etiam ipsa est: & melioris semper partis, & hominis operationẽ esse studiosiorem affirmamus, melioris autem operatio præstãtior, felicitatiq; accommodatior iam est*, B ibi enim Philosophus ostendit felicitatem in communi operationem Animæ rationalis esse, per se iucundam, delectabilem, ac expetibilem ab Animę rationalis propria facultate proficiscentẽ: Semper enim studiosa operatio ab Anima nostra fieri potest: Vnde felicitas habitus nõ est: nec operatum: Ex hucusq; autem iactis fundamentis perpende, ob animam nos viuere; ob Animæ vero virtutes nos bene, ac feliciter viuere, rectè operãdo vel speculatione, vel actione, aut factione. Cæterum cum Anima nostra quo ad discursiuas acquisitas operationes magis, & minus augescat pro vt magis, & minus studio, tempore, experimento, & solertia perfectiorem, ac studiosiorem acquirit operationem, ideo magis, & minus feliciter viuimus, quatenus magis, & minus parati sumus ad eam obtinendã studiosiorẽ operationẽ. Proinde non modo bruta animalia verũ et rationalia puerilia tali aptitudine carentia, felicitatẽ consequi nequeunt cũ statuit sine ratiocinatione, & sine doctrinis inueniantur. Hinc Cicero, Epicurũ, cũ doctrinis minime instructus fuisset, Ideo finẽ hominis, hoc est felicitatẽ ignorasse. At vero homines docti summũ bonũ agnoscũt ne dũ præsens, verum ẽt venturũ. Verum quoniã Medicus tribus aię rationalis facultatibus rectè ratiocinando semper vti cogitur, scilicet operatiua, speculatiua, & actiua quoq; sicuti tres Medi- C cinę partes præcipuę sunt, nẽpe artificialis, speculatiua, & moralis, Ideo quoq; Medicus tres cõsequi debet felicitates, ab Anima rationali proficiscentes, nimirũ operatiuam, speculatiuam, & actiuam. Quandoquidẽ Pars Medicinæ artificialis, & sensibilis affectuũ externorum corporis nostri ab animę rationalis operatiua virtute regitur; quẽadmodũ alia speculatiua affectuũ internorum ab alia animæ rationalis potentia speculatiua gubernatur; sicuti ẽt altera moralis Medicinæ pars in bonis moribus, & in veritate rei fundata, ab alia animę rationalis facultate actiua custoditur: Omnes aũt hę animę rationalis tres potentię prudentiã communem continent, omni, & soli animę nostrę propriam, inseparabilẽ, & acquisitam; qua homo optimè omnia regens, omnem attingit felicitatẽ: cum ipsa prudentia viuendi Ars sit. Vnde Damippus Pitagoricus scriptũ memoriæ propagauit. *Prudentia est, quæ res definit, & infinita disponit, ideo cæterarũ quoq; virtutũ Animæ acquisitarum dux, & Mater est*. Ipsi nanq; prudentię primũ sibi est simpliciter notce, & bona, & mala agitare, & discernere, quę in hominis vita bona vt appetibilia sequi, eligere, ac deliberare, mala vero vt fugibilia euitare. Immo prudentia ipsa communis quasi efficiens omniũ felicitatũ causa inspicitur. Instrumenta vero ipsius prudentiæ quibus homo oẽs attingit felicitates, sunt sagacitas, calliditas recti iudicij, ac bonę sententię, elegãtię, decoris, diligentię, solertię, perspicatię ingenij, & virtutum moralium. Idcirco nullam mentis humanæ fieri virtutẽ, sine prudentia Socrates, & Arist. rati sunt. Quòd aũt Philosophus ipse felicitatem hominis genericam in D tres diuiserit felicitates, per tres intellectus potentias suis virtutibus proprijs habitu acquisitis decoratas, patent et notũ est. Intellectus.n. potentia speculatiua cognoscens, atq; scientifica tres virtutes acquisitas, sibi proprias possidet, nempe intellectum, qui cognitio est principiorũ, scientiam quę conclusionis notitia reperitur, & sapientiã, quę & principiorũ, & conclusionis intelligentia est. Per quas tres virtutes habitu iam acquisitas intellectus speculatiuus suã speculatiuam consequitur felicitatem. Intellectus vero practicus factiuus, seu operatiuus artẽ obtinet ceu sibi propriam virtutem, quę habitus est mentis practicæ recta ratione factiuus, seu operatiuus per q̃ anima nostra factiuam, seu operatiuam assequitur felicitatem. Intellectus vero practicus actiuus prudentiam propriam, ceu virtutem eius propriam continet, quę habitus est intellectus practici actiui, recta ratione actiuus iam acquisitus: ob q̃ nos actiuam attingimus felicitatẽ. Propriã etenim prudentiã inq̃ intellectus actiui, cui propriũ est in morali facultate solũ bene deliberare, nã bene cõsulẽdo de optimo agibili p se appetibili optimè eligit, ac deliberat; de agibili tñ, nõ aũt

de

Felicitas Mẽtis Animæ rõnalis ratio est, vt felicitas Mentis rõnalis habitus iã acquisiti est, & vt Mens in Anima sit, vt manus in corpore.

Mens & pro asa accipitur à philosopho naturali, & pro animæ rationalis operatione propria à Morali.

Mens in morali facultate habitua est habituũ, & instrumentũ Instrumentorũ Animæ rõnalis.

2. De finib. p. 96 A. & 79. B. & 73. A. & lib. tuscul. dispu. 242. A. & 2. de finib. 79. B.

Felicitas ab Epicuro cognita nõ fuit.

Homo qua vita viuere debeat. Vt felicitatem obtineat.

Felicitas quid sit in communi ex Aristotele.

Homo viuit ob animam sed ob animæ virtutes benè, & feliciter viuit.

Anima nostra circa discursiuas operationes magis & minus augescit

Ideo & magis, & minus feliciter viuimus.

Felicitas à brutis animalibus, & à pueris haberi nequit.

Sicuti nec Epicurus eã agnouit.

Homines docti felicitatẽ æque tum præsentem tum venturam dignoscunt.

Medicus optimus tres possidere debet felicitates.

Medicinę partes tres sunt Artificialis, speculabilis, & moralis.

Animæ rõnalis tres potentiæ 1, factiua Artificem speculatiua scientific. & actiua Moralem, & hæ cõmunem prudentiam habẽt vbi propriam.

Prudẽtia Ars viuẽdi est ex Cic.

Prudentia quid sit ex Damippo Pitagorico, & ex Aristotele.

Felicitatũ quasi causa efficiens est prudentia.

Prudẽtię inſtrumẽto sine prudentia nulla fit felicitas.

Felicitas triplex est ex Arist. speculatiua factiua, & actiua sicut tres animæ rationalis potẽtiæ sunt.

A
a De gen. anim. c. 3.
7. Politicorum c. 13.
Sect. 3. proble. 4.
1. Eth. c. 6.

Com. 1. eth. c. 6. & 10. ethic. c. 4. & 6. ethi. c. 3. vide Eust. f. 23 o. et 14 D. et 46. E. & 279. A.
Lib. de finibus p. 63. l. B.
Et lib. de finib. p. 78. l A.
10. Ethic. c. 7.

B

10. Ethic. c. 7.
10 Ethi. c. 6.
1. Ethic. c. 8.

Hipp. 1. de dieta Marinelli interp. pa. 8.

10. Ethic. c. 6. & 1. ethi. c. 9. & 6. ethic. c. 6.
1. De finib. pag. 64. B.

C

Hipp. li. de vict. rat. Plato de natura hom. f. 17. Arist. 5. topic. c. 3. & Gal. 7. de dec. Hip. c. 1
Cicero 5. de finibus p. 149. A.
In pan teologia capite prudentiæ.
2. Mag. moral. c. 4.
6 Ethic. c. 5. & c. 8 & c. 13.
6. Ethi. c. 13.

D

6. Ethi. c. 3 & c. 4 & 5. & 6.
Et 7. magnorũ moral c. 32. & 2 ethic. c. 1.

6. Ethic. c. 6.
6. Ethic. c. 7.

A de ſpeculabili,nec de operabili,vt alia communis felicitas eligit,ac deliberat.Medico autē optimo,ac peritiſſimo hæ tres competunt felicitates,eius Animæ rationalis potentijs, ſimulq; eius Logicæ,Philoſophię tū ſpeculatiuæ naturali,tū morali,& Arti Medicæ proportione reſpondētes vt his habitibus rectè omnino acquiſitis, talis Medicus facilè,ac feliciter,toto eius vitæ decurſu, Dei.Optimi.Maximi gloria,Artiſq; dignitate,& eius honore;id,quod in arte Medica rectiſſimū operandū ſit,efficiat.Pro Logica enim,& pro Philoſophia naturali,circa parte Medicinæ ſpeculatiuam,felicitas ſpeculatiua requiritur:ex parte vero Artis Medicæ artificiali non ſpeculatiua, immo ſenſibili,alia debet eſſe operatiua felicitas.Cum autem Medicus Artis Medicę ſponſus,& collega prudentiſſimus,vtraq; tum communi, tum propria prudentia conſpicuus eſſe teneatur; manſuetudine vero,ac temperantia decoratus,& ab ira,& auaritia,& à gloria vana immunis;& alijs virtutibus moralibus præditus,in Arte eſſe cogatur,veritatiſq.& finis Artis Medicæ amator eſſe deuincatur:ne is finis peruertatur;Ideo quoq.Medicus actiuam conſequi debet felicitatem. At vero Medicus cum Artifex ſit ratione potentiæ operatiuæ Animæ noſtræ,proinde hæc potentia operatiua eſt principalis cauſa efficiens omnium operationū medicinalıū.Alia vero potētia æquè tum ſpeculatiua , tum actiua Animæ rationalis veluti inſtrumenta ſunt, quibus potentia ea principalis operatiua Medicinalis ſuam poteſt aſſequi felicitatem Medicinalem,ſalubrem,tā

Medicus vt eas tres felicitates [illegible] tineat,quot habitus poſſidere debeat.

Medicus Artis ſponſus ea duplicem habere tenetur prudentiam Medicus vna prudentia particulari actiua manſuetus, liberalis & ingenuus eſſe deuincitur & veritatis tantū amator.

Animæ potētia factiua eſt principalis cauſa efficiens operationum Medici.

Animæ potētia ſpeculatiua , & actiua inſtrumēta ſunt facultatis factiuæ in Medico.

B ſpeculatiuam,quam actiuam.Cæterū,quæſo,quomodo is Medicus circa hos habitus iam rectè acquiſitos vnanquam; attingere poteſt felicitatem;niſi prius agnouerit, quomodo hi habitus certi;& inculpabiles fuerint?& quomodo incerti,& culpabiles eſſe valeant?ne ægrotorum infeliciter,& calamitosè obitus culpabilis vnquam Medicus ſit. Cum nulla inter doctrinas difficilior ſit,ipſa Arte Medica:obiectionibus,ac dubijs referta:Ea propter,iure merito ad ægrotorum vtilitatem ſimulq; ad Medici vtranq; aſſequendam felicitatem,de ipſa medicinæ certitudine ſcientifica agere æquum,& vtiliſſimum erit:Eamq; ſanè ob cauſam prius de Medicinæ certitudine ex parte principali artificiali abſolutè verba faciam:Mox de Medicinæ certitudine ex parte non principali artificiali ſecundum quid,tum ſpeculatiua,tum morali verba ſcriptis mandabo; cum hæ tres Medicinæ ſint partes. Inſuper ibidem de Medicinæ certitudine, ex alia parte Metaphiſica quoq; tractabo:quoniam etiam quarta hæc Medicinæ pars,Hip.decreto,inuenitur,quę ſuam quoq; ſibi propriam metaphiſicam,ac diuinam conſequi valet felicitatem, per accidens tamē, dum morbi interni,ratione alicuius impedimenti dignoſci nequeunt,niſi ambiguè, vel ob corporis denſitatem, vel ob flatum incluſum,qui deinde repentè ad aliquā accedat partem,aut ob virulentum excrementum recluſum , quod mox ad cor,ſeu cerebrum fluat, ſeu ob morborū internorum complicationem,& implicationem:tunc enim Diuina ſeu metaphiſica felicitas à nobis perpetuo quęri debet,etſi irrationalis ſit.Qua aliæ tres rationales perficiuntur felicitates,fa-

1 Aph.1.& 9.de dec.Hipp.c.9.

Lib. præcept. Heur. inter. p. 331.
Lib. de alegātia Heurnio interprete p 306. 107 & 108.ſeu de decoro Interp. Foeſ.ao.pag.34.ex cornario f.24. ex Marinello f. 8.particula 4.

Cauſa finalis cur de Medicinæ certitudine ſit agendum.

Ordo ſeruandus in hoc opere agendo.

Alia quarta Medicinæ pars,quę Metaphiſica eſt etiam dilucidāda proponitur.

C cilè,ac feliciter,aſſidua Dei recognitione,ac noſtris erga Deum deprecationibus:cū ſine diuino auxilio nihil feliciter tractare valeamus: Deus namq; vt Plato, & Ariſtoteles rati ſunt,vniuersū regit mundum per ſecundas intermedias cauſas , vt Carpentarius adnotauit , ceu virtus infinita, quæ in ſingulas finitas influit res;quatenus Deus ſolus per ſe eſt, cætera vero omnia à Deo, tanquam à prima cauſa emanant.Deus tamen tantum his prælucet,qui de Deo ſine errore loquuntur,vt adnotauit Carpentarius ex Mercurij Triſmegiſti,Platonis,& Plotini ſententia. Hinc iure merito Hip.cenſuit aliquādo,etſi raro;Medicum peritum in ambiguis allatis morbis, & cauſis, nec non locis affectis internis cognitionem certā,hinc etiam curationem certam attingere poſſe, Diuini numinis impulſu,ac illuminatione. Præterea aliquando Dei operationū Medicus cultor eſt,cū Dei opera videant Medici in hac Arte,in morbis quos vltrò abſq.ipſorum opera extingui vident:quia natura ægrotum ea eſt,quę primò,& per ſe naturaliter ſanat,& agit; Sed Deus naturā vt eius miniſtram creauit,ac ipſammet Artem Medicam condidit. Quocirca Medici tum in morbis curabilibus,tū in incurabilibus,Dei opera introſpiciunt, dum facilè curantur ægri præter ſpem,aut ante tempus exiſtimatum. Tametſi aliqui Medici huic rei fidem minimè adhibeāt

Plato & Ariſto menus Dialo.7. de Repu.l.33.in argum. Mars Ficini 354. 2. m. Alcinoi introduct.p.361.
De diu.ſap.ſec. Aegypt.li.10,c. 3.carp.p.83.
Lib.de elegantia Heurnio interp.p.107.
1. De viſt.rat. 307.

Lib.3. de diui. ſap.c.4.Carpen. interprete p.25.
Lib.10.de diui. ſap.c.19.part.1.

D vt ſunt dogmatici,& rationales cum Medicina per notitiam pateat ſenſatam,& cum Deus naturæ,& artis medicæ principium,peculiare haud quaquam ſit,verum tantum vniuerſale omniū rerum ideo Medici illi Dei opera in morbis non intueri exiſtimant; Nihilominus Deo locum,& aſſiduam præbent recognitionem, quatenus ei, à quo vniuerſaliter omnia emanant bona , & à quo diuina ea felicitas ſuo diuino impulſu tum cognitionis,tum curationis promanat. Quam diuinam cognouit felicitatem Ariſtoteles,& alibi concedit nobis quandoq; ex fortuna per accidens extra ſemper , & extra frequenter irrationabiliter Dei impulſu hanc accidere nobis poſſe felicitatem ex Antiquorum ſententia: Quam certè ob rem Ariſtoteles teſtificatur interdum nos perfectiores felicitates conſequi poſſe , Dei impulſu dum ab eo tanquam à principio rationis diuino,ſapientia,& ſcientia præſtantiore aliquā rem appetere,deſiderare, & quærere perfectiorem ducimur, vel ſpeculabilem,aut operabilem,ſeu agibilem,quam per noſmetipſos nonquam imaginaremur ſpeculandam,operandam,aut agendam. Ideoq; de Medicinæ certitudine etiam ex parte metaphiſica agam. Verum prius de ea ex parte principali abſolutè artificiali dicam.

1.Eth.c.9.

7 Mor. eudem c 18.

A

CAPVT II.

De Medicinæ æquiuoco nomine; & de qua Medicina agi debeat.



Vm autem quodlibet æquiuocum prius distingui, quam definiti debeat, Ideo nunc perpende sub Medicinæ nomine, plura comprehendi ęquiuoca. Quandoquidem omne pharmacum solutiuum, aut leniens ore assumendũ, Medicina appellatur; Insuper Medicina pro habitu, ac virtute Mentis factiuæ ægros sanandi, seu curandi, sanosq. conseruandi capitur; Eaq; vel empirica, ab empiria, hoc est experientia vocatur; quæ tantum in sola experimentorum notitia à Medicis empiricis constituta est, vel Methodica est, quę solos considerat morbos; & ex euidentibus tantum morbis indicatio, in ea, desumi potest: Ideo omnem morbum in ipsa Medicina vel adstrictũ, aut fluentem, vel ex vtroq; mixtum habẽt Medici Methodici: Vnde viri illi omnes morbos ad astrictionem, & ad profluuium redegerunt: quoties nanq; corporum naturales retentę sint excretiones, adstrictum nuncupant morbum: si vero hę plus iusto fluant, fluentem vocant morbum: dũ autem illę partim suppressę, partimq; imminutę ferantur, tunc mistum ex vtroq; morbũ appellant: Vel rationalis, & dogmatica est, tam ex rationibus, quam ex experimentis rationibus scientificis comprobatis resultans; quę tum à sensibilibus, tum à speculabilibus morbis, causis, & locis affectis, & à viribus indicationem assumit. Verum quoniam sola hęc postrema secta, & inculpabilis se habet, proinde huius Medicinę quiditatem indagabo: & numquid ea scientia sit, an Ars disquiram.

1.Cęl.t.107.

Lib. de sectis c. 3.

Eodem lib. c.6. De opt. secta. c. 8.

B

Gal.lib. de sect. c.5. De opt. sectis ad Thrasibul.c.8.

CAPVT III.

Medicinam esse scientiam Herophili, Galeni, Auicennæ, Conciliatoris, & Montani sententia ostenditur.



Mnem definiti essentialem definitioné ex proprio constare genere, ac ex propria differentia, vnicuiq; scientifico patenter notum esse reor. Cum itaq; variã generis proprij Medicinę opinionem, non modo Antiqui, verum etiã Neoterici Autores habuerint: Proinde generis Medicinę veram ingredi teneor sententiã. Auicennas etenim inquit. *Dico, quod Medicina est scientia, qua humani corporis dispositiones noscuntur, ex parte qua sanatur, vel ab ea remouetur; vt habita sanitas cõseruetur, & amissa recuperetur.* Quam Medicinę definitionem tueri, & simul explanare tentauit Ioannes Montanus, sic exarans. *At hic obijciet Aliquis, quod Medicina non sit scientia, sed ars, autoritate, Aristotelis, qui definit Artem esse habitum recta ratione factiuum. Quod ẽt Auerroes affirmauit, dico ad hoc* (ait Montanus) *quod Medicina est scientia, & propriũ Medicinæ genus est scientia, & probatur hoc modo. Quia quicunque habitus paratur demonstratione est habitus sciẽtificus: Medicina talis est: ergo &c. Maior patet per Aristotelẽ quia demonstratio est syllogismus faciens scire: Minor ẽt patet: Præterea scientia est æternorũ, ars verò caducorum, vt ait Aristoteles: Alexander aũt dicit, quod nulla ars considerat æterna. Et ita habetis tum autoritate magnorũ virorũ, quod Medicina est scientia, non Ars. Demum aũt hoc habetur ex autoritate non tantum Auicennæ, Galeni, Herophili, sed etiam Aristotelis, qui Medicinã multis in locis appellauit scientiã. Hic dicet aliquis, solue mihi autoritatẽ Arist. qui dicit, sciẽtiam distingui ab arte primum fine, secundò ratione subiecti, quia finis scientiæ est scire, finis artis est operari. Deinde scientia est in intellectu speculatiuo tanquam in subiecto, ars verò in intellectu practico. Aduertatis igitur, quod ars consideratur dupliciter: vel vt versatur circa materiam, & subiectũ extrinsecum, circa quod operatur, vel vt versatur circa vniuersalia, & rationem faciendi. Primo modo artem considerando ars vere est, & dicitur, quando versatur circa subiectum operationis. Secundo aũt modo est scientia, sicuti Medicina. Si enim versatur Medicus circa Platonem, est ars verè, non scientia: considerando verò Medicinam prout est in mente artificis, & non extra, & suam rationem formalẽ, & scientia: Itaque Medicus est sciens, & artifex dicitur. Quando enim dirigitur ad opus extrinsecum, & curat Platonem, vel Socratem, est Artifex: Quando autem speculatur vniuersalia, & principia artis est sciẽs, dicit hoc Aristoteles, & Auerroes, quod prout consideratur ars extra animam, & intellectum est ars: prout autem consideratur in intellectu, vt est ratio & principium, & forma, est scientia. Ista sufficiãt ad declarandum, quod Medicina sit scientia, vt verum genus Medicinæ sit scientia.* Quam sententiam secutus est Conciliator, inquiens. *Medicina est scientia humani corporis vt sanabilis procuratiua.* Verũ enim vero omnes illi ex Herophili, & Galeni mente talem fortassis opinionem habuerũt. Nam Galenus duobus in locis ex Herophili sententia sic enarrauit. *Medicina est scientia salubrium, & insalubrium, & neutrorum, morborum, causarum, corporum, & signorum.*

Auicennæ definitio medicinę.

C

Lib.1.fe.1.doct.1.c.1.

Montani in tuitione ipsius Auic. definitionis contra obiectionem.

In com.li.Auic. p.17.6. Eth.c.4.

1. Argumentũ

2. Montani argumentum. Tertia ratio.

1 Rhet.cap. 28. meth.c.6.

Obiectio.

Obiectionis solutio Montani. 1 Distinctio.

D

2. Distinctio, q̃ Arist. autoritate à Montano roborari tentatur.

7 Metaph. t.23.

Conciliator.

In prolog. c.2.

Herophilus & Galenus.

Li. de arte me. c.1 & li. de sub. figur. empir. c.4.

CAPVT

A

CAPVT IV.

Medicinæ genus ſcientiam quidem minimè eſſe, verum ſcientiam communiter, ac impropriè, quo ad modum cognoſcendi certum, demonſtratiuum, rectum, & ſcientificum in Medicina differentiam eſſe, non tamen conſtitutiuam.

Medic. artifex & opifex lib. de arte p. 7. & 12. & 39. Lib. de lege li. de arte p. 4. & 7. ait eſſe artem et li. de præc. m. p. 13. 19.

Hip. opinio, medicinam artem eſſe ſcientificã.

Hip. li. præcept. p. 40. 41. ait medicum eſſe rationalem, & demonſtratiuũ artificem.

IN oppoſitum verò Hippocratem inuenio aſſeuerantem, Medicinam eſſe artem communiter ſcientificam, artificioſam, & Medicũ artificẽ, & opificem communiter ſcientificum, vt operarium reperiri. Nam ait. *Omnium profectò artium Medicina nobiliſſima,* eam tñ eſſe quoq; ſcientiam aſſerit vt demonſtrabilẽ ſeu demonſtratã, nempè vt communiter ſcientificam, vt propriè artificioſam, quia paſſiones eius demonſtrantur pro cauſas, vt res præter naturales in vniuerſali per demonſtrationem impropriè ſcientificam propter quid, vim demonſtrationis potiſſimæ communiter habentem; non per demonſtratiooem particularium tantum ad vniuerſale reductorũ, vt p artificialem demonſtrationẽ experimentalẽ tantùm, vt cęterę artes inuenræ demonſtratur. Hinc

B

quia medicina demonſtratione impropriè, ſeu communiter ſcientifica demonſtratur; Ideo iure meriro Medicina ars propriè eſt, attamen cõmuniter ſcientifica; ad differentiam aliarũ artiũ, quę nullatenus ſcientificæ ſunt. Vnde ait artẽ medicam totam firmam eſſe, tum ex parte artis operatiuæ, tum ex parte ſcientię communiter acceptę cognoſcentis aliam partẽ operatiuã, in gratiã cuius eſt Medicina. Quocirca ſic definit Medicinã. *Ars medica ab eo, quod moleſtũ eſt, liberat; et id, ex quo quis ægrotat, auferendo ſanitatẽ reddit. Idẽ & natura per ſe facere videtur.* Alio in loco ait. *Medicinam eſſe, quæ ſanè in totum à morbo ægros vindicet, morborumq; vehementiã obtundat,* & ibidem ſuperius inter artes eã poſuit. Quarũ ẽt artium ſit meminit exarando ita. *Ex quarũ artium numero eſt, quã Græci Medicinã appellant. Medicus. n. non niſi quæ periculo ſunt proxima intuetur, & quæ ſunt ingrata contrectat, ac ex alienĩ calamitatibus ſibi dolorẽ conciliat, Ægrotantes verò artis opera maximis malis: morbis, laboribus dolore, & morte vindicantur. His. n. omnibus Medicina manifeſtã medelã adhibere cõprahenditur. Medicina. n. additio eſt, & ſubtractio, & eorũ quidẽ, quæ exuperant ſubtractio, eorũ verò, quæ deficiunt, additio.* Quã poſtremam Medicinæ Hipp. definitionẽ recenſet Gal. dũ ait. *Medicina appoſitio eſt, & detractio: deficientiũ quidẽ appoſitio, redundantium detractio. Porrò deficiũt redundantq; quędã in quantitate, quędã in qualitate: in quantitate cũ ſanguis immodicè eſt auctus* ſuperueniente morbi magnitudine ſanguinea, *aut rurſus minor redditus: in qualitate cum vel calidus, vel*

Lib. de locis in homine 421. Lib. de arte p. 4. & lib. 2. de vict. rat. p. 308. Li. 3. de vic. rat. p. 305. Lib. de arte p. 4. Lib. de flatu p. 273.

Prima Hip medicinæ definitio. 2. Definitio.

Tertia Hip definitio ex quarũ artium numero ſit medicina ex Hippocrate. Nota medicum medicinæ ſcopũ eſſe. Definitio tertia.

11. Meth. c. 12.

C

frigidus, vel craſſus, vel tenuis plus iuſto, minuſue eſt effectiuus. Quocirca ijs in locis Hipp. Artẽ medicam per ſe ſenſibilẽ, quatenus rationabilẽ, rectã, ac demonſtrabilẽ Mentis rationalis operatiuę rerum ſecùndum naturam, aut præter naturalem frequenter eodẽ modo productarũ eſſe communiter ſcientificam, vt artificioſam, quoad certam cognitionẽ demonſtratiuã decreuit, niſi ab aliquo impediente cognitio præoccupetur. Vnde ſcientia artificioſa ab eo ponitur, vt differentia, p quam medica ars differt à męchanicis, & hominũ induſtria inuentis artibus, quę ſine doctrina rationali demõſtratiua vniuerſalium, ſed ferè ſolo experimẽto paucis rationibus non demõſtratiuis acquiruntur: Ideo artifices męchanici logica vacant. Neq; mihi obijcias, dicẽs Hipp. ijs in locis medicinã non conſtituiſſe vt demonſtrabilẽ neq; communiter ſcientificã; nam re vera Hip. eam talẽ conſtituit, vt infra videbis. Hinc Gal. declarauit. *Nomen verò ſcientiæ communiter, & non propriè accipere oportet.* Ea propter Auer. hanc Herophili medicinę definitionẽ improbauit, cum Medicina operatiua ſit facultas, quę ſua principia à phyſica ſcientia recipit. Ariſt. quoq; artes improprie ſcientias ſenſibilium, quatenus rationabiliũ nũcupauit. Nã ſenſibiliũ nulla datur, vt ſenſibilium ſcientia ſenſibilia namq; rationabilia fiunt ope intellectus, inductione priùs facta ex ſenſu omnium ſingularium, & exinde abſtractio fit ab ijs ſingularibus ad vniuerſale: Hinc ait Ariſt. ſcientiam vel per demonſtrationem, vel per inductionem fieri. Per ſenſum. n. ſcimus hoc modo:

Scientiã non eſſe medicinæ genus, ſed differentiam non conſtitutiuam.

Gal. dixit Medicinam ſcientiã impropriè. Auer. contra Herophili definitionem. Ariſt. impropriè artes appellauit ſcientias ſenſibilium vt rationabilium demonſtrabilium eſſe poſſint

Lib. de arte me. c. 2. Lib. de... diſpu. 63. p. 310.

2. De anima t. 60. 1. Poſt. c. 34. ...

D

Vnde inquit, *vt ſi aliquis ſenſus defecerit, neceſſe eſt aliquã ſcientiã deficere.* Verùm cum Medicinæ differentia re vera ſcientia, minimè ſit, imò tãtum quoad modum cognoſcendi ſcientificũ, vt demonſtratiuum artificioſum ad opus impropriè, ſeu cõmuniter ſcientia artificioſa eſt; differentia verò conſtitutiua eius alia eſt, vt loco proprio videbo. Cęterum partẽ ẽt Medicinę ſpeculatiuam ſtatuit Hipp. quę etſi menti ſpeculatiuæ principaliter inſit, tamẽ medicinæ cognitio, iam facta à mẽte ſpeculatiua, tranſitũ facit ad mentẽ operatiuam; quatenus ad primũ principium effectiuũ artis, & in eo, vt intellectus ſciẽtifici ſpeculatiuus intellectui practico Artificis operatiuo inſeruire valeat, per accidens. Quod quidem biſariam accidere põt. Nã vno quidẽ modo Phyſica ſcientia eſt ſuperior arti Medicę; ſua. n. principia artis non ſenſibilia iã ſpeculata, demonſtrata, ac definita pręber, non vt ſpeculabilia, nec demonſtrabilia, neq; definibilia à Mẽte operatiua Artificis, cum talia ſint à Mente ſpeculatiua tantum: cuius rei meminit non modo Auerroes, & Gal. verũ ẽt Hipp. vbi ait artes eſſe demonſtratas, & Ariſt. inquit. *Nã & Medici quicunq; diſerti, ac diligentiores de natura dicunt, & principia inde ſumere dignantur: inter eos, qui de natura tractant elegãtiſſimi ferè vſq; ad medicinalia principia definiũt.* Vnde vbi Phyſicus in ſuo infimo definit, ibidẽ Medi-

1. Poſt. cap. 14. & 34. 2. Poſt. c. 14. & 6. eth. cap. 3. & 4. Ethic. c. 3. 1. Poſt. c. 14. Lib. de dec. or. & lib. præcep. p. 40. & 41. & lib. de ſterilibus 767. Lib. diſtri. diſp. 61. p. 130. Li. de præcogn. ad poſt h. c. 2. li. de arte p. 4. & l. de ſteril. 767. In exord. l. de ſani. & morbo 10. 3. in fine p. 989. & 21. mag. mor. 6.10.

Eſſe demonſtrabilẽ, ſeu demonſtratã, ac ſcientificam medicinã non eſt differentia generis nec diuiſiua, nec cõſtitutiua, verũ tantum quoad modum certum dignoſcendi. Pars artis medicæ ſpeculatiua, & ſciẽtifica propriè ẽt vt differentia accidẽtalis tamen ſicuti alia eſſentialis eſt mentis operatiuæ. Vel vt ſuperior artis medicę ipſi arti prębẽs principia medicinalia definita.

Macrobius cum Medicina fex Physicæ.
1. Ratio.
2. Ratio.
3. Modus, quo sciētia speculatiua arti medicæ inseruit.

cina in suo sublimi incipit; ex quo rationabiliter Macrobius dixit, Medicinā Physicę fęcem esse: cum habeat principia definita, ac demonstrata à mente speculatiua Physici scientifici: Nec non eo quia circa res corporeas sensibiles, & operabiles naturales, quatenus rationabiles versetur, de quibus etiam Physica tractat. Alio autem modo Mens speculatiua scientifici physici menti operatiuæ Artificis, ceu artis primo principio effectiuo inseruire pōt, in passionū, causarum, & partiū affectarum sensui latentium cognitione, & etiam coadiuuatione in curatione, vt instrumentum dispositiuum Mentis est operatiuę, in ea parte, vbi deficit, vt loco proprio dilucidare conabor. A

CAPVT V.

Medicinæ partes tres sunt, non autem duæ, vt voluit Auic. doctrinalis nempè, experimentalis, & vsualis. Verum ob vsualem aliæ duæ tantum sunt, ob finem, ad opus. Hinc Medicinæ genus est Ars, non autem scientia.

Medicina tantum ad vsum est.
Vsualis pars medicinæ principaliter.
Vide in hoc lib. c. 19.
Medicinæ forma generica vt vsualis est.

Pars theorica & practica non sufficiunt posita ab Auic. lib. 1. f. 1. doct. 1. c. 1. neque sunt propriè.
Medicina ex vsuali principaliter constat, & ob vsualem ex doctrinali, seu rationali & ex experimentali resultat ad suum finem ad opus.
Vsus medicinæ genericus, ob finem genericum id est ad opus.
Finis medicinæ genericus.
Medicinam ob hunc finem esse artem ex Hipp. decreto.
Plato hanc confirmat.
In Hip. in epist. ad Democ. 1173. in Foesio.
Arist. quoq. corroborauit hanc sententiam.
Secunda autoritas.
Tertia.
Quarta.
Quinta.
Sexta.
Et septima.
Galenus idem approbauit.

CVm medicina quidem non nisi ad eius vsum, vt prouidentia constituta fuerit: sicuti nec præsidia nisi ad eorum vsum talia sunt. Neque Medici ex libris fiant ex doctrinali, & disciplinali parte, nec solo experimento, verùm tātum ex vsu, ac exercitatione recta, inductionalique certificata ex rationali doctrina, & ex sensato experimento à consultu priùs, denique ex similitudinibus pluribus facto, idcirco Medicinæ principium, seu habitus Mentis rationalis operatiuę inculpatus, rectus, demonstrabilis, & certus, vt primus actus, seu forma aptitudinem habens ad secundum operandi actum certum, tantùm acquisitum est, dum Medicus exactè alias duas partes, nempè disciplinalem, seu rationalem vniuersalium, ac experimentalem acquisierit. Quamobrem Medicina perfecta ex ijs tribus partibus constat. Nam vsualis, seu exercitalis certa vt recta, ac demonstrabilis, fida, & inculpabilis, vt principalior pars ex alijs duabus resultat partibus, atque alias duas partes ad se trahit, ob suum finem proprium attingendum, in quibus Medicus seipsum exercendo prius in medicina progressum fecerit. *Quo ea, quæ talia sunt, addat, & secure offerat* (ait Hippocratis) vt optimus, ac peritus fiat. Vsus autem Medicinæ, sicuti etiam aliarum omnium rerum vsus, & forma quoq; cuiuslibet rei, à finis tantum cognitione constituitur ac eius exordium assumit, nisi ob finem proprium: Vnde omnia, quæ in medicina reperiuntur propter finem Medicinæ, ob quem etiam ipsa instituta fuit, genita fuere: Finis autem Medicinæ genericus àb Hippocrate, Aristotele, & Galeno statuitur, qui opus ipsum est, non autem facere opus: Vnde per hunc finem Medicinam genere cum cæteris omnibus artibus conuenire compet tum est. Hinc Medicinam iure merito artem esse apertissimis verbis Hippocrates decreuit, vt capite præcedenti, vbi scientiam artificiosam Medicinæ differentiam esse demonstraui, non tamen constitutiuam, non autem genus: dictum enim est ex Hippocratis sententia, medicinam inuentam esse propter vsum, & ob necessitatem, & vt prouidentia corporis humani; non autem à fortuna, vt etiam Galenus dixit. Plato etiam hanc veritatem affirmauit, cum scriptum reliquerit. *Medicinam verò esse artem, propterea quod medicinæ facultas illius, quod curat naturam, & causas eorum, quæ agit, expendit, ac horum cuiusque reddere rationem potest.* Democritus idem asseuerauit statuens. *Medicinam esse artem, sapientiamq; quæ, animi perturbationes expellit, nempe ethicam artis medicæ sororem, ac familiarem.* Quod etiam Arist. confirmando, posteritati scriptis prodidit. *Medicinam consultare non de sanitate, sed de instrumentis, vt artem.* Vlterius de instrumentis artis medicæ ait. *Ita nimirum ex recta ratione agere dicendum, vt si quis dixerit sanitatem fieri optimam salubria exhibendo.* Insuperait Medicinam, vt artem, sua principia à Physica scientia assumere: ac idem pluribus in locis affirmauit, nempe Medicinam esse artem: Galenus quoque huic sententiæ ascripsit, cum in quocunque loco, vbi de medicina verba scriptis dedit, Medicinam artem quidem esse, depromit: Vnde à finis notione artem medicam constituit. Quocirca ea iam ab eo constituta, subinde per capita distinctè de prænoscendi, ac diuinandi arte agit. Ac de arte præcauendi morbos, & valetudinis tuendæ; de arte pariter, quæ reficit conualescentes ex morbis. Tandem Medicinam in genere artium effectiuarum statuit, tamen vt *scientia salubrium insalubrium, & neutrorum, causarum, corporum & signorum*, est enim communiter ars scientifica, artificiosa, quoad modum sciendi scientificum, ac demonstratiuum. Idem etiam affirmauit Auerroes eò, quia Medicinam artem operatiuam esse tatus est.

Auerroes.

B
Hipp. l. de prin. p. 14. Hip. de arte p. 0.
Gal. 3. de loc. c. 2. & ad Thras. c. 30.
Arist. 10. ethic.
Arist. 7. meth. c. 23. lib. de dec. Hab. Hipp. ferè in fine.
2. Eth. c. 2.
2. De loc. eff. c. 8. & 2. de dig. pul. c. 3.
Hip. lib. de decent. hab. & lib. præcep.
Lib. de dec. ornat. ferè in fine.
Hip. lib. de arte p. 6. ex Foes.
Gal. ad Thras. c. 24. & 29. & lib. de arte med. c. 2.
2. meth. med. c. 7.
Lib. de arte p. 6. in Foes.
Arist. 1. eth. c. 7. & 2. eth. c. 3. Gal. ad Thrasib. c. 26. & 27.

C
Li. de leg. H. de arte p. 4. & 6. li. de prisc. med. p. 22. 23. 14. 15. & 19. & lib. præc. p. 19.
De prisc. med. 24. & de art. 6. 33. De vsu part. c. 7.
Plat. lib. de Gorgia 24. f. a. 20. 3. m.
3. Mag. morbor. 10 in lib. de sa. & morbo. & 2. mag. morb. c. 12.
Lib. de inuent. & ren. c. 2.
7. Probl. sect. 30. 3. & luc. c. 5. & 2. magn. mor. c. 10

D
Ad Thra. c. 26. 27. 28. & 29. & 1. meth. med. c. 7.
2. Lib. de dig. pul. c. 1. & de arte med. c. c. 18. 19. 20. & 22. & alibi.
Gal. operibus.
Ad Thras. c. 30.
2. Colig. c. 1. & 9. met. c. 10.

CAPVT

A

CAPVT VI.

Per ſcientiæ, & artis differentias, medicinam artem eſſe oſtenditur, cum mentis humanæ operatiuæ facultas ſingularium ſenſibilium, vt rationabilium Medicina ſit. Eamque artem eſſe communiter ſcientificam artificioſam, vt demonſtrabilem, probatur, quoad modum demonſtratiuum cognoſcendi communiter ſcientificum artificioſum, ac certum, vt rectum, & inculpabilem.

B



Æterum penitiori ſtudio quæſo hanc rei veritatem introſpiciamus, per ſcientiæ, & artis differentias, duobus generibus diſtinctas, nimirum quatenus ſcientia, & ars mentis humanæ rationalis facultates ſunt, in habitu iam acquiſitæ, & quatenus demonſtrabiles ſunt, ac certæ ſua cognitione. Scientiam verò, & artem ſimul conuenire manifeſtum eſt; cum ambæ noſtrarum tractationum principia, & animæ rationalis partes, ſeu habitus, virtutes, aut facultates ſint, quibus affirmando, aut negando, verum anima noſtra dicit, ait Ariſt. diſcrepant nihilominus ſuo principio primo effectiuo. Nam ſcientia ſpeculatiuæ animæ rationalis habitus ratione ſpeculatiuus eſt. Ars verò operatiuæ animæ habitus ratione recta operatiuus: Scientiam autem ex obiecto ponit Ariſtoteles, nanque tria aſſerit, nempe ſcientiam circa æterna, circa neceſſaria verſari, quæ quidẽ aliter minimè ſe poſſunt habere quam eo modo, quo ſe habent, & circa id quod non generatur, neque corrumpitur, vt ſunt vniuerſalia. Ex cauſa verò inquit ſcientiam ex præcedenti cognitione fieri ſenſitiua, & ex ſyllogiſmo à poſteriori. Vnde ſcientia rerum eſt non ſenſibilium per ſe, quæ non cognoſcuntur notitia ſenſata. Et ait ſcientiam habitum eſſe perfectum, qui per demonſtrationem ex veris, primis, immediatis natura, & notioribus nobis, prioribus natura, cauſiſque conclusionis fit. Artes autem ex obiecto ait circa caduca, quæ hominum induſtria fiunt, & circa contingentia, quæ aliter ſe poſſunt habere, & verſari; id verificatur non modo de materia cũ qua tractãt Artifices, verum etiam de materia circa quam efficiunt, cum eſſe, & non eſſe poſſint: hinc circa generabilia, & corruptibilia artes quoque verſari depromit: Vnde ars eſt principium operandi, ad conſequendum finem extrinſecum, nimirum opus manens, ad hominis beneficium, ac vtilitatem; Ars vero ex cauſa fit ex præcedenti cognitione ſenſata rerum per ſe ſenſibilium ſingularium, vt rationabilium, ac tamen vniuerſalium potentia, cum operatio minimè extẽdatur animæ rationalis factiuæ, niſi artificis manibus, ceu inſtrumento inſtrumẽtorum prout viderit, aut terigerit: Hinc Hipp. ait, *Opifices longè inter ſe, tum manu, tum mente præſtant, ſic etiam in arte medica*. Vnde artifex tum vniuerſale, tum particulare cognoſcit, & ſi particularia ſub ratione vniuerſalis ſpecifici tantum agnoſcat: vt verò ſcientia fiat, quæ tantum cognitio eſt concluſionis, ſola ſpeculatio, ſeu cognitio ſpeculatiua requiritur; cum in ſcientia tria ſemper adſint. Ea propter Mens ſpeculatiua ſemper quando vult, ad libitum ſpeculari valet, cum in ſe ſpeculabilia, & phãtaſmata potentia intelligibilia ſemper ſint. At verò, vt ars fiat, perpetuo tria concurrere certum

D eſt, hoc eſt conſultationem, inuentionem rei faciendæ, & generationem eiuſdem rei faciendæ. Quocirca artis vſus non ad libitum fieri poteſt, cum à materia externa pendeat, tum circa quã, tum cum qua operetur, & circa accidẽtia materialia in ſubiecto, & circa ſingularia, & corporea, quæ in loco, ac in tempore ſunt. Ideo non niſi præſente materia circa quam, & cum qua verſatur, opifex operari valet, non autem ad libitum. Differentiæ verò ſcientiæ, & artis per demõſtrationem, vt per inſtrumentum pariens cognitionem certam rei ſpeculandæ, & operandæ eſt, eò, quia demonſtratio à priori vniuerſalium rerum ſpeculabilium ſcientiã pariens eſt, quæ duplex reperitur, nẽpe & ſimplex, quæ potiſſima appellatur ex intrinſeco medio ſubſtãtiali, vt ex cauſa intrinſeca ſubiecti, quæ cauſa efficiens paſſionis eſt. Vnde medium nobis notum eſt ſenſata notitia, abſque vllo ſyllogiſmo à poſteriori, ſineque inductione ſenſata facta, quam primus, & ſecundus, & forraſſis etiam quartus modus dicendi per ſe ingrediuntur; per accidens tamen ex terminis cõuertibilibus intrinſecis, & ex ambabus propoſitionibus neceſſarijs. Alia verò propter quid ex cauſa extrinſeca reciprocabili cum ſuo effectu, ac medium id ratione cognoſcitur, à poſteriori: Vnde cauſa quoque accidens eſſe valet, cum efficiens ſit cauſa. Hinc quartus modus dicendi per ſe hanc demonſtrationem ingreditur, vt Ariſto. Auerr. ac Themiſtius, in qua minor non eſt

neceſ-

Differentiæ ſcientiæ & artis in duplici genere.

Conuenientia inter ſcientiam & artem.

6.Eth.c.3. 6.Eth.c.4. 6.Eth.c.3.4. de anima t. 60. & 7.metaph t. 23. Locis citatis.

Differẽtia inter ſcientiam & artem.

Sciẽtia quid ſit. Ars quid ſit. Scientia ex obiecto tres conditiones cõtinet. Sciẽtia ex cauſã ſine qua non.

Artes ex obiecto tres conditiones differentes ab ijs ſcientiis. Ars quid ſit.

Artes ex cauſa fundamentali à ſenſu pendent.

Lib. de arte p. 2. ex Foeſ & l. de offi. artis medicæ in principio.

Ad ſcientiã quę requiruntur.

Ad artem quæ requiruntur.

3. De anima t. 60.

Demonſtratio ſcientifica ſimplex.

Vide c. 10. ad 2. rationem. Alia demõſtratio ſcientifica propter quid.

necessaria, cum prædicatum accidentale sit. De prima enim demonstratione Arist. ibi, *ex necessarijs itaque syllogismis est demonstratio*; & alibi. *Si igitur ex demonstratiua scientia, & ex necessarijs principijs*, ac ex propositionibus immobilibus necessarijs, ac immediatis. Alibi verò inquit. *Hi enim Mathematici habent causarum demonstrationes, frequenter nesciunt ipsum quia*. Ibi enim differentiam posuit Arist. inter demonstrationem quia, seu quod appellatam sensitiuam, & aliam speculatiuam propter quid, quoad considerationem diuersarum disciplinarum, & vna sit alterius speculatiuæ subalterna, & sensitiua vt in commentario Zabarellæ habetur. *Hic enim ipsum quidē quod sensitiuorum est scire a posteriori ipsum autem propter quid Mathematicorum est. Hi nanque habent, causarum demonstrationes, & sæpe ignorant ipsum quod*: per quod enim demonstratio quia, seu q ab effectu, ad causam, intelligenda quidem est. Cæterum quia principia propter quæ demonstratiuus scibile, vt ait Arist. nobis vtique notiora esse debent, vt à notiori, ad ignotum fiat progressus, & ait. *Dico autem ad nos priora, & notiora propinquiora sensui*. Si ergo Mathematici frequenter demonstrationem quod principiorum ignorent, & etiam si demonstrarent propter quod effectus sit, sequitur quod Mathematici tunc principia supponant esse præcognita, quod sint, sine vlla demonstratione à posteriori facta, immo tantum sensata notitia, vt principia sensata; ac tunc ipsa demonstratio propter quid simplex, seu potissima erit. De secunda verò inquit. *Sicut enim propter quid quærimus habentes quia est: sed neque prius propter quid possibile est cognoscere, quā quia: Manifestum est quod similiter, & quod quid erat* principij præcognitum esse, *non sine* demonstratione *quia est*, vt in causali, ac regressiua, non tamen circulari, demonstratione propter quid meritò appellata. In potissima verò, vt vidisti medium quod est præcognitum, nobis notius est sensata notitia vel visu, vel tactu, vel vtroque sensu patefacta, sine syllogismo à posteriori, quia vocato facto: Commentator Auerr. autem vtriusque meminit, vt Petrela quoque adnotauit. Quandoquidem principia scientificæ demōstrationis nobis penitus semper notiora, seu præcognita in quæsitu esse debent, & quid significent, & quod sint: Ideò ipsa præexistens cognitio sensibilis, quòd est, de medio termino nobis notiori, ac præcognito, in natura verò, primo, immediato, & priori, ceu de conclusionis causa nota quidem esse debet, vt scientia scibilis certa, ac perfectissima ex vtraque demonstratione allata habeatur. Cæterum quoniam medium id vario modo producit passionem, sic igitur etiam vario modo nobis, vt notius quod sit notificatur: Interdum nanque hoc medium internum est, nec non causa immediata æquè vtriusque extremi conspicitur, vt est rationalitas, quæ vtique æquabiliter tum maius extremum, videlicet hominem immediatè producit, ac tunc sine vlla demonstratione à posteriori facta quia, vel quòd, à Zabarella nuncupata, immo sensata solum notitia sensati medij subiecto intrinseci, mediū id nobis notius est, quod sit, & quid significet, ac præstantissimam demonstrationem scientificam parit, à Themistio potissimam nominatam. Proinde ipsa demonstratio medium terminum substantialem habet, qui tum passionem, tum subiectum æquè parit. Hinc in hac demōstratione ambæ propositiones necessariæ, & immediatæ sunt, ambæque prædicatum essentiale possident: vt Auerr. ait, & Zabarella: Vnde vt ait Petrela. *Illud medium, quod est notum natura quatenus causa, & nobis quatenus sensatum facit, vt cognoscatur vtraque quæstio, videlicet illud esse & propter quid vt effectus sit*. Vt etiam Arist. affirmauit. Quandoquidem tunc medius terminus hercle externus est, & causa tantum est maioris extremi, seu passionis, non autem minoris extremi, quod subiectum est, in minori propositione. Ideò tunc cum medium sensatum non sit in subiecto sensato; immo extra id subiectū, sensata notitia id quidem præcognoscere quod sit nequimus: Vnde cogimur tunc per demōstrationem à maiori extremo, cuius causa est, ad id medium processu factam quia, vel quod appellatam, id quod sit, vt notius nobis præcognoscere: Ac medium hoc modo causalem demonstrationem propter quid vocatam producit, vt terræ interpositio inter Solem, & Lunam se habet, cuius meminit Arist. quæ Lunæ extrinseca est, producitque luminis Lunæ defectum, non autem Lunā producit. Hinc nobis sensata notitia nota quod sit, non est, cum sensata non sit; immo rationalis, ac per sensum defectus luminis Lunæ a syllogismo à posteriori quia, seu quod appellato, nobis notior cæteris facta est. Quare demonstratio ipsa re vera maiorem tantum propositionem immediatam, prædicatum essentiale possidentem obtinet: minorem vero mediatam prædicatum accidentale habentem tenet, cum terræ interpositio de Lunæ quidem essentia non sit, neque de Luna prædicetur, nisi mediante luminis Lunæ defectu, vt ait Zabarella; Nihilominus ipse ait, eā quoque; potissimam esse, cum satis sit in maiori propositione maius extremum, quod semper medium respicit, vt primum extremum, & medium ipsum reciprocabilia, ac necessaria, & immediata sint, & in minori propositione subiectum sit vniuersale, ac proprium maioris illius extremi ceu passionis demonstrandæ: Ideòque Zabarella depromit quòd demonstratione propter quid nulla demonstratio potior detur: Ideò omnem demonstrationem propter quid etiam potissimam esse statuit. Eamque sanè ob causam Petrela deceptus est subsumens demonstrationem potissimam ab alia propter quid specie differre: cum re vera non nisi gradu differant hæ duæ demonstrationes scientificæ. Ambæ nanque propter quid sunt, non tamen geminæ potissimæ inueniuntur: Ideò Zabarella non minus decipitur asseuerans vtranq; potissimā esse, cum ea causalis potissima non sit. Cumque etiam potissima longè certiorem, quoad nostram cognitionem scientiā produ-

A producat, quam alia scientifica propter quid'. Pariter autem duas inuenio esse artificiales demonstrationes rerum artificialium per se sensibilium rerum materialium nihil speculabilium per se; quarum prior communiter scientifica est, quia ista est sciendi gradus potissimus, & certus vt scientificus communis etiam scientijs speculatiuis: & cum rerum sit secundum naturam non caducarum, neque hominum industria inuentarum, aut factarum, ac ipsa vniuersalium est, & etiam potissima est, vt suo loco dicam, seu vt satius dicam eandem certitudinis vim possidet, quā etiam demonstratio potissima possidet, vel continet in medio rationali subiecto innēto, ac in prima parte medicinę propriè artificialis antea allatę. Vnde morbi, vt passiones propriç artis medicę, per causas proprias artis, de locis subiecti proprij demonstrantur hac demonstratione communiter scientifica pariente certam cognitionem artificialem harum rerum prçternaturalium, semper eodem modo in specie productarum, secundum naturam tamē contingenter. Et de hac quidem ipsa demonstratione minimè verba facere prætermisit Hippocrates, cum scientiæ medicinę meminerit vniuersalium per demonstrationē rationalem vniuersalium artificialem, quam exinde sensatis demonstrationibus pluribus particularium experimentalibus comprobare tenemur, quæ demonstratio verè propriè non est scientifica, tum quia à mente speculatiua non fit, tum eo, quod rerum speculabilium non est. Verum tamen quoad certā cognitionem communiter scientificam artificialem, quam elicit ex demonstratione mens rationalis operatiua, est communiter

Demonstrationes artificiales duæ quoq. sunt. Prior rationalis scientifica est, et si rerum artificialium secundum naturā est. Hāc posuit Hip.

Interp. Heurn. Ii. de eleg. p. 104. & lib. præcep. ex Heur. 120. & 121.

B scientifica rerum in natura humana existentium. Alia verò demonstratio particularium sensibilium est, quatenus rationabilium, ac vniuersalium potentia: cum ars singularia dignoscere nequeat, nisi vt per præcepta, per regulas, causas proprias illius artis vniuersalia ad suum finem limitet. Vnde singularia materialia dignoscit Artifex, vt dependentia ab vniuersali specifico. Hinc Auerr. omnem artem depromit, necesse est certas, ac determinatas causas, ac definitiones, & non nullas regulas sibi proprias habere; cum artes finem proprium, & ea, quæ ad finem vtilia sunt possidere debeāt, vt Aristoteles ait; quibus sanè rebus prius ad erudiendos iuuenes vtimur, demonstratione artificiali scientifica iamdudum posita vniuersalium. Ac deinde ad eos assuefaciendos in arti opera danda, hac certa ipsa particulariū demonstratione experimentali vtimur, vt non modo Hippocrates decreuit; Verum etiam Aristoteles confirmauit. Vt verò præcepta artificialia sint perpetuæ certitudinis, debent subiecto inesse vniuersali, & proprio, non autem particularibus, quæ in infinitum progrediuntur. Ideòque ipsa secunda demonstratio parti medicinæ experimentali inseruit; tamen semper priorem vniuersalium rationalem artificialem demonstrationem allatam ista experimentalis subsequitur. Ambæ verò semper iunctæ vsuali simul, & exercitali medicinæ sunt: Nulli verò aliarum Artium ambæ simul deseruiunt, quia sola secunda ijs inseruit. Hanc verò demonstrationem, regressum demonstratiuū artificialem appellauit Aristoteles, vt etiam adnotauit Balduinus, cum ab effectu sensibili, causa dignoscatur, atque etiam effectus cū sua causa proxima, & immediata reciprocabilis sit, in subiecto vniuersali, & proprio, ac ita certissima est: cum ratiocinationem certam artificialem pariat, vt Aristoteles, Auerroes, ac Themistius affirmarunt: Quibus in locis dicunt, vt in medicina, ex parte rerum naturalium, ex quibus constat ex causa efficienti, & ex causa materiali habeatur regressus naturalis, & artificialis demonstratiuus, ac certus, quòd semper hæ causæ ad subiecta propria vniuersalia referri debent; alioquin non esset demonstratiuus, nec certus experimentalis. Per tale enim subiectum causę naturales efficientes, & materiales determinatę, ac certę sunt. His autem hunc in modum constitutis, facilè erit, medicinæ genus colligere. Quandoquidem finis genericus medicinæ non in cognitione consistit, verum in vsu, & ad opus externum: Vnde cognitio rerum artis medicę quę ante operationem faciendam necessaria est, quæ per eas binas allatas demonstrationes artificiales etiam habetur, in gratiam operis externi illius faciendi à nobis inuestigatur. Hinc Galenus lib. de const. artis medicæ c. 20. ait. *Nam institueramus omnes partes medicinæ non quidem exactè disquirere sed monstrare à finis notione &c.* Præterea Medicina facultas est recta operatiua ratione, & est principium formale operandi, ad consequendum finem proprium, nimirum ad conser-

Alia demonstratio artificialis experimentalis particulariū sensibilium vt rationabilium ac vt vniuersaliū potentia.

a De par. animalium c. 1.

7. Polit. c. 13.

Hip. li. de eleg. ex Heurn. 104. & lib. precept. 120. 121.

9 Pol. c. 1.

Arist. 1. Rhet. c. 2. & 6. & hic c. 4.

C

1. Post. c. 30. Tract. 1. de regressu demonstratiuo.

Ambæ demonstrationes a mente rationali operatiua pendent ad opus externum.

Ex ijs differentijs scientiæ & artis medicinā artem scientificam, & certam esse colligitur.

Cui finis 1. ratio à fine.

Secūda à forma generica.

Tertia ab efficiente.

D uandam sanitatem. Vlterius Medicina est mentis rationalis operatiuæ, & quicquid in medicina molimur, primum mouens, seu primum agens semper intellectus practicus rationalis factiuus, seu operatiuus est, in parte verò speculatiua etiam primus motor est, at in ea vtitur intellectu speculatiuo, ceu instrumento curationem disponente, vt à superiori principia assumit, iam definita, ac demōstrata: sicuti in parte morali, intellectu actiuo quatenus instrumento vtitur mens operatiua. In parte verò diuina, seu Metaphysica, nobiliori, & sublimiori anima diuina, ac immortali, vt instrumento dispositiuo per accidens vtitur. Ex obiecto autem Medicina versatur circa morbos, & circa causas morbosas, quæ possunt esse, & non esse, & ideo contingentes sunt, hac de re. Insuper Medicina fundata est in sensu rerum per se tantum sensibilium, vt fundatarum rerum rationabilium, artificialium, medicinalium. Porrò de instrumentis eligendis ad finem consultat medicus, & inuentionem eorum habet, nec non generationem facit eorundem. Rursus Medicina ambabus ijs demonstrationibus artificialibus vtitur, non modo ad rerum medicinalium certam, seu rectam cognitionem expiscādam, at etiam in gratiam operis certi, ac vtilioris ad finem suum proprium executioni mandandi. Tandem Mens rationalis operatiua ad libitum non po-

Mens rōnalis operatiua primus motor est per se inquacū que re artis medicæ vt prin. & principiū effectiuum artis medicę aut sit speculatiua, aut moralis aut metaphysica, aut artificialis.

4 Ratio ex obiecto.

Quinta.

Sexta septima, & octaua.

Nona.

Decima ratio.

test

Medicina ẽ sciẽtifica vt demonstrabilis ars.
Medicinã esse artem communiter scientificã ac certã per conuenientiam cũ scientia ac p differentiam ab alijs doctrinalibus, & rationalibus artibus.

test operari, cum externa egeat materia tum circa quam, tum cum qua operatur; quæ in loco, **A** ac in tempore per se sensibilis, ac operabilis sit. Scientifica autem communiter est Medicina, tũ eo, quia de scientiæ conditionibus in sua differentia participat, vt infra patebit, tum eo, quod ab alijs artibus doctrinalibus mechanicis distat. Nam ex obiecto scientifica communiter inuenitur, cum proprias passiones, & causas, nec non proprium subiectum possideat secùndum esse naturæ humanæ corporeæ, quæ scientię sunt conditiones. Morbi enim, causæque morbificæ, & loci corporis humani affecti non quidem hominum consultatione, inuentione, & generatione fiunt; immo naturæ humanæ corporeę accidunt, quæ etsi extra semper, & extra frequenter ipsæ contingant, nihilominus vbique, & semper eodem modo producuntur, quatenus semper natura se ipsam tueri eodem modo intendit se opponendo contra prętęr naturalia, ad se ipsam conseruandam. Et hac ratione ipsorum est scientia certior, quam obiecti aliarum artium mechanicarum, tum de passionibus, de causis, & de subiecto facile tractabili, facilique emendabili, ceu de ambiguis, quę artificis opera sunt, consultet, inueniat, ac generat Artifex aliarum artium. Medicus autem de ijs nullam consultationem, nullamque inuentionem, neq; vllam generationem habet: Nanque solum eorum, quæ per nos fiunt hęc requiruntur ait Arist. medicus verò cognitionem eorum communiter scientificam, ac certam demonstratiuam rationalem, artificialem, & experimentalem possidet in eorum curationis gratiam. Quocirca etiam ob eam geminam, demonstrationem ipsarum rerum in natura constitutarum certiorem, quam rerum arte factarũ **B** Medicina ars communiter scientifica artificiosa, & certa, recta, & inculpabilis est, magisque certa, quam aliæ artes doctrinales, & rationales omnino arte factę, vt ex Hippocratis decreto exploratum habeo: vbi etiam habet. *Naturam verò Dij omnes cæco ordine constituerunt, quæ igitur homines statuerunt ea nunquam eodem modo se habent, siue recta sint, siue non recta. Quæ verò Dij statuerunt ea semper rectè se habent*. Hinc ea, quæ secùndum naturam sunt, semper eodem modo fiunt: Ex parte itaque presidiorum consultabilium, eligibilium, & operabilium optimi operandi, ad res præter naturales à distantia recessus status naturalis occupari mensuratas tollendas, nec non in suo esse naturali manu tenendas, medico conuenit consultatio, inuentio, & operatio. Tametsi in omnibus instrumentis medicinalibus generatio minimè cadat, cum aliqua instrumenta iam à natura genita sint, qualia simplicia medicamenta sua essentia, & facultate sunt. Quæ à medico non pendent nisi consultatione, inuentione, & applicatione, quid, quale, quantum, quando, vbi, & quomodo. Alia verò consultanda, inuenienda, & generanda, seu componenda, quoad medicamenta componenda ex simplicibus naturalibus medicamentis. Alia verò absolutè consultanda, inuenienda, & generanda, vt sanguinis emissio, carnis combustio, & alia ijs similia. Neque obijciat quispiam si dixerit, si scientia differentiæ medicinæ sit, ergo genus in differentiam diuisum scientificam erit scientia, aut Medicina erit Ars mentis humanę practicę communiter scientificę: Quandoquidem generis medicinę aut propria differentia diuisiua generis in suas species, nec non constitutiua speciei conspicitur, prout Virtus mentis humanę iam in habitu acquisita recta, & certa sit, aut differentia generis non diuisiua, neque constitutiua est; Verùm tantum differentia in modo, quo ars medica, vt virtus mentis humanæ factiuę iam in habitu firmo acquisita nobis medicis patefacta fuit, ex parte medicinę disciplinalis, seu doctrinalis, alia quoque parte experimentali certificata ita, vt iam vsualis, seu exercitalis firma euaserit, ad differentiam modi sciendi aliarum artium, nullatenus scientificarum. Cum autem modus sciendi, artificiosus tamen, in arte medica sit per demostrationem quasi potissimam artificalem ex terminis internis, & conuertibilibus conflatam antea vberrimè declaratam, atque sanè arti medicæ maximè propriam rerum quæ semper in specie eodem modo ope naturæ humanæ corporeę vltrò producuntur, atque à Natura ipsa tolluntur per se, & primo vt à sanante: Ideo sicuti ea demonstratio communiter scientifica artificialis, & medicinalis se habet pariens scientiam æternorum artificiosã in specie, sic etiam æquum est, artem medicam virtute istius instrumenti logici artificiosi nos appellare posse communiter scientificam, artificiosam, & medicinalem, tũ vt dilucidetur, quomodo medicina sit communiter scientia, non propriè, vt ait Galenus, tum etiam vt hanc differentiã **D** amplectamur, ad omnimodam patefactionem; tum denique ad ostendendum genus à Montano positum, non esse genus, immo differentiam, quam etiam non esse diuisiuam, neque constitutiuam certum est. Hinc etiam nihil sequitur, eam differentiam esse genus diuidens, neque etiam Medicinam habitum mentis practicæ operatiuę, vt scientificę, quippe quòd solum vt operatiua ea mens demonstratione ea communiter scientifica, vt artificiali tamen, & vt medicinali vtitur, in operis gratiam tantum. At verò dubitatu dignissimum esse inuenio, si quis asseret eam demonstrationem simplicem medicinalem propriè, communiter verò scientificam superfluam esse eò, quia videtur talis demonstratio non concedi, pręter quam quòd Ars medica per regressum demonstratiuum suas passiones proprias demonstrare potest: Aut per demonstrationem simplicẽ, potissimam nuncupatam, passiones dignoscere valet, dum à mente speculatiua obtinet mẽs practica Medici, vt hæ passiones curabiles per se sensibiles, à mente speculatiua demonstratentur ea potissima demonstratione propriè scientifica speculatiua, ceu à mente, ac instrumento disponẽte operationem, & curationem salubrem à Medico moliendam. Ac inde passiones illæ ita demonstra-

Right margin notes: 2. Post. t. 57. — Hip. lib. de art. ex Foes. p. 10. — 3. Eth. cap. 3. & morb. eodem c. 10. & 6. ethic. c. 3. & 4. — Lib. 1. de vict. ratione p. 307. in Foes. — Alb. magnus 3. eth. c. 18. & D. Th. 3. eth. c. 7. ex Arist. 3. eth. c. 4. & 2. mor. Gal. 4. & 6. de simp. m. fac. D. Th. 3. eth. c. 6 aut 7. Alb. Magn. 3. eth. c. 18. & 19. — **C** — Lib. de arte par. ua c. 3.

Left margin notes: Nota quod sicuti passiones medicinæ demonstrabiles sunt ita eis demonstratiua ex parte medici sua Animæ facultas operatiua demonstratiua est. Obiectio. — Solutio. — Dubium. Prima ratio. — Secunda ratio. Tertia ratio.

A monſtratæ a mente ſpeculatiua, ita quoque à mente operariua hocmodo definitæ accipiũtur;
cum videarur mentem hanc factiuam eam demonſtrationem potiſſimam Medicinalem fabrica- 5 Ratio.
re non poſſe, rum reſpectu vniuerſalium terminorum demonſtrarionis à mente ſorum indoruni,
tum ratione cognitionis diſcurſiuæ, quæ in ea demonſtrarione, potiſſima efficienda requiritur,
quæ à mente operatiua non attingitur. Verùm enim verò demonſtratio hæc ſimplex propriè me- Ad dubium.
dicinalis, necnon impropriè ſcientifica, ſuperuacanea quidem non habetur, quia in medica arte
hæc neceſſaria eſt, ſicuti Medico optimo logica verum à falſo diſcernens neceſſaria introſpicitur, Ad 1. Rationem Solutio.
cum regreſſu demonſtratiuo etiam anima Artificis mechanici ignara ſine vlla logici ſcientifici
cognitione artificialiter tantum demonſtrare valeat. Ideò regreſſus ille demonſtratiuus tantum
parti artis medicæ experimentali rationabiliter factæ inſeruit, non autem parti artis medicæ di- Ad 2. Rationem.
ſcurſiuæ doctrinali vt rationali, ſeu dogmaticæ, cui illa potiſsima demonſtratio medicinalis pro-
priè artificialis deſeruit, quæ nedum artificialis, verùm etiam ſcientifica impropriè eſſe conſpici
tur, cum medica ars vt ſecùndum naturam ſe habens, etiam communiter ſcientifica ſit; Rerum
B nanque naturalium, vt medicinalium ſcientia præſtatur: ſimulq; etiam rerum præter naturaliũ,
cum oppoſitorum eadem tum diſciplina, tum doctrina inſpiciarur: Ergo ſi res medicæ artis arti-
ficiales ſimulque ſcientificæ ſint, ac ſcientificæ propriè eſſe nequeant: Ideò tantum communiter
ſcientificæ erunt. Vnde regreſſu demonſtratiuo demonſtrari nequeunt: immò demonſtratione
ſimplici non regreſſiua à medio termino vniuerſali medico notiori, ſenſata notitia, molita, ſine
vlla demonſtratione, quia à poſteriori peracta. Neque aſſerendum eſt, mentem operatiuã egere Ad 3. Rationem.
mente ſpeculatiua diſponente operationem certam à mente factiua aſſequendam, in morborum
curatione, in artis medicæ ſpeculatiua: vt libro ſequenti, ſi Deo placuerit, dicam. Tum quia fru-
2. phyſicorum. ſtra fiunt per plura ea, quæ optimè per pauciora fieri poſſunt. Præterea ridiculum eſt aſſimare,
quòd id quod propria ope fieri valet, alieno auxilio adimplere debeamus. Cum itaque talis de-
monſtratio per mentem operatiuam ſolam, & proprio munere conſequi poſſit. Igitur ſi uſtra, &
ridiculum eſſet, id per duas mentes principaliter, & aliena virtute acquirere. Quoniam eam de- Ad 4. Rationem.
monſtrationem potiſsimam medicinalem mens medici optimi quidem formare didicit etiam à
ſuis præceptoribus, quando iuuenis nondum peritus medicus erat, eodem tempore, quo aliam
C potiſſimam demonſtrationem ſpeculatiuam omninò ſcientificam conſtruere incepit. Quando-
quidem ſicuti mens ſpeculatiua illam potiſsimam ſpeculatiuam propriè ſcientificam format de-
monſtrationem: ſic etiam mens factiua docta, logicalibuſque inſtructionibus decorata, aliam fa
bricare artificialem poteſt demonſtrationem; nec dicendum eſt, quòd dum mens ſpeculatiua lo
gicalia præcepta rerum ſpeculabilium acquiſiuit, otioſa alia mens operatiua eiuſdem ſtudentis
manſerit, in iiſdem præceptis logicalibus rerum artificialium, & medicinalium ſecùndum eſſe na
turale exiſtentium adipiſcendis. Vnde mens operatiua medici non minus vniuerſalia rerum me-
dicinalium ſenſibilium format; quam etiam alia mens ſpeculatiua medici vniuerſalia ſpeculati-
ua fabricet. Ea propter mens factiua paſſiones, cauſas, ac ſubiectum in vniuerſale conſiderat; nã-
que ſi medicus oculi ophtalmiam Socratis introſpexerit, id tanquam hominis in ſpecie ophtal-
miam intelligat, videt, vt infra videbis. Immò mens ipſa medici præceptis logicalibus cunctis Ad 5. Rationem.
omninò docta, rationabiliter per ſe diſcurrendo, cognitionem diſcurſiuam prius acquirere debet
paſſionis ſubiecto inhæreſcentis per cauſam ſyllogiſticã, in gratiam operationis, curationis illius
paſſionis poſtea auferendæ; quod quidem attingit, dum à cauſa ea ſyllogiſtica vniuerſali, ei no-
tiori ſine vlla demonſtratione, quia à poſteriori facta, ad eius paſsionem ignoram progreſſum fa
D cit. Quocirca veriſsimum eſt eam demonſtrationem potiſsimam medicinalem à mente, periti
medici docta fabricari; etſi nullum inueni Autorem ipſius demonſtrationis, ſed ego diuino ope
fauente ex Hipp. & Gal. decretis medicinalibus, eam exploratam habui. Cęterùm hanc demon- Hanc demõſtrationem potiſſimam à mente operatiua fabricatam arti medicæ propriam eſſe.
ſtrationem arti medicæ propriam eſſe patet, cum ſoli arti medicæ, & omni parti principaliter ar
tificiali ſenſatę, & ſemper competat; ſicuti ſola ars medica ſecùndum naturam ſe habet, quia hu-
manam, corpoream, ſalubrem, inſalubrem, & neutram naturam medicina reſpicit. Hinc medici-
na propriè eſt ars ſecùndum naturam, quo ad verò ſciendi gradum potiſsimum ſcientiis ſpecula Cur ars ſit medicina communiter ſcientifica.
tiuis communem, ars ſecùndum naturam eſt communiter ſcientifica. Vnde quo ad hunc potiſſi-
mum ſciendi gradum hæc demonſtratio potiſſima medicinalis nec ſpecie, nec gradu ab alia po- Hæc demonſtratio potiſſima medicinalis cum alia demonſtratione potiſſima ſpeculatiua conuenit, ac diſcrepàt.
tiſſima ſpeculatiua propriè ſcientifica diſtat: vt verò iſta medicinalis, & artificialis, illa verò ſcien
tifica propriè, genere ſpeculatiuo, & ſcientifico diſſonant. Alia verò pars medicinæ ſpeculatiua
ars ſecùndum naturam eſt, & communiter ſcientifica per demonſtrationem ſcientificam ſciẽtiis
communem propter quid quo ad modum, ſeu gradum certitudinis ſecundũ primum: Neq; rur-
ſus obiicias inquiens, etiam artes mechanicæ per regreſſum demonſtratiuum ex ſingularibus for
matum, ſcientificæ conſpiciuntur. Nam regreſſus demonſtratiuus non parit ſcientiam, at ſolum Alia obiectio.
cognitionem rectam particularium infinitorum, quæ deinde ad vnum vniuerſale finitum redi-
guntur, à mente operatiua cognitum. Ergo duntaxat medicina ars communiter ſcientifica eſt,
cum tantum ea modum, ſeu gradum ſciendi obtineat, ſcientiis ſpeculatiuis communem.

CAPVT

A

CAPVT VII.

Generis Medicinæ differentia diuisiua, & constitutiua ponitur. Medicinæ vt operatiuæ ab alijs partibus doctrinalibus operatiuis differentia statuitur. Medicinamque naturæ humanæ corporeæ facultatem reparatricem esse.



MEdicinam artem communiter scientificam, artificialem, demonstratiuam, ac alijs artibus demonstratiuis longè certiorem ex fine communi, & ex obiecto generico rerum in natura humana corporea semper, & vbique in loco proprio affecto productarum hactenus in medium attuli: Modo itaque ex eodem obiecto formam genericam Artis medicæ ab alijs artium formis differentem patefacere teneor. Vt subinde ex proprio fine medicinæ obiectum proprium à Physicæ scientiæ, & moralis facultatis fine, ex obiecto discrepans, elicere valeam: hinc etiā artis medicæ formam specificam haurire possim. B Eamque valde ijs facultatibus partim certiorem esse, depromere queam. Nam medicina hominum industria inuenta non fuit: Immo in hominis natura salubri, insalubri, & natura fundata, in sueque naturali esse, vitium robore tuenda, reparanda, vt prouidentia, prius quidem à D.O.M. instituta: deinde impulsu diuino ab hominibus inuenta est. Ex qua artis medicæ formam ait Galenus facultatem effectricem, vt reparatricem prouidentiam, aut correctricem vitiosorum esse præter naturalium corpus humanum lædentiū; Quam in præcautricem, instauratricem, & conseruatricem secuit. Quatenus naturæ humanę corporeæ tantum ministra rem naturalem custodiens, reparatrix, ac instauratrix est. Idem alibi etiā ait Galenus. *Igitur in confessò est eam inter effectiuas, aut acquisitiuas esse collocandam, postquam neque inter contemplatiuas, neque inter actiuas inuenta est. sed neque inter acquisitiuas numeratur*; vt Artes hominum tantum industria inuentæ sunt, & Mæchanicæ appellatæ; & alibi ait. *Igitur Medicina est è numero artium factiuarum, non tamen vt ædificatoria, vel fabrilis, vel textoria, sed vt ea potius, quæ labefactatas ædes instaurat, vel dilaceratas vestes consuit*. Cæterùm hic dubitatu dignum esse inuenio, hunc locum Brasauolam in indice notasse, hoc modo *Medicina est vna effectiuarum artium non simpliciter, sed vt reparatrix*: ergo Medicinā habitus ratione recta factiuus non est simpliciter: Pro cuius dubij solutione; Primo perpendo. Artem simpliciter habitum recta ratione C factiuum mentis factiuæ bifariam desumi posse. Nam vel vt acquisitiuus omnino sit, ad finem artificialem effectibilem habitus firmus sit subiecti consultabilis, eligibilis, & factibilis, facileq; tractabilis, ac emendabilis, ac nouiter inuentibilis, ac generabilis. Aut habitus penitus acquisitus, ad finem artificialem, simulque naturalem custodiendum, hinc subiecti naturalis ad artem coarctati, non consultabilis, neque eligibilis, nec nuper factibilis, nec inuentibilis; immo tale subiectum quale à Deo, & à Natura factum est, conseruabile, vt conseruandum se habet. Secundo autem considero Artem primo modo factiuam esse, vt recenter factiuam reduplicatiuè, & simpliciter: secundo autem modo Artem factiuam non quidem vt nuper factiuam esse, verū factiuam vt reparatricem rei iam à natura factæ, seu prouidentiam, siue custodiam artificialem. Ratio autem cur hinc secundo modo Medicina simpliciter habitus sit recta ratione operatiuus, seu factiuus est eò, quia Medicina primo genericè est factiua, sicuti cęterę quoque artes sunt, quia reparatiua facultas est corporis humani salubris, insalubris, & neutri vt factiua est; & si factiua nuper non sit: reparare enim quidem non nisi facere, seu operari, est: secùndo vero postea specificè est reparatiua facultas, vt factiua. Vnde vt reparatiua corporis, humani salubris, ceu per differentiam diuisiuam, simulque constitutiuam, ab alijs artibus secatur, vt liberalis etiam, & vt difficilior cæteris artibus est. D Quandoquidem sicuti Mæchanicæ omnino hominum industria inuētæ magis factiuæ sunt in eo, quod recenter factiuæ sunt, vt ædificatoria, vel fabrilis, & textoria; sic Ars Medica longè difficilior factiua est, cum versetur circa nobilissimum subiectum difficilè tractabile, difficileque corrigibile, quale est corpus humanum vt salubre, insalubre, & neutrum: Vnde Medicina ars est simpliciter factiua, etsi circa subiectū, circa passiones, & causas nulla cōsultatio, nullaque electio, nec generatio cadat à Medico facta. Ideò sua origine, ipsa est ars secùndum naturam. Hinc ab Hippocrate præcustodia quoq. appellata fuit eò, quia neque passionum, neque causarum propriarum, neque subiecti eius proprij Ars medica consultationem, nec inuentionem, neque generationem habet. At verò solam cognitionem per signa diagnostica, vt ea iam habita, opifex subinde ea, quæ præternaturalia sunt tollere, & ea, quæ secùndum naturam sunt, manutenere possit, prout Ars medica, naturæ ministra, & Æmula perpetuo est.

Medicina ars reparatrix à rebus præternaturalibus, quæ præternaturalia ex natura corporis in suo esse naturali, & à viribus cognoscuntur. Hip. li. de art. & l. de flatib. 707. & li. de prisc. m. 23. ita alimenta & medicamēta.

Dubium an Medicina sit ars simpliciter factiua. Et quod sit probatur.

Fundamentum primum solutionis.

Nota Brasauolæ errorem.

Secundum fundamentum solutionis.

Solutio.

Medicina naturæ humanæ corporeæ ministra, æmula.

Medicina naturæ humanæ corporeę æmula ministra.

Hip. lib. de arte ex Foes.

Gal. l. de cons. ar. med. c. 22. & 20. Ad Thras. c. 26. & 27.

22. De vsu part. c. 7. de diff. feb. lib. 1. c. 4.

Lib. de constit. art c. 19.

Ad Thras. c. 30. De constit. artis c. 24.

2. Aph. 17 & Gal. 3. de diff. feb. c. 4

Hip l. de flat. & Gal. ad Thras. c. 31 & in 6. de morb. vul com. 5. t. 1. & ad Thras. c. 30.

CAPVT

A

CAPVT VIII.

Rationes Medicinam esse propriè scientiam asserentes conuelluntur.



His autem hunc in modum statutis, iam tempus est, quòd ad argumenta probantia Medicinam esse scientiam soluenda reuertamur: Nam ad Auicennæ statuti, dico Medicinam scientiam esse communiter quo ad modū sciendi doctrinæ Medicinalis, per causas proximas scientificum, & demonstratiuum; non autem formaliter, nec proprié, tum quia ad opus, & ad sanitatem se habet, tum etiam ex alijs infinitis antea iactis fundamentis, & rationibus: & quatenus scientia per modum hunc sciendi demonstratiuum acquisita communiter accepta potius differentia est, cōtra distincta ab Artibus hominum industria inuentis. Ideò Galenus statuit Medicinam tantum impropriè, & communiter esse scientiam. Et hoc eodem modo. Ad conciliatoris, Herophili, & Montani argumenta respondendum esse reor.

Ad Auicennæ statutum.

Ad cōcillatoris Herophili, & Montani argumenta respōsio.

B

CAPVT IX.

Artis Medicæ partem principalem sensibilem certam esse, sicuti scientiæ Mathematicæ certæ sunt.



QVoniam Medicinę quiditatem constituens, eàm quoque certam esse ostendi, certitudine demonstratiua communiter scientifica, in primo certitudinis gradu relata. Proinde nunc partem Medicinæ sensatam ita certam esse in primo certitudinis gradu demonstrare nitar, vt etiam scientiæ mathematicæ certæ sunt sua cognitione, in primo certitudinis gradu: vt subinde pateat, quod sicuti Mathematicæ scientiæ certiores cognitione longè cæteris scientijs sunt, ita etiam Ars Medica longè certior sua cognitione cæteris artibus habetur. Quandoquidem primus certitudinis cognitionis gradus per demōstrationem simplicem potissimam etiam vocatam acquiritur; secundus verò certitudinis cognitionis gradus per demonstrationem regressiuam propter quid appellatam conspicitur. Cum autem Mathematicæ scientiæ per demonstrationem potissimam C dignoscantur, cæteræ verò scientiæ per demonstrationem propter quid agnoscantur; ergo Mathematicæ cognitione ita certæ sunt, vt certiores sint alijs omnibus scientijs. Ita verò pariter de Medicinæ parte sensibili asserere valeo, quia ipsa sensu manifesta morbos, morborumq; causas, & locos affectos patentes possidet, vt morborum eorum cognitionem certam per sensatam eam demonstrationem propriè medicinalem potissimam nuncupatam semper habere possumus: Cū hęc demonstratio ex terminis internis simul iunctis penitus sensibilibus, ac reciprocabilibus cōstituta communiter scientifica, recta, ac certa elucescat, vt primus certitudinis cognitionis gradus, artificialiter ad finem Medicinæ coarctatus: Nam alia pars Medicinæ speculatiua certa est, in secundo gradu certitudinis cognitionis per demonstrationem propter quid habito: Quocirca pars sensibilis Medicinæ certa est absolutè; alia verò pars speculatiua certa est ex syndrome conuertibili, & per demonstrationem propter quid communiter scientificam, vt à coniecturali contra distincta. Modo itaque Medicinæ partem artificialem principalem, ac sensibilem certam esse modo proposito explanabo Morbi nanque à quibus per se indicatio exhauritur, in triplici constant genere, vel enim sunt in intemperie, vel in soluta vnitate, aut in mala compositione, seu constitutione, aut cōformatione appellata: Verum morbi in intemperie sunt speculabiles, quorum alio in opere meminero. Aliorum vero Morborum, qui in soluta vnitate, in malaque com- D positione habentur, sunt vlcera, vulnera, ossiumque fracturæ, & luxationes, Præterea humorum collectiones, tumores omnes tam inflammatorij, quam non inflammatorij: Ac eorum omnium aliqui vnà cum causis eorum immediatis, & in locis insunt affectis patētibus, ac isti manifesti, ac sensui noti existunt. Alij vero latentes sunt interni, ac speculabiles: De his itaque patentibus nūc dicam; de alijs autem latentibus mox agam: sensibilium enim istorum morborum vt passionum demonstrabilium causæ seu coniunctæ, seu continentes vocatæ, notitia quidem sensata absque vlla demonstratione quia à Posteriori facta omnino præcognitæ erunt, simulque nobis notiores, atque natura priores, & immediatæ, conclusionisque causæ perpetuo habebuntur vt demonstrationi simplici requiritur. Causa nanque vlcus efficiens, & gignens quæso quænam est? nisi humiditas continens vlceri coniuncta, corrodens carnem nobis notior vlcere ipso? vnde vlceris figura rotunda, oblonga, excaua, seu profunda solum est, prout illa humiditas aspera, acris, & mordax, ac deniq; erodens extenditur sua corrosione. Vlterius vlceris magnitudo, & malignitas non nisi copia, & malignitate illius humiditatis carnem corrodentis attingitur; nā Galenus ait:

Medicinę sēsata est Ars cōmuniter scientifica, & certa certitudine demōstratiua in primo gradu certitudinis.

Sicuti & Mathematicæ scientiæ se habent.

Certitudinis primus, & secūdus gradus.

Mathematicæ sciētiæ certæ primo gradu certitudinis: Aliæ vero sciētiæ certę secundo gradu certitudinis.

Medicina certa primo gradu certitudinis, per demonstrationem simplicē potiā medicinalē sensatā & ex terminis internis simul annexis sēsibilib. tamē vt intelligibilibus & conuertibilibus constituta, & communiter scientifica.

Medicinæ pars speculabilis certa secundo certitudinis gradu & per demonstrationem propter quid Morborū tria sunt genera.

Morbi patētes.

Morbi latētes.

De morbis patētibus in hoc primo libro dicatur.

Vlceris causa efficiens proxima patens est.

Vlceris magnitudo, & malignitas.

liquet autem quod exasperantium causarum singula cum inualuerint vlcerationem quidem aliquam, aut corrosionem in partibus carnulentis afferunt, in ossibus verò caries inducunt, ideo vlcus solutio continuationis in carne appellatur, & est:l. de diff. morborum c. x 1. & 3. meth. c. x. & 4. meth. c. 1. *carnis enim disiunctionem vlcus appellamus* ait, & Rudins inquit *cum itaque efficiens vlceris causa perpetua, & immediata sit causa erodens, ideo videndum quotuplex huiusmodi causa sit* nam etsi vlcus ab alijs rebus gigni possit; ab ea humiditate allata, attamen in plerisque prodit immediatè, & proximè, *si autem cacochymia, & prauorum succorum in corpore redundantia, cuius iam dicti erodentes humores soboles sunt consideretur, prout non in affecta parte continetur, & ad affectam partem aut actu fluit, vel fluere potest, ab iisdem artis medicæ scriptoribus antecedens causa quæ contentiuam causam fouere potest nuncupatarum vlcerumque causa mediata, atque remota statuenda est*, vt idem Rudius scribit, nam vt exarat Galenus; sicuti in vlceris ratione formali comprehēditur caro humeri, vel alterius partis, ita in vlceris medio termino immediato constituendo requiritur, vt ea humiditas erodens eammet carnem humeri, vel cuiuslibet partis vlceratæ, simulque vlcerandæ seu vlcerabilis patenter sensibilis sit, vt reor, ac etiam Rudij sententia pro comperto habetur: Ex quo medio termino sanè demonstratio potissima consurgit, sicuti ex alia causa remora demonstratio quia habetur, quam vlceris causam tum immediatam, & proximam, tum remotam statuens Galenus, ita recensuit, *in cicatrice vlceratæ carnis ducenda non modo quod affluit verum etiam humor, qui in ipsa carne continetur est consumendus* nam *qui ex liene, aut alia quauis notabili parte, seu à toto corpore* cacochymiæ fluxionem, *ad vlcus mittentes laborant, ipsa prius parte percurata*, seu toto perecurato *mox ad vlceris curationem accedemus*; hinc vlcera omnia siccanda sunt, præter contusa, verum peculiariter de hoc humore acri mordaci aspero carnem abradente, qui causa est vlceris proxima loquendo; cum excrementum duplex sit, crassum sordidum, atq. tenue, & saniē, nempe ichorem appellando, depromit *quin etiam ulceribus tenuibus excrementū sanies græcè ichorum appellatur, quod crassum est sordes, ac ex tenui quidem excremento vlcus humidum redditur, ex crasso sordidum: atque duplicibus medicamentis eget vtiq; humidum est, siccantibus, vt sordidum, quæ ipsum expurgent* abstergendo: *ergo cum nullo vnquam tempore natura cesset, certè nec tempus vllum erit in quo ambo hæc* acria mordacia, aspera, & erodentia causamque efficientia *in cauo vlcere colligentur*: eo quod vtrumque excrementum in carne vlcerata, simul cum vlcere ipso semper inhærescunt: Vnde semper cum eo conuertuntur. Cæterum video aliquem obijcientem, illi humores acres, & vlcus æquè sensui tactus, & visus ooti sunt, ergo verum ooo est, eos humores sensata ooti tia ootiores esse, ipso vlcere. Cui respondeo quòd tametsi hæc omnia æquè sensui pateant quoad sensoria, & ad sensum communem iudicantem etiam idiotis; nihilominus quatenus ad Mentem chirurgici periti operatiuam discursiuam, simulque demonstratiuam referuntur in eo, vt vlcus, vt passionem carnis demonstrare velit, per eam causam ex præcognitione sensata notitia sensitiua, assumatur, tunc certè causa ea notior est sensu quam passio; quo circa vlceris cognitio recta, & certa habetur demonstratione simplici, qua etiam Mathematicæ scientię certę sunt; sic etiam vulneris, ossium fracturæ, luxationum, contusionum, omniumque tumorum tensionumq; cognitio eodem modo certa est. Quandoquidem omne carnis vulnus à re incidente, ceu à causa prima, & immediata fit, dum carni ferrum incidens, aut res incidens tantò iungitur, quanto etiam amplum vulnus magis, aut minus fit, & omnis res carnem incidens efficit vulnus, & omne vulnus à re incidente fit, & res incidens sensui parens notior nobis est vulnere ipso, cum sensus visus adstantium prius rei incidentis carnem ingressum intueatur, quam vulnus: Pariter de nerui, seu tendonis, vel membranæ punctura à re pungente oborta asserendum est; Similiter de contusione à re percutiente geoita, ac de luxatione à re luxante, seu percutiente, seu distorsionem efficiente, vel per casum ab alto exorta, ac de ossium fractura à re frangente orta, vel res frangens percutiēs sit, vel incidens, aut per casum ab alto gignens, vt laconicè ab hac re me expediam. At verò quoniam quispiam obijcere posset afferens; causam proximam suo effectui in subiecto sensibili iunctam non manere, vt res incidens vulneri, res pungens puncturæ res contundens contusioni, res frangens fractioni, & res luxans luxationi, semper iuncta non manet. Præterea hæ causæ sensata notitia suis effectibus non semper notiores sunt, vt quando in tenebris nullus homo rei incidentis ingressum in carnem introspicere potest, tertio res luxans quæ cum luxatione conuertitur nimis vniuersalis est, vnde quia casus ab alto percussio, ac distorsio membri sunt causæ luxationis, ergo vna istorum cum luxatione, ceu suo effectu nō reciprocatur, ideoq; his tribus de causis ex ijs terminis demonstratio simplex potissima vocata non emergit. Sed has tres obiectiones falsas esse dico, eo quia respondeo ad primā satis esse, causam suo effectui vbiq; & semper eo tēpore tantum, quo effectus ille producitur ab ea causa iunctā esse. Ad secundā, dico, in tenebris satis est se vt præcognitio, sensata notitia tactus adhibita, patienti homini nota, & à patiente homine, vulnerato, seu puncto, aut contuso, seu fracto, vel luxato à Medico chirurgo apprehendatur, absque vlla demonstratione à posteriori molita. Ad tertiam vero depromo, rem luxantem, esse causam primam, hinc etiam immediatam, & proximam luxationis, proindeque non excedere luxationem, nec nimis vniuersalem esse; Casus autem ab alto, percussio, & distorsio causę quidem remotæ sunt luxationis; & modi quibus luxatio à re luxante fit; Quo circa patet horum

Marginal notes (left): Vulcus demonstratur demonstratione potissima medicinali. — Obiectio. — Solutio. — Omne vulnus à re incidente fit, vt à causa immediata. — Obiectio 1. — 2. Obiectio. — 3. Obiectio. — Ad 1. responsio. — Ad 2. responsio. — Ad 3. responsio.

Marginal notes (right): A — De causis morb. c. 7. — De vlceribus li. 1. c. 1. — Ibidem. — Eodem loco supra cit. — B — 3. Meth. c. 5. 4. Meth. c. 1. — 4. Meth. c. 5 & 6. & 1. meth. c. 1 — 3. Meth. c. 3. — C — D

A horum morborum certam cognitionem nos attingere posse, ad certam quoque operationem salubrem relatam demonstratione potissima tum acquisitam, tum intellectam, quod etiam de tumoribus seu tensionibus ex humorum collectione genitis asseuerare poteris, cum his tum tumoribus, tum tensionibus partium sensibilium suæ causæ immediatæ, & proximæ inhærescant, simulque hæ causę nobis earum effectibus notiores perpetuo sint, eo quod tumor genericè non nisi collectio materiæ copia peccantis introspicitur in aliqua parte fluxæ, ac residentis, seu collectæ eamdem partem tumefactam secùndum spatium in longitudinem, latitudinem, & profunditatē, extendentis prout ea materia copiosa fit, hinc vt ait Galen. *Græci spatium in longitudinem latitudinem, & profunditatem nominarunt, latini vero tumorem appellant, interdum etiam quod est supra id quod est secùndum naturam incrementum dicunt tumorem latino sermone*, ea propter tumoris causa immediata materia quidem sua copia peccans est, carnosam partem secùndum augmentum, & spatium longitudinis, latitudinis, & profunditatis extendens: sicuti etiam tumor nonnisi carnosæ partis extensio est secùndum augmentum eius carnis, & spatium trium dimensionum. Eamque sanè ob causam ambo simul iuncta sunt, & vnum sine altero esse nequit, & conuertuntur simul, priusque nota causa est replens, ac extendens, quam caro intus repleta, ac extensa tumoris: Nam sensata notitia Medicus peritus, in anatome pluries sensu tactus, ac visus acquisita eam partem nunc tumefactam naturaliter spatiosam, raram, inanem, mollem, ac planam prius

B fuisse scit, vnde si augmentum, & spatium tumoris per latitudinem, altitudinem, ac profunditatem dignoscere voluerit tactu, ac intuitione sensata notitia, prius hercle causam replentem, ac extendentem præcognoscere tenetur, non solum in genere, at vero etiam in specie; duę etenim generis generalissimi species transcendunt, nempe tumor flatuosus, ac tumor humoralis, quæ species dignosci nequeunt, nisi prius an causa illa ex qua immediatè fiant; an flatus vel potiùs humor sit distinguatur; nec similiter humoralis tumoris quatuor species legitimæ seorsum contradistinctæ in eo vt quatuor massę humoralis, succi sanguinis nimirum, bilis, pituitæ, & melancholię etiam vicissim contradistincti sint; hoc est phlegmone legitimus, erysipelas legitimū, eodema legitimum, ac scirrhus legitimus dignosci nequeunt, quin prius causam proximam, seu syllogisticam phlegmonis, erysipelatis, eodematis, ac scirrhi sensata præcognitione dignoscamus; idipsum de spurio phlegmone, tum erysipelatode, tum ædematode, tum scirrhosode asseuerandum sit: Vlterius etiam idem de spurio erysipelate, alias phlegmonoso, alias ædematoso, alias scirrhoso, simulque de oedemate spurio interim phlegmonoso, interim erysipilaceo, interim scirrhoso asserere poteris; sicuti etiam de scirrho spurio aliquando phlegmonoso, interdum erysipelaceo, quandoque vero oedematoso promulgare audeo; cum neutrum istorum sensata præcognitione apprehendere vllatenus valeamus, quin prius eius causam syllogisticam

C præcognouerimus; sine vlla demonstratione quia à maiori extremo, ad medium præcognoscendum, & à posteriori molita; Quam ob rem nihil, seu minimi facerem, si quis obijceret; dicens: multas istorum tumorum causas immediatas præcognitas esse pura notitia sensata, sed aliquo etiam discursu facto à posteriori; ergo potius hi tumores certam dignotionem communiter scientificam obtinent per demonstrationem regressiuam propter quid dictam, non autem per demonstrationem simplicem, quam logici potissimam vocant: Quandoquidem concedo oedema, ac scirrhum dignosci non posse, nisi digitorum compressione, hoc enim modo, à fouea permanente paulo post digitorum compressionem oedema dignoscitur, cum eius albedo satis non sit; quia ea etiam tumori flatuoso communis habetur, à tactu vero minime doloroso foueam non efficiente, scirrhum notum fieri patet, vnde quodammodo discursus in horum cognitione concorrit, vel à signo tamen sensato oborto, non tamen à demonstratione quia adhibitus, vt progressus sit à maiori extremo, ad medium terminum pręcognoscendum, quippe tantum à quadam operatione causę sensata à digitis peracta, causa ipsa patefit, quemadmodum enim ad hominis risibilitatem simpliciter demonstrandam rationalitas necessario præcognoscenda sensata præcognitione, quę cum apprehendi nequeat vllo sensu, requiritur, vt à signo & ab operatione pręcognoscatur; non autem in eius præcognitione discursus fit, à risibilitate, ad rationalitatem ipsā

D per demonstrationem quia; quoniam tunc risibilitas simpliciter non demonstraretur; immo regressiua, & cōposita demonstratione ex duabus demonstrationibus consurgente scilicet ex quia & propter quid; ita quoque ad demonstrandos eos tumores simpliciter nobis magis decet eorum causas syllogisticas partim sensui tactus partimque sensui visus sensata notitia patentes, postea ad materię, & humoris speciem ab alia specie distinguendam aliquē discursum impropriè, & sensatum ab operatione digitorum foueam imprimente, seu non, vel sensum dolorosum efficiente, vel non, omnino prius speciem causæ dignoscere faciente, consequenterque postea speciem tumoris, non autē à dignotione speciei tumoris causæ species præcognoscitur: ergo manet nostrum institutū verissimum esse. Verū forsan rursus verearis, si dixeris; hanc artis medicę partē principalē sensibilem certā esse, non per demonstrationē simplicē scientificā, imò per regressum demonstratiuū artificialem antea iam c. 4. recensitum, quo oēs artes demonstrabiles certæ sunt, tam cognitione discursiua, q̄ operatione sua. Pręterea demonstratio scientifica simplex scientijs tm̄ speculatiuis competit, non aūt artibus factiuis, eò, quia ex vniuersalibus à mente speculatiua

Gal. 4. de vict. rat. in m. acu. t. 37. & l. de tum. præter naturam c. 1.

Ibidem.

Hip. lib. de flatibus circa initiū.

Tumorū cognitio certa primo gradu certitudinis est.

Tumorum quatuor species sunt.

Obiectio.

Solutio.

Obiectio prima

Obiectio secunda.

Ad primã obiectionem respõdeo.

Ad 2 obiectionem soluo.

fabricatis, ea demonstratio consurgit, quæ vniuersalia à mente factiua practica non emanant; sed A hæc dubia nihil sunt: quoniam regressus demonstratiuus proprius est artibus mæchanicis, quæ nullatenus artes communiter, scientificæ sunt, tum quia hominum industria omnino fiunt, tum quia regressus demonstratiuus etiam à mechanicis artificibus sine vlla logicæ cognitione fit, à mente practica indocta. Ars verò medica, vt secundum naturam est, Hippocratis decreto libro de flatibus in libri principio, non autem hominum industria tantum inest: ideò ars impropriè, seu communiter scientifica introspicitur: proinde regressus demonstratiuus in arte medica in parte experimentali tum cognitione, tum operatione executioni mandatur, postquam pars doctrinalis seu rationalis demonstratione simplici communiter scientifica, seu logici instrumenti ope, iam acquisita fuerit, à mente practica docta. Ex quo ars medica certa est per demonstrationem simplicem, non simpliciter, nec propriè scientificam: quippe tantum per demonstrationem simplicem impropriè, & communiter scientificam, propriè verò artificialem, & salubrem, ad finem artis medicæ coarctatam. Ad secundam verò obiectionem dico: falsum esse demonstrationem scientificam simplicem potissimam vocatam tantum speculatiuam esse, scientijsque B solum speculatiuis conferre, cum duplex ea quidem sit, vel propriè scientifica, quæ solis scientijs speculatiuis assignatur ex vniuersalibus terminis speculabilibus emergens, aut propriè artificialis, & medicinalis, impropriè vero seu communiter scientifica, vt omnino certa ex terminis vniuersalibus operabilibus, & salubribus consurgens, quæ à mente medici penitus logici, ac docti operatiua producitur, cum mens ipsa vniuersalia inductionalia, & sensata fundamentaliter à sensu abstrahat, subindeque ipsa vniuersalia factibilia, & medicinalia, & salubria secundum esse naturale fundamentaliter, formaliter in ipsa solum mente esse habentia fabricet; quibus fabricatis, exinde à causa vniuersali, syllogistica ad subiecti passionem demonstrandam, progressum faciet, discurrendo: hinc ea demonstratio salubris, vt artificialis, & medicinalis propriè fit, quæ communiter scientifica est, & quo ad modum scientificum mathematici communem sciendi, vt rerum salubrium in esse naturali existentium fit: nam etsi rerum naturæ humanæ corporeæ sit præternaturalium, tamen hæ præternaturales sub naturalium doctrina cadunt, quia oppositorum eadem doctrina habetur. C

C A P V T X.

Humanum corpus Physicæ scientiæ, & facultatis moralis, atque medicinæ subiectum est; nihilominus finis ratione secatur; hinc medicinæ forma specifica à suo fine hauritur; artemque medicam longè non modo facultate morali, verum etiam physica scientia, quodammodo certiorem esse, quodammodo verò non esse, ostenditur.

ANtea autem ex fine omnibus artibus commune; hinc etiam ex generico subiecto sensibile per se, simulque ex generica forma (vt ita dicam) secundum humanam naturam se habente artem medicam firmam esse, vndiq; vt prouidentiam, & reparatricem, & custodem facultatem, ac multo cæteris artibus certiorem esse, demonstrari. Modo itaque ad particularius accedendo, D ex proprio fine artis, subiectum quoque proprium simul atque formam specificam colligere deuincor; vt subinde ijs artis medicę statutis proprijs fundamentis eam certam prorsus esse, depromere valeam; quippe ipsam longè alijs facultatib. quidem humanum corpus pro subiecto licet vario modo habentibus certiorem esse, aut non esse enucleare possim. Quandoquidem medicinæ immediatus finis duplex est, similiterq; subiectum; nam aut commune, quatenus ad opus, & sensibile, vel ad sanitatem propriam, & prout ægrotabile, & sanabile tametsi humanum corpus subiectum sit commune, & physicæ scientiæ, & facultatis moralis quoque, & medicinæ: nam tum Physica, tum medicina hominẽ pro subiecto habent: ambæq. sanitatem considerant, verum dissimili ratione id efficiunt. Physica enim illud prout corpus naturale assumit, & quatenus speculatiuum, sanitatemq. simpliciter, per eius causas naturales speculatiuas contemplatur, vt mentis humanæ speculatiuæ virtus iam in habitu acquisita, Medicina vero, cum mentis humanæ operatiuæ virtus omnino in habitu acquisita sit, hominem sumit, vt sensibilem genericè ad opus relatum prius, vt ad finem omnibus artibus communem, dehinc specificè ad sanitatem eius limitatum, secundum eius naturam, & vires hominem accipit, quatenus salubrem, insalubrem, ac neutrum: per participationem aut per negationem extremorum eorundem. In sensu etenim datur medium tale. Quocirca Aristoteles promulgauit medicinam omnia vt salubria, & vt morbosa contemplari Galenus quoque habet. *Quatenus corpus nostrum naturale est, physicæ scientiæ subiectum esse dicatur; quatenus salubre medicinæ subiectum*

Medicinæ finis duplex genericus, & specificus.

Conuenientia inter phis. & artem med., necnõ discrimen ratione subiecti.

Hipp. lib. de ar. pag. 2. & de prisca med. 14 & de sterilit. 267. Arist. loco citat. de arte part. & 1. Reth. c. 4.

Gal. ad Thras. 29. & 30.

Lib. de arte c. 1. & 1... 64.

Ad Thra. c. 2.

A *subiectum esse patet; quatenus euectiuum idest bono habitu præditum, aut boni habitus exercitatione.*
Hinc primo aduerto cum Galeno, artes non quidem per præcepta, neque per subiectum, seu per materias distingui; at vero per finem proprium constitui: Ideoq; à sanitate, ceu à fine suo specifico Ars Medica in suo esse formali constituitur, vt facultas vitæ humanæ in sua sanitate naturali, & sensibili virtutibus suis iuncta reparatrix sit. Præterea scito, subiectum artis, quod per finem specificum construitur, adæquatum esse teneri, tam fini ipsi, quam formæ ipsius artis, ne excedatur à prædicato suo, neque excedat suum prædicatum, vt duæ conditiones adæquati subiecti, ab Aristotele constitutę, vnà cum tertia conditione, quæ est vt subiectum, & prædicatum simul conuertantur. Quandoquidem omne medicinale est salubre, insalubre, & neutrum, & omne tale quoque est medicinale. Cum itaque Hippocrates dixerit ægrotantibus, à vi morborũ victis non esse imponendas manus, cum insanabiles fiot; nec non eo quia ijs medicamentis frustratorijs vituperandis mors ante tempus celeraretur, tametsi victus ratione recta isti relinquendi minime sint, vt saltem cõsolati, aliquo modo, pereant. Cui sententię, ac decreto Gal. adscribẽs, ait. *In quo enim desperata salus omnino est imprudentis consilij fuerit apud vulgus infamare præsidia*, & etiam inquit deploratorum non esse suscipiendam curationem, sed cedere, abstinereq; oporte re, cum dixerit. *Recordantibus nobis quod deploratos non oportet attingere, sed relinquere, & morbi*
B *finem tantummodo prænuntiare.* Proinde medicina, etsi corporis humani ægrotabilis sit reparatrix facultas: hoc tamen ad finem eius specificum in relatione ad sanabile corpus tantum, ne subiectum excedat prædicatum, & ne prædicatum in pluribus plus se habeat, quam sua vis re vera se gerat. Ideoq; corpus nostrum artis medicæ subiectum est vt salubre, seu sanabile simpliciter per se, & reduplicatiuè, seu quatenus ipsum, cum medicina rerum morbosarum correctrix sit, atque rerum naturalium reparatrix, quæ præternaturales euadere possunt, ac iterum ad suum naturalem statum redigi valent. Hinc Galenus ait, *Quatenus salubre medicinæ subiectum* ex quibus constat, quod non modo forma specifica artis, & cuius subiectum per finem modificetur, verum etiam & passiones, & causæ, ac omnia cætera, quæ in ea inueniuntur. Conueniunt autem quoque Ethica, & medicina genericè simul non modo subiecto; sed etiam fine, & efficiente: Ambæ nanque hominem pro subiecto habent, Ambæque pro fine suo vitæ humanæ consultiuæ; Ambæque tandem suas definitiones rerum minimè sensibilium speculabilium à Physica scientia recipiunt, vt Picolomineus adnotauit; Nihilominus discrepant; tum quia medicina doctrina, experimento, & vsu acquiritur: moralis vero *ex more idest assuetudine*. Præterea Medicina cum finem prorsus naturalem possideat ex rei natura: ipsa constituta est, & à Deo dono data fuit, Ideò quoque medicina tam ratione formæ, quam respectu subiecti, & aliarum quoque
C partium secùndum naturam humanam corpoream se habet; Moralis vero Philosophia suum esse obtinet, non à natura, sed hominum industria, recta ratione inuentum. Cum finis moralis facultatis sit: hominem meliorem reddere, ac vt præceptis moralibus probus efficiatur, nec non vt prudentiæ ope viuendo, propriam rationem in dominio iracundiæ, cupiditatis, pecunię, gloriæ, honoris, & aliorum ijs similium vitiorum moralium contineat, ac vt vita honesta procul à vitijs viuat, atque vt homo sic custodiatur secùndum animum. Quocirca hominem assumit moralis, vt prudentiæ, & imprudentiæ, & virtutum moralium, ac vitiorum receptiuum, ac ita quatenus prudentiæ, ac virtutum receptiuus est, homo accipitur a morali, vt custodiatur, vt vero imprudentiæ, & vitiorum receptiuus; vt à prudentia, & virtutibus corrigatur: dissident vlterius, cum medicina quidem hominem in suo esse naturali consideret, ex sensata cognitione; quatenus ex virtutibus materiatis, ac sensibilibus, construitur, & ex partibus sensibilibus, & ex causis suis, vt à morbis, & à causis morbosis custodiatur: aut addendo naturalia, aut subtrahendo superuacanea, seu præternaturalia. Moralis verò hominem assumit virtutibus moralibus decoratum, ac prudentia præditum, vt à vitijs, quæ aut secùndum excessum, vel secùndum defectum sunt, immunem custodiat, ad felicitatem possidendam. Medicina verò vna tantum ars
D est, ad vnicum finem relata, attamen in septem partes secatur à Galeno, quæ primo, & principaliter sanitatem amplectitur, circa quam primo etiam versatur, secundo vero circa actionem, & pulcritudinem. Moralis vero ad animi sanitatem valet, sicuti medicina ad corpoream: hinc in morali actiones fiunt, quæ non permanent: In medicina verò operationes; seu factiones permanentes corporeæ efficiuntur. Certior autem admodum medica ars inuenitur, quam moralis philosophia; cum medicina non nisi de instrumentis, ceu de ambiguis consultet, non autem de passionibus morbosis, nec de causis suis, nec de locis affectis; quia à nobis non pendent; immo naturæ contingunt, vbique, & semper eodem modo specificè: Moralis verò de omnibus rebus moralibus consultat, ceu de ambiguis, quæ à nobis fiunt per nostram voluntatem, ac deliberationem, & quæ non semper, nec vbique eodem modo fiunt. Insuper medicina vsualis progreditur doctrina certa, scientifica, & infallibili duabus demonstrationibus semper simul iunctis scientificam, & certam artem parientibus, quarũ prior vniuersalium est rationalis, posterior vero singularium est sensata experimentalis. Moralis vero ex more tantum, absque vlla demonstratione se habet. Neque mihi obijcias, inquiens medicum de morbi essentia, loco affecto, & causa, tanquam de ambiguis consultare. Pręterea saltem istorum cognitio ambigua habetur.

Marginal notes (left):
1. Post.
Lib. de arte p. 4.
11. Met. me. c. 9.
Com. 2. Aph. 29
Idem Com. Celsus lib. 3. c. 26.
Ad Thras. c. 28. & c. 5.
8. Eth. à c. 3. vsq. ad c. 7.
Lib. de fin. c. 4. e Arist.
Lib. de sanit. & morbo 10. 3. in fine.
Arist. 2. ethi. c. 1. Arist. 10 ethic. quæ ad c. 19. vt not. Eustra 1. ethic f. 1. col. 1. D.
Hip. lib. de Ertu sa med. in Hen 2a. p. 8.
Hip. lib. de flatibus.
Gal. ad Thras. à c. 5 vsq. ad 9. Gal. ad Thras. a 6.

Marginal notes (right):
Artes non à subiecto nec à præceptis distinguntur neque constituuntur verum tantum à fine proprio.
Subiecti adæquati artis tres conditiones esse.
Moralis, & medicina cõueniũt in hominem vt subiectum considerando.
Differentia inter eos hominem considerando.
Alia differẽtia.
Alia differẽtia
Medicina certior morali facultate est. 1. Ratio.
Obiectio prima.

A

Ad primā obiectionē artis Medicinalis subiecti & casuum consultatio non cadit ergo ambigua non sunt.

Tota c. 3. lib. 3. ethic.

Quandoquidem isthæc nego. Vera nanque consultatio, quæ omnino de ambiguis artificialibus fit, tantum de inueniendis, eligendis, ac generandis ab Artifice instrumentis artis, ad artis finem attingendum, vt Aristoteles statuit. Cum itaque morbus, pars læsa, & morbi causa, à nobis non pendeant, instrumentis artis medicæ, immo vt res vtique præter istius artis finem, atque vt præternaturales ex accidenti præter semper, ac præter frequenter naturę nostræ corporeę contingunt: proinde à medio de his, ceu de ambiguis inueniendis eligendis, ac generandis sua, industria sanè nunquam consultatur. immo hæ res vbique, & semper æquè, tum in genere, tum in specie eodem modo nobis eueniunt, hinc certæ reperiuntur per se tam in suo esse, quam in nostra cognitione. *Medici nanque sana mente, sanoque corpore curationem aggredientes, & præsentia peruestigant; & de præteritis simul, collatione eorum habita ad præsentia* isthæc *ratiocinantur* cognitione, nam à medicis *qui recta inueniendi facultate valent, tum qui in bonis disciplinis liberaliter sunt educati, tum quia natura non infeliciter sunt comparati* perpetuò cognitio certa penitus eorum habetur, ex parte artis medicæ nostri corporis extrinseca, sensibilique, cum pars ea sanè manifesta ab Hippocrate statuatur, ac vndique demonstratiua, simulq; communiter scientifica fit eodem sciendi modo certissimo, quo etiam Mathematicæ scientię tales sunt, nempè demonstratione potissima ex medio termino interno subiecto annexo adhibita; neque denuo dubitabis tametsi Hippocrates monumentis prodiderit, *at obscurissimos, & maximè difficiles morbos opinio magis quam ars indicat, etsi in his plurimum imperitiæ peritia præstat*, & alibi ait, *sunt enim apud eos, qui artem istam probe callent morbi partim quidem non obscuri, iique pauci, partim vero obscuri iique multi, qui enim ad internas corporis partes vertunt obscuri, qui vero ad corporis superficiem erumpunt seu tumorem faciunt, manifesti; sui cum copiam faciunt, tum visu, tum tactu, vt eorum durities, & mollitudo sentiatur, & quoniam calidi, quoniam frigidi; & quorum in singulis præsentia, aut absentia tales existunt*, hinc etiam Galenus morborum, & causarum cognitionem coniecturalem esse ex parte speculatiua, ac nostri corporis interna asseuerat. Cum Hippocrates ipse huic dubitationi respondeat, his verbis, illico post ea verba, ab eo posita *nec interim in non manifestis eam inopiam, ac dubiam hærere conuenit, &c.* postea vero ait *vix itaque ex prædictis* internis membris *oculis intueri conspici possit, idcirco, & à me obscuri morbi appellati sunt, & ab arte etiam obscuri indicantur, non quod obscuri permaneant, & cognitionem nostram, superent, sed quatenus possibile est cognoscantur, & superentur. Possibile autem est quantum, & ægrorum natura, ad inuestigandum conferunt, & ingenia perscrutantium ad perscrutandum apta sunt. At verò quæ oculorum conspectum fugiunt, & profectò mentis oculis obtinentur, & superantur*, & concludendo, ait *quæcunq; verò mala ægri patiuntur, ob id quod non illico agnoscantur eorum culpa, non in medicos, qui curant, sed in naturam tum ægri, tum ægritudinis referenda est*. Ideòque si quandoque nobis cognitio lateat, morbi; tunc *culpa ægri natura, vel ipsius morbi* euenit *imperitia enim ægri medicus nō rectè morbum accipit; nam æger dolore confectus, morbum suum sensu non rectè scrutatur, nec si alius explicet eum intelligit*; vel si mente quoque æger non constet, aut si ex sua natura paruo ingenio fuerit, nunquam æger medico suum morbum circunscribere, aut narrare potuerit: Ratione verò naturæ morbi, vt dum aliquod impediens fuerit, vt morbi essentia non manifestetur per sua signa propria, vt *ob corporum densitatem in qua non conspicui morbi delitescunt*, vt idem Hippocrates ait, cuiusrei meminit etiam Galenus. Ergo in arte istorum cognitio certa, vt demonstrata, ac scientifica habetur, non autem ambigua, seu dubia per se, licet per accidens impedimenti ratione interdum fallax sit, quoad Galeni autoritatem, respondet ipse Galenus: quòd antequam istorum cognitio, ac indicatio facta fuerit, tunc eorum cognitio coniecturalis sit; sed coniectura artificiosa quidem, ac scientifica iam adhibita, simulque eodem tempore eorum cognitio, & indicatio rectè iam iam facta; nunc non amplius indicatio coniecturalis est, nec fallax; quippe vndique communiter scientifica reperitur, cum exararit, *quod enim artis coniecturale est id maximè in affectuum cognitione consistit; quæ vbi inuenta affectiones curationem, non coniecturaliter, sed scientificè indicant* hinc ductus fuit asseuerare *nihil consonum dicere &c. quod ars quedam coniecturalis sit medicina vt alij ex quot causis contingat medicos fine suo frustari*, malè dicentes putarunt. Quandoquidem si cognitio industria rationali, experimentalique simul artificiosa methodo demonstratiua vtique desumatur, non quidem ab vnico signo immo à concursu, syndromme vocato, plurium signorum diagnosticorum in vnum affirmans coincidentium, conuertibile cum re cognita, ab eo necessario indicata, tunc quidem cognitio non nisi scientifica erit, ac etiam planè scientifica, cum ex tali reciprocatione vbique, & semper scientia certa habeatur, vt Aristoteles statuit: Ex hoc enim syndromme conuertibile omnes tum vniuersales, tum particulares morbi causæ morbosæ, locique læsi cognoscuntur scientificè. Febris tertianæ assiduæ nanque syndromme cum ipsa febre reciprocabile quidem est tertiana periodicatio, signa excrementi flaui biliosi, ac assiduitas febris essentialis, absque frigore, rigore, seu oripilatione, sic pariter de tertiana interpolante, ac de cæteris cunctis febribus asserendum venit, cum omnis febris suum syndromme diagnosticum proprium reciprocabile obtineat scientificum: Ita pariter de quocumque morbo particulari res se habet. Pleuritis enim ita scientifice, à tussi, respirandi difficultate, dulore in costis pungitiuo, febre continua, & pulsu, nisi serino, saltem duro semper significatur, sic etiam de cæteris morbis particularibus pluribus intelli-

Margin notes:

Ad 2. obiectionem responsio.

Lib. Hip. de arte ex Heur. p. 37. Hip. l. de arte p. 2. & ex Foes. ex Cor. f. 8.

B

Alia obiectio ex Hipp. verbis.

Lib. de flat. circa initium p. 273. Lib. de Arte p. 8

Solutio ab Hip. posita.

a De comp. me. s. loc. c. 10 f. 136. Lib. de arte p. 9.

Ex Eutnio p. 43

C

ibidem ex Foes. pag. 9.

Ex Heurnio p. 44.

Hipp. li. de arte pag. 12. Gal. 2. de com. med. s loc. c. 10. f. 136. A. 3. De comp. me. s. l. c. 10. f. 136. A.

Ad Gal. autoritatem responsio.

Galenus ibidē. & 1. cōm. aph. 1.

D

gas;

A gas; Verum nota Galenum 3. de loc. aff. cap. 3. asseuerasse notas sedem læsam, & morbum osten-
dentes, quasdam esse scientificas, aliquas vero artificij participes, ac rectas, idest certas vt lib. 3.
de cruditatibus rectè curandis cap. 1. dicam. Medicam verò artem physica quoque scientia cer- Artem medi. physica certiorem esse ostenditur. Prima ratio.
tiorem esse tibi pateat, ex eo quòd ars medica ex qualitatibus secundis per se sensibilibus cõstat,
ac præsertim gustabilibus notitia, & cognitione omnino sensata certis, nõ autem ex primis qua-
litatibus haud sensibilibus penitus speculatiuis, hinc notitia incertis, vt ait Hippocrates, ex qui-
bus construitur Physica scientia; vlterius medica ars, (de parte sensibili loquendo) ex præcogni- 2. Ratio.
tione certiori suas demonstrationes rationales certiores, simulque sensatas doctrinales vniuer-
salium elicit quam Physica scientia, nam medicina in sua propria parte artificiali, & sensibili,
circa qualitates gustabiles versatur, quę præcognitione sensata dignoscuntur; vnde vltra sensum
ars non ratiocinatur, tum circa passiones, tum circa locos, & partes affectas eius subiecti, tum de-
nique circa causas morbificas. Physica verò scientia ex qualitatibus primis tantum speculabili-
bus per se suas demonstrationes speculatiuas scientiam parientes ex præcognitione sensitiua,
non sensata notitia colligit, verum per speculatiuum syllogismum à Posteriori: sensus enim lon-
ge certior est ratione speculatiua; ideò quærere rationem, & relinquere sensum, intellectus im-
becillitas est peripateticorum Principis sententia. Post hæc ars medica perpetuò sua perfecta 3. Ratio.
B exercitatione quidem deambulat duobus instrumentis scientificis, simul, & artificialibus certis,
tum ęquè ad cognitionem, tum ad operationem certam, ceu duobus pedibus, alioquin clauda
esset: quorum prior rationalis, ac dogmaticus est, atque vniuersalium fundamentaliter per se
quoque sensibilium, etsi formaliter rationabilium quoque scientificus, & certus artificialis in
doctrina ex libris, ac præceptoribus se habet: posterior aũt experimentalis, sensibilis sicuti quoq.
rationalis, tum ex consultu, tum ex pluribus similitudinibus constatus certam cognitionẽ prio-
ris allati instrumenti, operatione comprobans pluribus sanè demonstrationibus sensatis singu-
larium vt rationabilium artificialibus, ex quibus quidem semper industria nostra per inductio-
nem sensatam harum plurium demonstrationum iterum in sensu, ceu in fundamento demon-
stratio certa vniuersalium potentia, actu realium fit, tum certæ cognitionis, tum certæ operatio-
nis. Vnde certa operatio finem omnino attingens, iterum ad certam cognitionem reflectendo
ipsi operationi adæquatam per experimentum plurium particularium in vniuersale reductum,
certissimam fuisse cognitionem confirmat. Quod in Physica scientia sanè non inuenitur, cum
tantum vnico instrumento scientifico logico demonstratiuo progrediatur speculatiuo prorsus,
ex præcognitione haud ita certa, sicuti certa est in arte medica eo, quòd præcognitio in physica
ita certa non est, quia demonstratur in Physica demonstratione ferè semper ex medio extrinseco
C quod non cognoscitur notitia sensata sine demonstratione quia, sin Medicina verò sensata habe- 4. Ratio.
tur, medium intrinsecum sensu notũ existit, vt in mathematicis sine demonstratione quia; quã-
obrem scientia Physica in cognitione solum consistens, factiua operatione caret; ideoq; cogni-
tio in arte medica ex parte morborum externorum, & sensatorum certior est Physica speculati-
ua, cum hæc medicina per demonstrationem potissimam, ex medio interno demonstret, physi-
cus verò per demonstrationem propter quid; Ex quo, præterquam quòd cognitio in ea non est
ita certa asseuerata, à certa operatione, caret etiam certitudine sensata, quæ omnium certitudi-
num certissima est. Ea propter Physica scientia nonnisi arti medicæ inseruiendo coarctetur, vt
in morbis speculabilibus haud sensibilibus, ac per accidens habet secundum instrumẽtum ope-
rationis comprobans primum instrumentum cognitionis certæ, neque alio modo ad sensatam
cognitionem redigi potest. Adde quòd vniuersalium scientifica demonstratio habetur per 5. Ratio.
quam sanè certam, & infalabilem rerum cognitionem, ac scientiam esse nos intelligimus, quæ
potissima appellatur, cui medius terminus sua natura intrinsecus est, qui in maiori propositione
cum maiori extremo, ceu cum sua passione subiecti eius proprij vniuersalis conuertitur, vt reci-
procabilis cum primo extremo, & eius causato, eamque ob causam medius terminus nobis prę-
cognitus sensata cognitione absque vlla probatione à posteriori facta est; qui causa est vera, pri-
D ma, immediata, per se, vbique, & semper, de omni, & quatenus ipse per sui naturam passionis de-
monstrandę, quę etiam primum extremum est, & qui notior est nobis, & prior, & causa conclu-
sionis est, vt nos docuit Aristoteles: Cum itaque in Physica scientia nisi paucarum rerum videa-
tur dari talis demonstratio, quippe quòd videtur tantum risibilitatis hominis propter rationa-
bilitatem, dari talis certa cognitio per potissimam demonstrationem; In arte verò medica ratio-
nali siue dogmatica, simulq; sensata pluriũ, ac pluriũ rerũ naturalium, ac præternaturalium per
se sensibiliũ quatenus rationabilium sub ratione mentis factiuæ cadentium, ac medicinalium, ta
lis certa cognitio per hanc simplicem demonstrationem scientificam, tamen vt artificialem pos
sidetur, in scientia vero Physica effectus plures à causis efficientibus à subiecto disiunctis, & ex-
trinsecis habentur; proinde in philosophia naturali non ita certa cognitio fit, vt in arte medica,
cum ferè omnium rerum naturalium speculabilium cognitio, seu scientia fit per demonstratio-
nem propter quid. Verum dubitatur, quia in Physica res simpliciter, ac propriè conuertuntur Dubium.
eo, quia soli homini competit rationalitas, ac risibilitas, vnde medius terminus de subiecto qui-
dem prædicatur, in primo modo dicendi per se; In demonstratione autem rerum in arte medica
narra-

narratarum, ac aliarum medius terminus prædicatur de subiecto in quarto modo dicendi per se in modo causandi, vt morborum patentium causæ sunt, vel materiales, vel efficiẽtes, sed non verendum est quoniam quartus modus dicendi per se potissimam demonstrationem ingreditur, vt antea tetigi, dummodo ille quartus modus eandem vim sibi intrinsecam omnino certæ cognitionis habuerit, quam etiam primus modus dicendi per se conuenienter possidet: pro quo obtinendo quatuor conditiones obtinere debet, quarum alia est, quòd loco, & subiecto vbique, & semper idem simul sint medius terminus vt causa, & maius extremum vt effectus, præterea quòd causa eius effectus, seu passionis sit vera, immediata, & prima sua natura, per se, & quatenus ipsa: vlterius quòd ipsa causa, & eius effectus idem sint omni, & soli subiecto eius proprio, & vbique, & semper non in relatione ad aliud, seu ad aliquid constituta sint, sed quatenus per eorum differentias constitutiuas talia sint, & conuersim dicantur simul. Insuper quòd causa talis nobis suo effectu notior, prior, & causa conclusionis sit, quotiescunque enim hæ cõditiones omnes fuerint simul, tunc semper quartus modus dicendi per se, qui modus est causandi fiet modus definiendi adeo, vt naturam, ac vim primi modi dicendi per se acquirat, veluti demonstrationem potissimam ingrediatur, tametsi per accidens vt adnotauit Auerroe, tunc enim quartus modus prædicandi per se vim necessariam habebit, tanquam etiam primus modus eandem vim possidet, cum omne necessarium quod nullo alio modo se possit habere nisi eo modo quo se habet, sit per se, & rationem reddit Arist. cum talia prædicata suis subiectis insint ex necessitate non autem per se quartus modus dicendi per se in hanc simplicem demonstrationem introducitur, dum causa efficiens separata est à subiecto, & à suo effectu ipso; vt arbitratus est Albumazar, & Alphorabius quia causæ extrinsecæ nunquam rerum definitionem ingrediuntur, vt Aristoteles, & Auerro eodem textu asseuerarunt, neque necessariæ sunt modo dudum allato: ex quibus, nota febris definitionem Auicennę causalem, habere tamen vim essentialem, ac formalem; vbi ait febris calor igneus est cordis &c. Cæterum perpendo in Arte medica simplicem talem demonstrationem dari tum per causam efficientem non veram, nempe non extrinsecam, tum per causam materialem. Nam tales causæ, vt ait Aristoteles determinatæ, ac certę sunt per subiectum vniuersale sibi proprium: præterea etiam per causam formalem subiecti, quę causa est passionis intrinseca efficiens. Sed per causam formalem medicus demonstrat solum res naturales, vt salubres causam formalem habentes per finem salubrem, non autem res pręter naturales fine carentes demõstrat per formam, cum ea forma etiam careant. Sed mihi videtur, quod pateat quomodo oppositè ars medica minus certa, & magis certa sit; aliquem autem video ingenio prędítum asserere posse, artem medicam minus certam esse; quam naturalis scientia sit, nam quod certum est per alterius participationem, minus certum est, quam id quod primario, & eius ratione certum est: verũ ars medica certa est secundariò, per primarij modi participationem, ergo sequitur assumptum maior patet, ac minor probatur: omnis enim habitus qui certus est per rem per causam cognoscere, ac per demonstrationem intelligere, talis est solum, quatenus sciẽtiæ particeps est; at medica ars certus habitus est, in eo quòd per scire allatum progreditur; ergo ars medica habitus certus habetur secundariò, ac per participationem scientiæ, hinc Ars certa solum ex vniuersalibus, quorum est scientia certa, non autem ex singularibus per sensatam notitiam sine demonstratione quia habitam; neque dicendum est in Physica non esse plures propositiones conuertibiles, vt primus motor, ac primum mobile, & primus cęli motus; insuper mobile, & naturale, potentia, & actus, & alia ijs similia, ferè infinita, sunt termini in propositionibus conuertibiles. Vlterius certitudo scientiæ subiecti inuariabilitatem sequitur, tanquam causam efficientem principalẽ eius, & quo magis subiectum certum erit, eo etiam erit certior scientia ab ipso inuariabili subiecto causata: Verum scientiæ naturalis subiectum cum pendeat totaliter à causa necessaria inuariabilius est, quam subiectum artis medicæ, quod totaliter non est necessarium, Immo partim necessarium, partim verò à causa contingente procedit: ergo scientia naturalis certior est arte medica. Insuper illa scientia est certior, cuius finis magis infallibilis est, sed magis infallibilis est finis sciẽtiæ naturalis, quam finis medicæ, ergo sequitur institutum: Maior patet; minor probatur; cũ sciẽtia naturalis suum finem omnino infallibilem perpetuò possideat, hoc est eius subiectum cognoscere; at medicina suo fine frustetur, cum non semper infirmorum sanitatem ipsa medicina consequatur. Respondeo autem artem medicam certam esse, vt scientificam communiter, non autem propriè, nec per participationem alterius scientiæ propriè dictæ. Quippe quòd solum per demonstrationem potissimam communiter scientificam, quo ad modum scientificum dignoscendi, mathematicis etiam scientijs communem, quatenus per instrumentum commune omnibus doctrinis, tum communiter, tum propriè scientificis; nec tamen, de logica participat sicuti nec de Physica participat, vt certa sit hoc modo ars medica; Cum ipsa eo minus certa sit, quo magis de physica participat, vt in morbis internis, qui ante cognitionem factam, & ad signa relati, ambigui, & coniecturales sunt: vnde ars medica similis est mathematicis scientijs, prout sciẽtifica sit communiter, per demonstrationem in plerisque potissimam: ergo ars medica non est certa secundario, immo primariò primitate scientifica communi, & per se, vt communiter scientifica. Præterea perpendo certitudinem nostræ cognitionis, vel simpliciter, & absolutam esse,

absque

Margin notes (left): *Solutionis fundamentum.* — *Quãdo quartus modus dici per se demonstrationem potissimã ingrediatur.* — *1. Cõditio tres alias cõditiones possidet nempe ab sub. idẽ sint vbique & semper.* — *2. Cõditio alias quinq. cõditiones cõtinet hoc est vt ex vera pri ma & immedia ta causa per se & quatenus ipsa secũda conditio alias quinq conditiones requirit.* — *4. Cõditio alias tres cõditiones habere debet. Ratio.* — *Nota def. febris Auicennæ.* — *Per omne causarum genus talis demõstratio datur in arte medica.* — *Nota solutionis aliud fundamẽtum.* — *Obiectio. 1. Argumentum probans artem medicã esse minus certã philosophia naturali.* — *2. Ratio.* — *3. Argumentũ.* — *4. Argumentũ.* — *Ad primum argu. resp.* — *2. Responsio.*

Margin notes (right): A — B — *Com. 35. lib. 1. post.* — *2. Post. t. 35.* — *Eod. t. &c. eiusdem.* — *2. Physĩ tex. 52 vsq. ad 57.* — C — *1. Post. 4. 7. 8. & 9.* — *6. Eth. c. 3. & 4.* — D

A abſque vlla relatione ad aliquid, vel cum relatione ad certam operationem certificantem, præcedentem cognitionem, omnino adæquatè certam, ac certificatam experimento ſenſato, vt rationali operationum circa infinita ſingularia, ad vnum vniuerſale ſpecificum reducta: ſi primo modo certitudinem ſumes, procul dubio phyſica certior eſt arte medica, quæ certa eſt hoc modo, pro vt ſcientiæ particeps ſit, cum ſit ſcientia communiter ex parte diſciplinabili: ſin altero modo certitudo capiatur, tunc totalis ars medica ex parte diſciplinali, ſeu doctrinali, ſimulque ex parte experimentali iuncta vſuali, ſeu exercitali certa, atque certificata reperitur, ac prout cer-
1. Metaph. t. 6. & 7. eth. c. 1. tificata certis infinitis operationibus, in vnum finitum ſpecificum operatum iam ſani certum terminatis: ars medica certior eſt naturali non certificata, nec relata ad operationes naturę; hinc certa medicina non eſt ex particularibus per ſenſatam notitiam habitis; verum certa eſt per ſcientificam, & ſimplicem demonſtrationem; certior vero eſt, quam ipſa Phyſica, vt certificata, & pro maiori notitia huius reſponſionis, & pro ſoluenda ſecunda ratione perpēde, quòd ſicuti Ma- Ad 2. reſponſio. Mathematicam certiorem eſſe alijs ſ... demōſtrationes potiſſimas.
2. Met. t. 6. thematicæ mediæ res ſunt inter ſenſibilia, & ſpecies vt ait Ariſtoteles ex Platonis mente, quia mathematicæ ſcientiæ ex præexiſtenti cognitione ſenſata ſiunt notitia ſenſata, abſque demon-
Ariſto. & Auer. 1. Poſt. t. 101. 1. Poſt. t. 101. 1. Poſt. Com. 1. ſtratione quia; cum dicat Ariſtoteles. *Hi enim habent cauſatum demonſtrationes frequenter neſciūt ipſum quia* hinc ait Auerroes demonſtrationum mathematicarum maximam partem ſimplicem
B eſſe, quas etiam potiſſimas vocamus, ideo Ariſtoteles inquit mathematicas demōſtrationes cer-
1. Poſt. t. 94. tiores eſſe naturalibus demonſtrationibus, cum magis propoſitiones in mathematicis conuertantur, quam in naturali ſcientia, in qua progredimur ex præexiſtenti cognitione, vt plurimum per demonſtrationem quia, per effectum conuertibilem, cum ſua cauſa, quæ euadere poteſt hoc modo demonſtratio propter quid, cum cauſa non ſit nota notitia ſenſata, immo effectus notior
1. Poſt. t. 101. eſt: Vnde per demonſtrationem quia, quæ ſenſibilium eſt ſcire progredimur in naturali Philoſophia: Ideo propoſitiones omnes præter eam ferè à me allatam, quæ conuertibiles ſunt, conuertibiles quidem ſunt in demonſtratione regreſſiua, non autem in demonſtratione potiſſima, vt in mathematicis ſunt. Primus enim motor nonniſi ab effectu cognoſcitur, nec mobile naturale eſſe, nec omnem potentiam ad actum eſſe paratam, nec pariter actum eſſe à potentia deductum,
Ari. 1. poſt. c. 31. Auer. 2. meth. 1 Auer. 2. met. m. p. 19. niſi à poſteriori. Quo circa mathematicæ ſunt ſcientiarum primæ, ac eius demonſtrationes in primo ordine certitudinis eſſe conſtat; hinc etiam mathematicas demonſtrationes efficaciores eſſe ait. Verum ars medica ſe habet inter ſpecies, ac ſenſibilia, ac ſimiles demonſtrationes mathematicis efficacia habet, ergo ars medica eſt certior etiam quoad noſtram cognitionem, quā naturalis ſcientia; ſunt enim mathematicæ, & ars medica res mediæ inter ſpecies, ac ſenſibilia ſingularia, non vt formæ dentur quæ Ideæ ſunt, Platonis modo; ſed quatenus ſpecies certiores Ad 1. argumentum reſponſio. Artem medicā demonſtrabilē ſeu demonſtratam eſſe eodem modo & eodem vi qua math. ſe habet ergo ars medica phyſica certior eſt.
C ſunt, ex ijs ſingularibus ſeu ſibilibus, quoad noſtram cognitionem; cum demonſtratum in mathe-
Ariſt 1. met. t. 6. & Auer. 1. met. com. 8. maticis, & medicina ſimpliciter verum non ſit; ſed vt in ſpeciebus certis ſit. Quoad tertium argumentum reſpondeo ſubiectum artis medicæ eſſe omnino inuariabile, per cauſam quoque inuariabilem, quoad ſubiecti artis medicæ paſſiones inuariabiles per cauſas etiam harum paſſionum inuariabiles, quæ cum ſemper in ſpecie acceptæ eodē modo naturæ humanæ accidant corporeæ, ſine artificis conſultatione, inuentione, & generatione, ſub ordine rerum naturalium inuariabilium inueniuntur; quare vnuſquiſque morbus à ſuo humore, ceu à cauſa eius propria prodit, vt febris ſynocha putri à ſanguine; tertiana à bile flaua; pariter phlegmone à ſanguine, eryſipelas à flaua bile, oedema à pituira ſemper ſiunt; ſicuti pleuritis in pleura, peripneumonia in pulmone, angina in gutture; & alij ſimiles morbi particulares vbique, & ſemper eodem modo Ad 4. argum.
Auer. ibidem. ſpecificè inuariabiles gignuntur: Vlterius reſpondeo cum Auerroe, demonſtrationes naturales quoad res ſubiectas inuariabiles, ac natura perfectiores, certiores, & efficatiores eſſe ſecūdum naturam, demonſtrationes vero mathematicas certiores, & efficaciores naturalibus demonſtrationibus, quoad modum procedendi, & quantum ad modum ſciendi ſimplici demonſtratione, quoad noſtram certiorem cognitionem. Verum ars medica omnino ſe habet, ſicuti mathematicæ ſunt quoad modum procedendi, ac ſciendi, quoad noſtram cognitionem: Ergo in eo, vt Ars
D Medica in parte ſenſibili, modum cognoſcendi mathematicis communem habet, certior eſt longè philoſophia naturali ipſa. Quoad quartum dico non eſſe verum, ſcientiam per finem certiorem eſſe, quia ſcientia caret fine extrinſeco, neque formam recipit per ſuum finem, vt ars medica facit, cum ſcientia nullum finem habeat, niſi ſcire; Ars verò medica ſanitatem reparare; & licet aliqua medicinalia contingentia ſint, attamen vt ſalubria ſemper, aut frequenter eodem modo ſe habent, conſiderantur que, vt neceſſaria ratione, & experimento certificata, vt plurimum, vt Ad 5. argum.
Com. 6. aph. 58. ait Galenus. Si verò interdum ars medica finem ſuum in infirmis ſanandis attingere non poteſt, id per accidens eſt, reſpectu impedimenti: nam vel propter morbi vehementiam, aut ob errores externos, aut indiſpoſitionem ſubiecti, & ob naturam à vi morbi exuperatam non ſanantem; non autem ob artem rectè per ſe vbique, & ſemper curantem, ægri pereunt.

CAPVT

A

CAPVT XI.

Cum omnis Ars vniuersalia dignoscat, Ideò Ars Medica certa est ex certis vniuersalibus, in sensu fundatis.

CVm vlla Ars rationalis seu dogmatica suum exercere nequeat opus, nisi circa externam materiam singularium per se sensibilium in loco, ac tempore, hic, & nunc existentem: attamen quælibet Ars tantùm vniuersalia per se intelligiblia, ac rationabilia dignoscit: singularia vero non vt sensibilia hic, & nūc agnoscit, sed solum vt rationabilia, & vniuersalia potestate vbique, & sempet: Verum quoniam solum Ars rationalis est; quantum fundamentaliter sensata est; Ideo quæcumque Ars certa est cognitione, & operatione per sensum fundamentaliter, in quo fundantur vniuersalia certa, quę talia vbique, & semper sunt: Quocirca Artes principaliter certæ per rationem ex his certis vniuersalibus habentur: Ea propter tanto Artes scientijs speculatiuis (præter mathematicas) certiores sunt, quanto Artes ipsæ fundamentaliter sensu, ceu fundamento certitudinis primo certiores sunt his scientijs: cum itaque Ars Mentis factiuæ virtus sit, in habitu iam perfecto acquisita, ac eo quia Mens ipsa per se tantum vniuersalia cognoscit, absentibus etiam obiectis; sicuti sensus per se particularia dignoscit præsentibus obiectis solum. Hinc semper sensus verum dicit, vndique certum in proprijs singularibus; falsum verò in vniuersalibus. Intellectus verò tum speculatiuus tum operatiuus, è contrariò, verum dicit in vniuersalibus, falsum uerò in singularibus, cum sensus in Anima iudicante fit: etiam absente obiecto, maneant vero singularium simulacra in memoria, ac imaginatione: Intelligentia verò causę, per quam demonstratur, inest. Quocirca, & si artes principaliter, & formaliter per rationem ex vniuersalibus, & per intelligentiam ex causa certa, per quam rei demonstrandę cognitio certa quoque habetur, certæ sint. Attamen certæ quoque sunt ex causa sine qua non fundamentaliter, seu materialiter per sensum ex materia, tum circa quam versantur, tum cum qua suum opus efficiunt, ceu ex singularibus per se sensibilibus, terminatis, loco, atque tempore, cuius sensus certa cognitio, ac forma singularium ipsorum est in anima sentiente, ac iudicante: Vnde licet sensus scientia minime sit, neque attingat vniuersale, tamen fundamentaliter est ipsius vniuersalis; cū vniuersale, aut nihil sit, aut posterius suis particularibus sit. Ideoque non modo sensus est via ad scientiam; Verum etiam eandem scientiæ vim possidet. Ea propter vtroque modo iam iam ennarato, simul iuncto artes quidem certæ sunt. Hinc ait Hippocrates lib. de officio medici in principio. 776. *Ex his, quæ maximi sunt momenti, aut facillime cognoscuntur, aut quauis via, & ratione comprehenduntur, quæ & visione, & tactu, & auditione percipiuntur, quæque in visionis, auditionis, tactus, narium, linguæ, & intelligentiæ sensum cadunt, ex quibus omnis nostra cognitio constat.* Quam ob causam Ars medica vt certissima prorsus se habet. Cæterum hæc omnia penitiori studio dilucidanda veniunt. Hipp. namque vt eximius Philosophus primus fuit cognoscens artium formas, à Mēte factiua humana artificum proficisci, ceu à prima causa effectiua eius, ac magis, & minus Artifices, & Medicos præstantes esse tum mente formaliter, tum manu instrumentaliter. Idem confirmauit vbi ait, *Medici nanque sana mente, sanoque corpore aggredientes, &c.* Inquit pariter. *Mens autem vbi ab ipsa acceperit, veluti dixi, postea ad veritatem perducit.* Similiter habet, *Omne demonstratum proferentes, & ad veritatem ac demonstrationem,* ibi enim decreuit. Mentem humanam operatiuam, demonstratiua intelligentia, certitudinis, principium esse perceptiuum, ac receptiuum rerum artificialium. Quam ob causam statuit artem tantùm ex vniuersalibus iudicari, ac veram formaliter esse in mente humana Artificis, ceu in principio suo effectiuo rationali vbique, & semper per se. Idem quoq; alibi affirmauit. Quocirca Medicinam rationalem, ac dogmaticam appellarunt omnes Medicinę Autores, cuius Principem fuisse asseuerat Hippocratem Herodotus lib. Galeno ascripto. Quæ sanè Hippocratis decreta ab Arist. & Gal. confirmata fuere, cum isti confirmarint Artem operatiuam rationalem, mentalem quidem, seu intellectualem virtutem esse iam iam in habitu firmo prorsus acquisitam, à mente hominis factiua artificis consultiua, appetitiua, ac electiua: cuius eum meminerit Aristo. ait *cum duplex igitur virtus sit, intellectiua, ac mentalis &c.* Verum in vniuersali id patefacit: Hinc ex vniuersalibus Artes demonstratiuæ, ac doctrinales firmę sunt; non autem ex singularibus; cum vniuersale herele prima causa, immediata per se, & quatenus ipsa passionum demonstratiuarum in omnibus singularibus, vbique, & semper, aut frequentius fit. Inquit enim *Sed non tanquam scientes certè in videndo, sed tanquam habentes vniuersale videmus ex eo, quod videmus, & sentire & intelligere simul est. Quoniam in omnibus sic est singularibus vbique: & semper, ex quibus vniuersale fit manifestum per inductionem.* Proinde pergens Arist. *Vniuersale autem honorabile, quoniam ostendit causam: Quare de huiusmodi honorabilior est sensibus & cognitione quorumcumque altera causa.* Idem affirmauit. Præterea statuit. *Semper enim est omnis definitio vniuersalis, non enim in quodam oculo dicit sanabile Medicus,*

sed

Sensus quidē cognitio est. 1. de gen. animal. c. 1. & c. 10 & 1. met. 2. vera vt forma sensibiliū 3. de anima t. 18.

Tria sunt quę in aīa certitudinis causa esse possit Arist. 6. ethi. c. 2. intellectus, sensus, & appetitus verum neq. sensus, neq. appetitus causa esse pōt seu principium nostrarū actionum ergo tantum intellectus.

Artes formaliter ac principaliter certas esse ex vniuersalib. per intelligentiā operatiuam in causa existentem esse demonstratur. Vnde non nisi vniuersalia cognoscūt artes.

Hipp.

Tertiꝰ locus Hippoc. Artes mentales seu intellectuales operatiuę esse.

Quarta.

Hip. 2. locus, qd artes solum vniuersalia dignoscant.

2. Locus.

Arist. confirmat Hipp. decretum Artes nempe esse intellectuales.

Artes certas esse vniuersalib. ex Arist.

3 Ratio.

2. Locus Arist.

3. & 4. Locus.

B

Aristo. 3. de anima t. 60. & 61. 2. De anima & 2. post. t. 182. Auer. de anima 61. & 152. Arist. 3. de aīa 26. & Au. 4. met. com. tex. 21. Arist. 4. met t. 24. Aristo. de prop. caus. t. 10. & li. de sens. & sen. c. 2. & 2. de aīa t. 59. 2. De anima t. 20. ac. 3. de anima t. 50. 2. De cris. c. 9. 2. Post. t. 1 82. & 2. de anima t. 63. 2. Priorum c. 26. & 1. post. t. 24.

C

Auer. 1. post. com. 12. Aristo. 2. post. t. 226. 1. Post t. 183. 2. De gen. t. 19.

Lib. de prisc. me. ex Foe. f. p. 21. Lib. de arte ex Com f. 7 ex Ma 21. f. 2. t. 21. Lib. precept. ex Com. f. 27. De dec. hab. ex Com. 24 ex Heur 102. ex Foes. 13. Lib. de dec. sen eleg. ex Her. 104 105.

D

De prisc. me. ex Foes. 10. ac 13. Ex Heur. 182. ex Com 22. 13. 14. & 15. Introductorio.

2. Eth c. 1. 6. Eth. c. 4 & 4. magn. mor. c. 18

2. Post. c. 24.

Eodem loco.

1. Post. t. 7. & 2. post c. 21. 1. Post. c. 24.

1.Post.c.15. 6.Topic.c.1. 1.Rhet.c.2. — Quintus. Sextus & Septimus locus. Omne artificiosum vniuersale.

A *sed aut in omni, aut in specie determinans.* Postea vero ait. *Facile autem est magis singulare definire, quam vniuersale: Vnde oportet à singularibus in vniuersalia ascendere.* Quoniam sensibilia à principio notiora sunt, instructionibus autem & abstractione, & inductione iam facta, vniuersalia notiora sunt. Vlterius exarauit. *Ars nulla singularia considerat, vt Medicina quid Socrati, aut Calliæ salubre sit, sed quid talia, vel talibus, id enim artificiosum est, singularia autem infinita sunt, & scientia nequeunt contineri.* Quandoquidem Medicus si quidem Socratem, & Calliam sub sensu cadentẽ curauerit; curabit equidem eos, tanquam artifex intelligens omnem hominem in vniuersali specificum sanabilem, & ægrotabilem: Vnde hominem videt, & curat, tanquam eum intelligens; sic Geometræ circa magnitudines, ac Arithmetico circa numerum & Rhetorico circa persuadendi vim in vniuersali versari, competit: Cæterùm quispiam posset Auerrois autoritate obijcere; Cum dixerit Medicum hominem sanare per accidens, per se verò Socratem, & Calliam curare; Cui respondeo, duplici modo hominem curari, vel enim intentione doctrinali, vel executione reali; Medicus nanque Socratem curat tanquam hominem, intentione doctrinali, simulque experimentali, tamen quia executio curationis realis non in homine administratur, sed in Socrate, ideò curatur Socrates à Medico realiter in executione: Vnde singularia in intentione cognoscit Artifex, vt tot particulas, ex quibus vniuersale constat: & id etiam de subiecti passionibus, & de

1.Rat.h.in proœmio. — Obiectio. Solutio.

B causis intelligas: Pariterque de instrumentis. Cum quibus Artifex operatur, vt vbique, & semper talia sunt per se; alioquin progrederetur in infinitum per comprobationẽ vnius post aliud. Nona verò Aristotilis autoritas est 1. Rhet. c. 4. asserentis. *Verum certius singularia enumerare, ac in species redigere secundum necessitatem &c.* Decima autoritas erit 1. Metaph. 4. 6. vt videre poteris: Galenus verò idem quoque confirmat. *Artes in particulari non disci, neque pleuritis in homine aliquo, neque in Didone curatur, sed tamen in commentationem specierum, & generum.* Quamobrem Pleuritis in Didone curatur, vt in singulari rationabili sub ordinato vniuersali specifico talis per se existentis vbique, & semper in subiecto vniuersali, ac proprio determinato, & eius intelligentia causæ vniuersali immediatæ, & reciprocabili inest: non autem singularia simpliciter vt sensibilia iudicant artes, vt hic, & nunc: sicuti etiam declarauit Aristotiles de ophtalmia in oculo, vt dictum est. Porro exarat Gal. Artem medicam semper in singularibus exercendam, ac singularia infinita esse: Sed opus est, vnum generale omnibus, ad quod omnia hæc infinita veluti ad finitũ, ac certum redigantur. Quibus de causis iam patet vbertimè, artes doctrinales, ac demonstratiuas, profecto formaliter, ac principaliter ex vniuersalibus tantum certas esse: hinc tantum per se vniuersalia cognoscere: Vniuersalia verò quorum scientia est, realia quidem sunt fundamentaliter, vt infra dicam. Vnde si artes singularia cognoscunt per se sensibilia, non quidem vt talia: Ve-

2. Magn. mora. 30. ac 3. ethic. 3. D. Th. 3. eth. lec. 8. & Eustratius. c. 6. eth 3. & 1. post. capit. 24 & post. c. 12. 13 3. 2. De digno. pulsu c. 7. 1. Post. c. 24. 2. Post. c. 14. & 15. In 1. de morb. vulg. com. 1. class. 3. f. 101. lit. G. — Octauus locus. Eustratius com. 1. ethi. c. 3. pag. 7 & 13. & 12. Nonus Arist. locus. Decimus. Gal hanc veritatem confirmat 1. Locus. 1. Galeni locus.

C rùm tantùm vt rationabilia, & artificialia, & vt tot fundamenta realia, atque tot particulæ vniuersalis specifici sint. Quam ob causam constitutum hoc duntaxat Artium demonstratiuarum perpetuo quidem esse asseuerandum venit: minime autem in artibus aliquibus, in quibus iuxta sensum & per actionem ex singularibus in infinitum potentia progrediuntur Artifices, quæ nullatenus per demonstrationes, neque per intelligentiam in causa vniuersali immediata, & reciprocabili passionis vbique, & semper per se progrediuntur, vt in Grammatica, vt Aristo. statuit. Dubitauit tamen Arist. de Medicina comparata cum ipsa Grammatica: quomodo Medici in deliberationem electiuam secundum certam operationem vtilem, ac optimam ponant ea, quæ speculatione complectuntur, tum quia in parte speculatiua intelligẽtia plus se habet, quam operatio in sensu se habet: tum etiam eò, quòd in Grammatica sicuti mens operatiua intelligit vniuersalia, ita etiam æquè secundum sensum iuxta actionem ex singularibus in infinitum fit: Omnis error enim in arte, aut ratiocinando, aut in sensu cadit, ait Aristo. Verùm in Medicina speculatiua; Sicuti certa cognitio rerum speculabilium se gerit, ita certa operatio cadit, nisi ab aliquo impedimento impediatur; & sicuti certa actio in Grammatica est per sensum, ceu per causã sine qua non, ex singularibus haud redactis ad vnicum finitum certum vniuersale: immo ex particularibus infinitis in infinitum potentia processus est; sic in medicina certa deliberatio, ac cer-

3. Eth. c. 8. 2. Mor. ad Eu. c. 10 & 1. Rhe. c. 2. & 3 eth. c. 3. 2. Mor. ad Eud. c. 10. Ibidem. — Obiectio tollitur. Alia obiectio. Dubit. medicinæ ad Grammaticam comparatæ. De eius certitudine. Solutio.

D ta operatio cognitioni speculatiuæ adæquata prorsus habetur iuxta sẽsum speculationi internorum morborum inseruientem, per experimentum, operationem comprobans ex singularibus infinitis rationabilibus, ac medicinalibus ad vnum finitum, ac certum, specificum, vniuersale relatis. Vnde Medicina tum in ratione, tum in sensu certa se habet etiam ex parte speculatiua, vt intimiori studio videbo loco proprio. Cæterùm Adoardus Gualandus negligentiæ Aristotilem, cum adnotasset inquit. *Nam vt in medicina non solum dicitur contraria contrarijs esse curanda, sed etiam quæ quibusque affectibus contraria sunt, & quo pacto debeant adhiberi: ita in ciuili facultate, &c.* Et postea pergens, ait. *Ea verò particularia, quæ ad ipsam artem explicandam sunt necessaria, miremur Aristotilem prætermisisse, qui enim particularia negligit, prudentiam videtur excludere, quæ intellectus practici perfectio est.* Verùm enim verò omne re vera artificiosum vniuersale esse tenetur, vt Arist. ait Medicinæ nanque principium genericum est, contraria contrarijs esse curanda: specificum verò, quæ contraria sint, quibus passionibusque contraria sunt, & quomodo, & quando, & vbi, & quanta dari, aut auferri oporteat. Quocirca primo decipitur, cum assumat Adoardus specifica vniuersalia pro singularibus. Præterea ait Ciuilem facultatem artem esse, quod falsissi-

Li. 5. c. 3. meth. philosoph. moralis f. 88. 8. Rhet. c. 3. Lib. 1. c. 1. — Adoard. Gual. Aust. sententia corpore ... Adoard. decipitur. Tenis.

A

falsissimum est, vt antea ostensum est. Neque Prudentia, vt perfectio intellectus practici se habet, cum sit accidens, ac virtus acquisita ab intellectu ipso, & intellectus practicus potentia animæ nostræ est. Neque diminutus, neque negligens fuit Aristoteles, Nam de medicina nonnisi vniuersaliter agere tenebatur; at vniuersalia nonnisi suis particularibus posteriora sunt: Vnde cognitis vniuersalibus etiam particularia, ex quibus fiunt vniuersalia realia dignosci necesse est. At verò Artes doctrinales, atque demonstratiuæ, certæ, & rectæ iam enarratæ haud minùs certæ sunt per sensum in anima sentiente existentem fundamentaliter, seu materialiter, ex singularibus tamen vt rationalibus ad finem artis coarctatis in loco hic, & in tempore nunc existentibus vndique per se sensibilibus quatenus tamen vbique, & semper per se talia sunt hæc particularia specificè coarctata ad vnum finitum, ac certum specificum, tum eò, quia Artes versantur circa materiam externam in loco, ac tempore terminatã duplicem tam circa quam, quàm cum qua operantur artifices, vt antea allatum est: Quæ materia operabilis tantum est, prout sensibilis, ac rationabilis est per se: hinc etiam certa per rationem, & per sensum, ceu per cognitionem firmam, ac certam, vt iam dictum est; etsi impropriè Aristo. vocarit artes sensibilium scientias, vt antea ostensum est. Præterea eo, quòd ratio sola non satis est, præsertim in arte medica, neque etiam experimentum solum omnino rationem comprobans, quod fit per sensatas plures singularium demonstrationes in vnicam vniuersalis realis demonstrationem certam definitas; vt exactiorem habeamus scientiam artis Medicæ, quam innenire possimus: com duntaxat ijs duobus modis scientia inueniatur, vt Aristo. fassus est, inquiens. *Si quidem discimus aut per inductionem, aut per demonstrationem. Est autem demonstratio ex vniuersalibus: Inductio verò ex ijs, quæ sunt particularia.* Quocirca demonstratio ex vniuersalibus medicinalibus facta vt Artificialis medicinalis certa tantum est per dictum de omni, & per dictum de vbique, & semper, non autem per dictum de hic, & nunc. Vltra quòd etiam vt demonstratio Arti medicæ inseruiens quoque est scientifica, vt iam dudum ante vidisti: quo ad instrumentum scientiam pariens communiter acceptam.

Quarta.

1. Institutũ magis declaratur.

1. Rhet. c. 4. vt non tem dixi.

Hip. lib. de arte & de prisc. med. Arist. 6. eth. c. 4. & alibi Gal. 1. de cris. c. 9.

Cap. 2. Hip. lib. de dec.

B

1. li. post. Arist. 2. eth. c. 3. & Ge. 8. de com. med. sec. loc. c. 1. & in com. prog. Hip. 10. 3. t. 10. 1. Post. c. 14.

C A P V T XII.

C

Sensibilitatis singularium principium cognitionem certam sensatam gignens obiectiuè traditur: simulq; vniuersalia quorum in artibus certitudo principalis est explanantur tum realia, tum intentionalia: Quomodoque intentionalia, & rationalia simul mentis ope fabricentur: Discrimemque vniuersalium Mentis operatiuæ, & speculatiuæ: certioraque vniuersalia Artium, quam scientiæ speculatiuæ Physicæ esse probatur.

Sensus, & sensibile eiusdẽ contemplationis est Arist. 2. de part. alm. c. 1.

Facultas sensibilitatis obiecti per se sensibilis à compositione corporis ex materia, & forma.

& à mixtione primarũ qualitatũ tangibilium Primæ nanque hæ virtutes tangibiles principia sũt corporis sensibilis, & sensibilitatis, vt Arist. 2. de gen. & cor. t. 7. et 8. ois n. sensatio p cõtactum fit.

Principium indiuiduationis.

Hæc certas Scoti ne dũ principiũ indiuiduationis per se sensibilis, sed & sensibilitatis vt sensili per se.

CVm autem non satis sit ad certam artium cognitionem adipiscendam, scire artes certas esse ijs duobus modis iam dudum allatis eò, quia vsque ad prima elementa, ex quibus res constant sua exacta cognitione deuenire tenemur Aristotilis præcepto, *tunc enim putamus cognoscere vnumquodque cum causas primas cognouerimus, & principia prima, & vsque ad elementa.* Ideò omnia iam proposita expendenda mihi sunt, vt integrè Artium in communi certitudinis cognitionem ingredi valeam: Sensus itaque eò, quia ad singularium cognitionem certam conditi fuerunt: Hinc sensibilia corpora quidem esse patent singularia composita ex materia, & forma sicuti speculabilia à corpore quidem seiuncta sunt. Ideòque omne sensibile in materia est: Proinde nonnisi quantum sensibile per se est. Quantum enim materiæ conditio prima est. Iccirco licet sensus in anima per receptionem simulachri sensibilis sine materia fiat, ac sensus nonnisi in anima. Cum materiæ tamen conditionibus rei tantum sensibilis extra animam existentis talis simulachri spiritaliter, seu intentionaliter receptio ab Anima fit: cum sensus comprehendat singularia determinata loco, ac tempore. Quam ob causam ait Auerr. sensus comprehendere sensibilia à materia abstracta composita ex materia, & forma. Quocirca materia principium passiuum singularitatis, ac sensibilitatis esse patet. Forma verò principium actiuum, adeò vt compositio ex vtrisque ipsis consurgat hæceitas Scoti, quæ non modo principium singularitatis per se sensibilis est: Sed etiam principium sensibilitatis sensibilis. Verum ista causa est vt subiectum substantiale, ac vt prima substantia subiectiuè sensibilitatis. Vnde alia requiritur causa prima effe-

1. Phys. t. 1. Ari. tex. lib. 2. de anima. & toto l. de sens. & sens. Gal. 2. de simp. med. fac. c. 10.

D

1. Celi.

2. De anima & de sens. & sens. c. 4. c. de quanto lt. prædicamentorum.

Ari. 2. de anima 3. 120. & 121. & 1. 59.

1. Post. t. 19.

Disp. disp. 632. 6

A effectiua sensilitatis, quæ tactilitas quidem est: cum omnis sensatio per contactum fiat, ac sensus tactus communis sit omnibus sensibus. Hinc ait Arist. primas qualitates tangibiles principia prima esse corporis sensilis. At cum primę qualitates speculatiuæ sint ideo in mixti generatione ita simul confranguntur, vt minimam vim sensilem habeant, vt Hipp. ait. Iccirco secundæ, ac tertiæ qualitates in mixto genito maximam vim sensilem habent, non aũt primę, quæ secundæ, vt ait Hipp. à substantia sensibili, vt tangibili prima elementorum à sensu perceptiua per se, & primo primitate causali substantiali sensibili emanant. Quocirca mixtũ sensibile per se est vt mixtum ex elementorum substantijs per se sensibilibus conflatum; quibus substantijs potissimũ gustabiles facultates per se sensibiles insunt: quæ tales potentia sunt, quales actu tales sentiuntur. Et licet primę qualitates in aliquibus mixtis actuales, & sensibiles maneant non omninò confractę, tamen id in paucissimis contingit, & cõmunes sunt omnib. artibus. Neq; tñ Artifex vltra substãtiam sensilem aliam causam priorem dignoscit: sed tñ speculatiuus naturalis: Ideò primę qualitates apud speculatiuũ sunt principium sensilitatis. Apud verò Artificem ea substantia elementorum gustabilis enarrata principiũ effectiuũ est obiectiuè sensilitatis. Sensibile itaq: per se procul omni dubio est, quod sua forma mouet ac format sensum, vt corporeum, seu materiatũ, & cõpositum ex materia, & forma. Quamobrem duntaxat in secundo modo dicendi per se sensibilia sunt, quæ talia actu sunt, qualia potentia virtuali obiectiua quoq; reperiuntur. Duplex aũt sensibile per se est. Nam vel proprium, quod per se, & primo primitate formali sensum mouet, cuius est proprium, vt sapor gustum, color visum, & odor olfactum moueat. Aut cõe, quod per se mouet non tñ primò, at solùm sub primaria ratione proprij sensibilis, & secũdariò, vt motus, quies, numerus, figura, magnitudo, partiumq́. situs, seu positura, & distantia. Principium aũt allatum sensilitatis secundarum omnium qualitatum commune quidem est ijs omnib. sensilibus tũ proprijs, tum cõibus ab Arist. vberrimè declaratis. Quòd autem artes, et sensibile per se in propriũ, & in commune diuidere possint, patet. Quandoquidem sapores proprij sunt Artis medicę secũdum naturam accepti, cum soli arti medicæ vni, & semper competant. Reliqua vero sensibilia tum propria dudum allata, tũ communia omnib. certè artibus communiter accomodantur; Cũ itaq; artes mente operatiua tantum extendantur suis operationibus, & suis cognitionibus prout sensus apprehendunt; ac sensus ad certam singularium cognitionem à Deo, & à Natura statuti

C fuerint. Hinc per sensum circa sensibilia certa suo principio sensibilitatis artes in mente operatiua certè sunt considerantes singularia per se sensibilia, vt rationabilia tñ sub rõne specifica finita vniuersali. Ideoq; vniuersalia artificiosa, vt certæ veritatis artium sint, non in prima artium doctrinali, & rationali tñ reperiuntur, sed in tertia parte visuali composita, & secunda parte simul iunctis, vt sensu certo, singularia sensibilia certa vt rationabilia cognoscente ex ijs singularibus certis, vniuersale quoq; certum emanet. Quod quidem de vniuersalibus speculatiuis non est asserendum. Sunt. n. distincta hæc vniuersalia: sicuti distinctæ operationes sunt formantes vniuersalia à speculatiuo intellectu formata, & factiuo intellectu fabricata, ad finem variũ directa. Intellectus nanq; practicus operatiuus habet opus, ceu finẽ suũ verùm non modo intellectus artificis, vt opificis operam dare est, verum etiam est cognoscere vniuersalia, eaq; construere in gratiam eius finis enarrati consequendi, quæ vtilia, ac necessaria sunt in parte propriè artificiali. In parte verò speculatiua eget intellectu speculatiuo per accidens parti artificiali inseruiente. Vni-

D uersalia verò operosa duplicia sunt. Nam vel disciplinaria, puteq; rationabilia à Præceptoribus à libris, seu scriptis, & quandoq; etiam ab Idiotis absq; vlla nostra praxi, docta ac reuelata. Quę sanè minimè sufficiunt: cum dixerit Hipp. *Cum ob scientiam sermonum vniuersalium sibi ipsis persuadeant sese ipsum etiam artis opus singularia nouisse non aliter, ac aurum adulterinum ab igne examinatur, ita eorum ignorantia hac professione arguitur.* Postea inquit. *Sin vero, non ex sensibus comperta obseruatione, sed solum ex probabili rationis figmento proficiscatur frequenter grauem, ac tristem diathesim affert, hoc est, damnis calamitatẽ ægris infert. Hi. n. viam inuiam ingrediuntur. Tenuè profectò malum videretur, si solam mercedem auferrent hi, qui sinistre medicinam faciunt: Nũc vero ægris, qui etiam extra culpam sunt, quibus calamitosa vis morbi non satis violenta esse videatur, nisi & Medici imperitia se illi consociaret. Sed de his quidem hæc sufficiant disseruisse, nimirum quod neq, his solum, quæ sola ratione colliguntur fidere oportet, nec etiam his, quæ sola operis ostensione. Periculi enim plena, & ad errorem præceps est assertio, quæ fit cum nugacitate, quare & vniuersa ea, quæ explorata, & comperta esse debent, & circa eadem singillatim non tenuiter exerceri, si quis facilem, & inculpatum habitum, quem medicinam vocamus. Nec tamen cunctis etiam ab Idiotis inquirere, si quid ad medendi occasionem facere videatur. Ita enim puto totam artem constitutam fuisse eo, quod in vnoquoque singulari perfecta obseruatio facta ad vniuersalem reuocata fuerit rationem. Animum itaque ad obseruationem vertere docet, quæ plerunque obuia est, & ei potius quæ cum commodo, & lenitate fit, quam cum pollicitatione, aut excusatione sinistri euentus.* Idem quoq; Arist. confirmare voluisse, patet asseuerantem non ex solis libris, seu scriptis Medicos peritos euadere, verùm tempore, ac experimento, & exercitatione; sic pariter de alijs artibus dicendum est. Vt igitur ars habitus sit certus inculpatus & facilis ex vniuersalibus doctrinalibus certis, vndique comprobatis longo experimento, assiduis exercitationibus circa particularia infinita certa compro-

Marginal notes (left):
2. de gen. & corrupt. t. 7.
Lib. de prisc. medi. p. 20. a 2.
2. de anima t. 5. vsq. ad t. 65.
Hipp. lib. de prisc. med. & Gal. 3. de sim. med. fac. c. 15.
6. Rhet. c. 2.
Hipp. lib. de el. ex Heut. 104. & lib. præcep. 120. 321. Arist. 6. eth. c. 10 & eth. c. 9. Hipp. pag. 121. sam citata.
Hipp. lib. præc. 320 & 132.
Idem vide pag. 314. & 115.
10. eth. c. 9.
2. eth. c. 8.

Marginal notes (right):
Primæ qualitates tangibiles principia sunt corporis sẽsilis.
Secundæ qualitates substantiales, cum sua natura sensibiles sint ergo hę sensilitatis causa immediata sunt non aũt primæ qualitates.
Præsertim tales sunt gustabiles qualitates vt substantiales & sensiles.
Primæ qualitates principium sẽsilitatis opus speculatiuum.
Apud artificem vero mixtũ ex elementorũ substantijs gustabilibus.
Sensibile itaq. per se quale, & quid sit.
Duplex propriũ Commune.
Sensibilia ad artes relata certitudinem gignẽtis.
Forma vniuersalis operatiui seu artificiosi à forma vniuersalis speculatiui differt per variũ finẽ ac per diuersam mentis operationẽ.
Ex Foes. p. 18. ex Cornar. f. 18. ex Mantello 8. t. 2. Vniuersalia artificiosa disciplinaris.
Sola ratione demonstratiua vniuersalium disciplinariorum Ars minimè certa sicuti neque certa solis obseruationibus, singulariũ sensibilium, vt rationabilium sensatio, ac demõstratio ab vtroq animæ istaũ seiuncta frequenter grauis, ac tristis diathesis habetur.
Medici etiã ab Idiotis inquirere & discere debent.
Artis certæ constitutio ab vniuersalib. disciplinarib. ad singularia sola exercitatione, ac experimẽto iterum rationali simulq. sensato ex quibus singularib. certis iterum vniuersalia fiũt doctrinalia, & certa longo vsu experimento.

Vniuersalia artificiosa doctrinabilia certa visualia & exercitalia. Ex quibus vniuersalibus antea in habitu iam acquisito certe inculpata & firme sunt. Et vt talia vniuersalia certa per motum reflexiuum seu per aggressum, & regressum comparatiuum, ac demonstratiuum inter rõnẽ & experimẽtũ, ac iterum ab experimẽto ad rõnem factũ sit.

bantia vniuersalia ad vnum finitum specificum ratione demonstratiua præditum reuocata se A habentibus, constare tenetur: Quæ vniuersalia procul omni dubio certa prorsus euadunt motu reflexiuo prius deorsum descendente, ac sursum posterius ascendente ab vniuersali disciplinario prius, & à sola ratione ad particularia infinita, & ad sensum progrediente. Ac iterum ab ipsismet particularibus infinitis, exploratis, ac certis comprobantibus rationem disciplinarem, ad rationem ipsam iam doctrinalem certam, & facilem factam, nec non ad vniuersale disciplinarium iam doctrinarium facilè, ac certum factum finitum, & specificum redactis motu regrediente, & retrogrado. Quocirca per motum aggressiuum descendentem primo ab vniuersali finito ad particularia infinita: deinde per alium motum primo motui contrarium regressiuum & retrogradum ascendentem, ac incipientem vbi alter motus prior terminauit, nec non desinentem, vbi alius prior motus incepit: hæc enim vniuersalia formari hoc modo certum est. Quæ sanè omnia proficisci à mente humana operatiua, ceu à principio effectiuo certo rationali, & à singularibus etiã omninò per se sensibilibus, veluti à fundamentis realibus certis, cognitione sensata, ac infallibili; vniuersale gignentibus, & eamdẽ vim scientiæ certę fundamentaliter possidentibus notum est. Mens nanq; humana operatiua di- B scipuli primo format vniuersale, artificiosum, disciplinarium ex infinitis particularibus suis suppositis absque vlla comprobatione per inductionem sensatam ipsorum primo notiorum. Deinde facta abstractione à sensu, ad mẽtem ipsam, & factis instructionibus prius, seu inductionibus sensatis construitur vniuersale, quod notius est menti operatiuæ. Vnde ait Arist. sensum esse ipsius vniuersalis fundamentum; & si formaliter sensus non attingat vniuersale. Vnde ex parte rei datur vniuersale reale fundamentaliter per inductionem sensatam infinitorum singularium, ad vnum finitum reale vniuersale relatorum. Quod Auerr. asseuerare voluisse patet, comprobantẽ, *Vniuersale non scitum, sed cum eo sciuntur res & est quod repertum in natura rerum scientiarum in potentia. Ideo vniuersalia demonstrata reperiuntur in potentia, cum habeant esse extra animam: In anima verò vniuersalia actu, non autem demonstrata*. Quod ex Arist. habuit promulgante, *scientiam verò vel per demonstrationem, aut per inductionem adipisci*: Cum sensu deficiente, necesse sit etiam scientiam deficere. Ideo vniuersalium fundamentum inductio quidem est, ex particularibus pluribus facta. Ideo ait Arist. *sensus autem vniuersalis est vt hominis non Calliæ hominis*. i. vniuersalis fundamentalis, non autem formalis, quia *primum quidem in anima vniuersale est, & namque sentire quidem singulare. Manifestum igitur est, quoniam vobis inductione cognoscere necessarium est, & namque & sensus sic vniuersale facit*. Verum scias vniuersale artificiosum etiam disciplinarium & intentionale adæquatum esse alio suo fundamentali vniuersali reali, vt rationabili. Hinc scientiam vniuersalium intentionalium etiam esse vniuersalium realium tanquam de doctrinali certo vniuersali patet. Cognito verò vniuersali mentali intentionaliq; & vt rationabili ex singularibus ijs, vt rationalibus prodeunte libris, aut scriptùris, aut voce Præceptorum oportet subinde; si Iuuenis discipulus Artem discere, & callere certam voluerit, vt exercitatione longa, temporis decursu facta, occasionibus opportunis, sub optimi, periti, ac fortunati Pręceptoris iudicium facilè habentis eruditione obseruationem faciat, experimento sensato, à consultu habito; ac exploret, nunquid cognitio, & operatio in singularibus infinitis operabilibus certa ita se habeat, sicuti ratio vniuersalium doctrinalium disciplinalium disciplinaria à rei natura desumpta, & ex libris, scriptis, & ex voce Pręceptoris antea acquisita promiserat. Quandoquidem vbi experimentum sensatum certum rationi addendum est ibi sensatis demonstrationibus infinitis singularium, vt rationabilium acceptarum proportione ipsi rationi respondere debet. Deinde hęc infinita particularia ad rationem vniuersalium specificam finitam, ac certã visualem, ac exercitialẽ D reuocare poteris: Sin verò non proportione respondebit, tunc ratio nihil valet, nec vlla veritas habetur. Et hoc modo Hipp. intelligere voluisse patet Artem certã totã esse vndiq; prout ijs demonstrationibus ambabus demonstrata ars sit. Quòd autem sub eruditione Præceptoris id effici debeat ex Hipp. elicias, ibi ait. *Cognitionẽ aũt a rei natura sumes, vt dixi, posterius ad veritatem tũ particularium, tum vniuersaliũ perducit*. Postea verò ait. *Quisnã præceptorũ multi fidã veritatẽ se verè indagare posse speret citra exercitationis constantiã*. Quocirca ait Hip. & nobis medicis dogmaticis ẽt obseruationes empiricorũ quandoq; vtiles esse posse rationabiles à nobis tamẽ factas, cũ dixerit. *Horum quamuis collega inngerer non tamen de medendi ratione cum illis consilium inngerem, sed confidenter peterem, vt remudta sua proferrent. Et quamuis hi necessario sint indocti, affirmo tamen exercitationem horum vtilem esse, postquam Præceptorum cognitione fraudantur. Quare hoc moneo dicentibus quidem istis auscultandum esse, at operantibus resistendum esse. Vnde concludit Hipp.* legem nobis consignando. *Cum non solo verbo rationali, sed & opere at magis opere medici existimationẽ tueri oporteat*. Quocirca à primo vniuersali rationabili, disciplinabili ad singularia infinita, vt rationabilia progrediẽdo; ac iterum ab ijs singularibus ad vniuersale reflectẽdo, tũc euadit vniuersale faciale, ac certissimũ, specificũ, artificiosum tũ rõnabile, tũ simul experimẽtale. Ac nõ alio modo Artifex Medicus sciẽtificus omnino euadit, & doctrinalis artis Medicæ collega, & sponsus adęquatus. Vniuersalia aũt speculatiua, q̃ mẽtis humanę speculatiuę abstractione à primis notionib. ad secũdas notiones facta formãtur, prius inductione facta infinitorũ singulariũ sensata, tãquam

Vniuersalium istorum causa efficiens & causa realis materialis fundamentaliter.

Vide c. 3. istius libri.

Vniuersalia realis ex parte rei dari fundamentaliter probatur non tamen formaliter.

Processus ab vniuersali disciplinario ad particularia infinita exercitationa.

Ab empiricis nos medici rationales dogmatici discere enĩ possumus cum indocti Medici exercitatio, ac experimentum Medico docto vtilia esse possit vt Hip. circa instrumentum artis quæ apud rationalia sunt dogmatica instrumenta.

De vniuersalibus speculatiuis

2. Post. c. 183. & 2. de gem. 29. 6. Eth. c. 3. 4. & c. & in magn. moral. c. 12.

2. Post. c. 4. ex 24 6. Topic. c. 9. 2. Post. t. 106. 1. Post. c. 22.

Dist. 5. disp.

1. Post. c. 14.

C

Hipp lib de prisc med. ex Foes. 12. & 13. ex Hecur. 182. ex Cornario. 1. & 12. & 99. Arist. 2. Eth. c. 1. Gal. in 1. de morb. vulg. cõ. [illegible] fol. [illegible] G.

Lib. de sterilib. 767 & lib. de prisc. med. 99. 16. & 19. Lib. de arte p. 4 Lib. præcept. ex Hercun. 319. Pag. 134. Ibid 134. 135.

2 Post. cap. 14. & cap 14.

A quã ſenſibilia ſingularia euadant rationabilia, intellectus ſpeculatiui ope. Cum fundamentaliter cauſæ reales ſint ipſius vniuerſalis. Ex quo, niuerſale aut nihil eſt, aut poſterius eſt ſuis ipſis realibus particularibus, ceu cauſis reipſa exiſtentibus. Quamobrem fundamentaliter quidem ſingularia non modo via ad ſcientiam adipiſcendam inueniuntur eſſe, verum etiam ſingularia realia eandem vim ſcientiæ realis habent; veluti realia nobis ſenſu notiora, & faciliora ante inſtructionem factam, tum inductionis ſenſatæ, tum abſtractionis intellectualis ſpeculatiuę acceptæ ſcientiæ. Ea propter tantùm ad cognitionem rerum ſpeculatiuarum inſeruiunt ipſa vniuerſalia ſpeculatiua: ſicuti Mens ſpeculatiua cognoſcitiua, tantùm cognoſcitiua eſt, nihil autem operatiua, nihilq; actiua, niſi per accidens parti ſpeculatiuæ Artis medicæ, Phyſica ſciẽtia inſeruiet, ceu inſtrumentum vt ſuo loco dicam. Quamobrem talia vniuerſalia fiunt ſimili modo, quo vniuerſale artificioſum doctrinale rationabile, nihil experimentale ſit quod incertum eſt. Vnde vniuerſalia artificioſa declarata certiora quidẽ ijs vniuerſalibus ſpeculatiuis ſunt.

B Vltra quòd etiam certiora ſunt ſingularia artis per ſe ſenſibilia omninò certa, ex quibus fiunt vniuerſalia artificioſa, quam ſingularia ſpeculatiua non per ſe ſenſibilia: immo tantum quæ notificantur nobis ſenſata cognitione facta ratione ſyllogiſtica à poſteriori, & à ſigno tantùm, interdum fallaci facta. Ex quibus Artem medicam certiorem eſſe patet, ſcientia naturali; cum vniuerſalia huius ſcientiæ fundata non ſint in ſingularibus omnino ſenſibilibus, vt ſunt vniuerſalia partis principalis & ſenſibilis Artis Medicæ.

9. Poſt. t. 126.
2. Poſt. t. 126
2. de gen. t. 19.
6. top. c. 1. 1. Poſt. cap. 14. & 24. & 35. & 2. Poſt. c. 12. 13. & 15. & 6. 24.
3. de anima t. 47 & 2. magn. moral. c. 10.

CAPVT XIII.

Ex Hippocratis Philoſophia penitus ſenſibili propriè Medicinali; in facultatibus exiſtente guſtabilibus certis, Medicam Artem certam eſſe demonſtrare proponitur.

C



His autem Medicinæ certitudinem oſtendentibus conſtitutis; idem ex Hippocratis Philoſophia vndiquè patenti propriè Medicinali comprobare nitar, quę ex guſtabilibus certis viget facultatibus; Hinc in hoc tractatu tria efficiam. Primo enim qualitates guſtabiles Arti Medicę proprias eſſe oſtendam, cęteris verò artibus reliquas ſenſibiles competere qualitates: vt ex hoc perſpicuum ſit, tãto artem medicam certiorem cognitionem habere alijs omnibus reliquis artibus, quanto hæ guſtabiles certiores ſunt qualitates, cęteris ſenſibilibus qualitatibus. Poſteà verò magnam vim in arte medica guſtabiles poſſidere qualitates: minimam vero primas qualitates demonſtrabo. Cum hę primæ qualitates ſpeculabiles ſint: ad ſcientiam naturalem ſpectantes, vt etiam manifeſtum ſit, eo artem medicam certiorem

D eſſe ſcientia naturali, quo hę guſtabiles certiores ſunt qualitates his ſpeculabilibus primis qualitatibus. Denique in qua guſtabili conſtet facultate ſanitatis ſenſibilis tenor diſquiram, vt conſequenter guſtabilium facultatum hominem ęgrotare facientium certam acquiramus cognitionem.

A

CAPVT XIV.

Artes per omnes sensus earum opus exercere. Artem verò Medicam potissimum per sensum gustus propriè desumptum: cum itaq; sensus gustus cognitione nobis certior sit alijs cæteris sensibus. Hinc Ars medica longè reliquis artibus omnibus demonstratiuis certior est.

B

Cur qualitates gustabiles propriè sint artis medicæ Hipp.

Capite. 21. 3 de sim. med. fac c 17. Gal li. de Prisc. med. In arg. lib. iam dicti de prisca medicina.

CVm iam dudum exaratum sit, omnes sensus communiter cunctis artibus conducere, sensum autem gustus propriè arti medicæ inseruire eo, quia Hipp. id constituit dum contra Georgiam Leontinum, & contra Poli discipulos sophistas disputat Artis medicę certitudinem negantes, vt adnotauit Heurnius, existimantesque artem ipsam ex sola vana hypothesi ex fallacissimis exemplis, & ex vanis similitudinibus constare. Quandoquidem isti sophistæ tantum odorum, & colorum, tactiliumque qualitatum exemplis, ac inductionibus vtebantur. Vnde non modo in arte medica, verum etiam in naturali Philosophia decepti sunt; prauissimam sententiam habentes, sensum pro nihilo tenentes. Ea propter ex prauis principijs, non est mirum, si quoque prauam habuerint opinionem non modo de hominis, verum etiam de medicamentorum, ac alimentorum natura. Quam opinionem Gal. etiam fregit, sicuti Hipp. iam fecerat: Ambo manutenentes Artem medicam fundamentaliter prorsus certam esse ob sensatam, ac certam notitiam propriam Artis Medicæ per gustabiles qualitates potissimum acquisitam. Cum statuerit Gal. neq; à colore, neq; ab odore, neq; à consistentia, neq; à conglaciatione, nec à duritie, nec à leuitate per tactum, nos indagare posse medicamentorum simplicium facultatem, & rationem, & causam in iudicium sensus venientem, ac traditam per experientiam, sensata notitia, obseruaram: iunctis solùm paucis epilogismis, siue rationibus communibus, sicuti oportet in certa cognitione adipiscenda. Immo duntaxat iudicio, ac experientia allata sensus gustus certam, ac veram demonstratiuamque probationem in arte medica nos acquirere posse.

C

1. de sim. med. f. ca. 9 & c. 16. & 1. de sim. medic. fac. ca. 3. ac toto 4. ac toto 6. de sim. med fac. c. 1. vtriusq. lib. 4. & 6. vt Gal. dilucidauit. 2. de sim med. fac. c. 1. & 4. de simp. med. fac. c. 21. 9. de sim. med. fac. c. 31. 2. de sim. med. fac. c. 21. 3. de sim. med. fac. c. 9.

Ratio cur qualitates gustabiles propriæ sint artis Medicæ.

Ratio autem est, quod sola Ars medica sit secùndum naturam humanam corpoream, ęgrotabilem, & sanabilem, tum victus ratione salubri, & insalubri in qualitatibus gustabilibus, salubribus, & insalubribus existente, tumq; medicamentis simplicibus, salubribus, & insalubribus, ex quibus medicamenta composita conficiuntur, & quæ secùndum naturam se habent in qualitatibus gustabilibus, naturalibus, salubribus, & insalubribus, quæ sensibilia propria sunt linguæ, vt sensorij gustus, & quæ corporeę, & substantiales, ac nutrimentales sunt, & alteratiuæ qualitates regentes, & gubernantes ijs modis corpus nostrum suis virtutibus decoratum.

Dubiũ primũ.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Cęterum tu asseris artem medicam non solum certam ex qualitatibus gustabilibus, at verò ex alijs sensibilibus. Insuper qualitates gustabiles à Philosopho naturali considerantur, & ab alijs artibus, ergo facultates gustabiles non sunt propriè artis Medicæ.

D

Scd̃m dubium.

Prætere a qualitates gustabiles ex primis prodeunt, & hæ primæ qualitates à Medico considerantur, ergo primò medicus has primas qualitates considerat, secùndo verò has qualitates.

Ad primam dubium.

Ad primum dico quòd, & si Medicina etiam ex alijs sensibilibus constet qualitatibus, attamen principaliter, & maximè ex saporibus certa est. Cum medicinæ subiectum salubre, & insalubrè sit ex salubribus, vel insalubribus saporibus, ita etiam passiones, & causæ, vt salubres, & insalubres gustabiles corpus nostrum regunt: ita in lassitudinibus, morbis, & febrium periodicationibus, vt magnam vim in arte medica hę facultates gustabiles contineant, quia etiam instrumenta nempe medicamenta simplicia per saporem dignoscuntur:

Ad secundum.

Ad secundum respondeo quòd licet ab alijs doctrinis qualitates gustabiles considerentur, non tamen ad finem illius artis, nec etiam principaliter ad essentiam physicæ à Physico perpenduntur sicuti à Medico principaliter, & ad finem Artis Medicæ considerantur, cum pręter alia enarrata, victus ratio salubris, insalubrisq; pars principalis certè artis Medicę sit, omnino in qualitatibus gustabilibus, vt salubribus, & insalubribus consistens; ergo hę propriç sunt artis Medicę, quia hæ ita consideratæ omni, soli arti medicæ, & semper competunt.

Ad tertium.

Ad tertium dico Medicum vt artificem sensitiuum nonnisi qualitates sensibiles considerare, non autem vltra sensilia ratiocinari debere. Ideoq; si primæ qualitates, ex quibus gustabiles pendent facultates considerantur à Medico tunc sanè res definitas seu demonstratas ab Anima speculatiua Medicus artifex recipit, vt infra hęc omnia parebunt. Quamobrem antiqui familię Æsclapiadęę, qui ante Hipp. fuerant, in cibo, ac potu ex qualitatibus sensibilibus orto, ceu in victus ratione salubri & insalubri Artē medicā certā inuenerũt, per qualitates eas gustabiles, salubres, & insalubres, primo a cibis beluinis insalubribus cibũ humanũ secātes: hanc victus rōnem in arte medica, ad corporis nostri sanitatē assequēdā, corporeā nutritionē, simulq; cōseruationē inueniēdo. Deinde diuidētes victũ sanorũ à victu ęgrotorũ. Hinc lingua exactè medicamētorũ simpliciũ facultates

Libr. de prisc. med ex Foes. pagin. 14. Pag. 15. Pag. 16. & 19. 1. de sim. med. fac. c. 36.

cultates

A culcates alteratiuas minimè nutrimẽtales, percipit, & anima iudicans cernit, vt Gal. & Platonis

1. de sim. med. fac. c. 38.

mente, ac ex Hipp. decreto, asseuerauit. Ideoq; de linguæ sensibilibus agit peculiariter, quæ sapores appellantur à Galeno; & qualitates, seu facultates gustabiles, aut gustatoriæ, aut gustabiles substantiæ quatenus passiones sunt gustabiles substantiales, in linguam passiones inferentes, vt lingua, & sensorium gustus, primò, & per se nutritioni inseruiens; secundario verò inseruit, ad medicamentorum simplicium facultates ex mixtione elementorum emanantes dignoscendas. Lingua verò alteratur ab eo sapore, non vt in omnes linguæ partes passio percipiatur, sed vt ex ea parte primo alterata, in totam deinde substantiam linguæ alteratio diffundatur, vt ait Gal.

Nomina saporũ

Lingua quomodo à saporibus alteratur.

Quomodo lingua a saporibus alteratur.

3. de sim. med. fac. c. 26.

Alteratur autem lingua, & à prima qualitate, & à secunda qualitate, & à tertia item qualitate, & à substantia elementaria, cum detur mixtio ex varijs substantijs elementorum per se gustu sensibilibus; quæ certè quatuor simul iuncta in omni qualitate, & facultate simul gustabili, seu sapore certitudinem sensatam faciunt: Addita ratione demonstratiua cõi certa, vt ait Gal. & si primæ qualitates per qualitates per se sensiles, quæ tales actu, quales ẽt potentia sunt, percipian

Certitudo sensata in arte medica ex quatuor sẽsibilibus cõstat. Tamen potissimum ex facultate gustabile.

B tur in lingua; vt castorei calor, & siccitas in lingua per amaritudinem percipitur, ac per amaritudinem abstersio, tenuatio, & punctio percipitur concurrente substantiale vi in ijs facultatib.

de anima. t. 38.

& 2. de anima t. 63. & 4. meth. t. 24. & 25. & 2. de anima t. 63. & lib. de sens. & sens. c. 4.

Vnde sensus gustus cæteris omnibus sensibus certior est, cum sit forma gustabilis obiecti adæquata, in anima existens, seu cognitio vera, & certa secundarum, ac tertiarum qualitatũ, necnõ mixtionis substantiæ elemẽtorum simul iunctarum in corpore mixto per se sensibiliũ, quę procul omni dubio adęquatè talem passionem in linguam patientem per se, vbique, & semper, & primo primitate obiectiua formali, qualem quoq; adęquatè essentiam formalem habent imprimere & actu etiam imprimunt: Verum cum qualis passio a lingua percipitur, talis quoque passio iudicetur à sensu communi indicante; necnon tale simulachrum passionis ab anima iudicante recipiatur. Eamq. sanè ob causam sensus gustus via certa, non modo ad artem medicã certam adipiscendam est, at vero etiam eandem artis medicæ certę vim obtinet, vt ex ijs Hipp. Aristot. & Galeni statutis iam patet. Quo quidem ita certa cognitio rei gustabilis est, sicuti res gustabilis reuera se habet in arte medica, vt ob varias substantias, & aliquando seorsum cõtrarias in vnico mixto corpore existentes, varias quoq. & implicatas ẽt virtutes in eodem corpore mixto exploramus esse: Ac non aliunde Medici vltra primarum qualitatum mixtionẽ ab Hipp. vt à Philosopho, & ab Arist. cognitam, aliam mixtionem sensibilem gustabilem variæ substãtię elementorum, & mixtionem plurium substantiarum gustabilium inuenerunt, quam Arist. deliquisse patet.

Sensus, gustus, forma, & cognitio certa saporũ secundia, ac tertijs qualitatibus materiatia. & substantiæ sensibilis iunctorum.

2. de anima.

1. post. t. 183. 2. de gen. c. 92. de sim. med.

C

1. de nat. huma. t. 1. & 2. de vict. rat. in lib. de gen. & corrupt. 1. de nat. hum. 3. de sim. med. fac. c. 34. 15. 26. & 24. & 5. de sim. me. fac. c. 26 2. de alim. fac. c. 21.

Hipp. nanq. & Gal. ne dum primas qualitates in mixti generatione complicari voluerunt; verum ẽt plures substantias iungi, rati sunt. Quæ variæ substantiæ diuersas quoq. facultates in vnico mixto continent. Hinc Gal. totum librum quartum de sim. med. fac. de saporum substantia, & facultate egit, vt etiam fassus est alibi. Proinde simplicia medicamenta inquit varijs constare substantijs: hinc etiam varijs facultatibus substantialibus, diuersisq; secundis, ac tertijs qualitatibus materiatis, & gustabilibus decorata esse. Ideoq. simplicia medicamenta ob dissimilares substantias, quas continet in se dissimilaria à Gal. nuncupantur, atq. hine eũ varias facultates gustabiles possideant. Ac id ex Chrysippi sententia fortassis censuit Gal. qui de elemẽtis agendo, de substantijs elementorum egit. Vnde depromit in similaribus corporibus calidiratem, frigiditatem, humiditatẽm, & siccitatem particulares omnes esse differentias diuisiuas, & constitutiuas. In dissimilaribus verò mixtis corporibus, vt acrimoniæ, aciditates, austeritates, acerbitates, dulcedines, amaritates, salsitates, aquositates, vnctuositates, omnes differentias esse.

In corpore mixto simplici vltra vnionem primarum qualitatum non sensibiliũ alia vnio reperitur variæ elemẽtorum substantiæ gustabilis.

4. de sim. med. fac. c. 26. & de elem. c. 9.

Simplicia medicamenta Gal. vocauit dissimilaria ob dissimilares substantias, & facultates suas secundas, ac tertias gustabiles.

Per primas vero qualitates similaria necat.

ibidem.

D Pergit autem Gal. exemplificando, inquiens. *Quemadmodum in saporibus ante monuimus nullum prope eorum aliena esse qualitates expertem. Verum siue in arboribus, siue in herbis, siue in fructibus. Ita in medicamentis intelligere oportet multas diuersi generis mixtas esse substantias.* Cum dixerit. *Atque in hisce vtique substantiæ mixtura clarè perspicitur, at in alijs etiam si non appareat ea tamen ratione colligere oportet, ac non putare aliud.* Nam concludit omnia mixta esse dissimilia ex varijs substantijs, etiam seorsum contrarijs, cum per sensum gustus, indicio, & experientia id pateat: Ideoq. si plures facultates gustabiles in mixto fuerint, plures ẽt substantias simul mixtas esse necesse est, cum omnes facultates à substantia emanent vt etiam statuit alibi, cum omnia propemodum medicamenta natura mixta sint, ex varijs substantijs, etsi sensui gustus simplicia appareant, vt ea, quæ contractas substantias continent: In cichoreo itaq;, & seri vltrã suam facultatẽ subfrigidam, duas substantias, itemque duas facultates seorsum contrarias conspicimus, subamaram nempè extersiuamque hinc etiam apertiuam osculorum *venarum in sima hepatis ad eas, quæ in gibba sunt,* & validam. Aliam verò minorem austeram, adstrictoriam. Præterea de coriandro ait, *coriandrum ex contrarijs facultatibus, vnde facultatem compositam habet.* Docet autem modum, quo contrarias facultates gustabiles iudicare, & dignoscere possimus per contrarias substantias, in mixto simul genitas, ait enim. *Quamobrem lingua tangentibus ipsam dissimiliaribus corporibus, ac per diuersas partes, &c.* Verum video aliquem obijcere posse eò, quia à *substantia gustabili exigua quidem, sed validis prædita viribus mixta alteri substantiæ plurimæ, eidèmque imbecilla in corpus intro peruenit gustum fallit.* Verùm respondeo Primo Galen. ibi nos docere, ut solo sensus gustus iudicio nõ sit fidendum, cum requiratur etiam experiẽtia circa

1. de simp. med. fac. c. 24. & 16.

8. de com. med. sec. loc. c. 8.

7. de sim. med. fac. cap. de coriandro.

5. de sim. med. fac. c. 26.

5. de sim. med. fac. c. 25.

Obiectio.

Solutio.

infinita corpora adhibita, & præsertim vbi fuerit mixtio substantię solutiuæ cum alia substãtia alteratiua. A Nam Galenus eo in loco duas substantias comparat seorsum contrarias, duas similiter qualitates contrarias, & facultates quoque contrarias seorsum, nempe & ventris solutiuam, aut lenitiuam, atq; simul adstrictoriam in vnico mixto corpore, vt in brassica, lenticula, ostreaceis maris, & gallis veteribus, quorum succi, aut decocta vim ventris lenitiuam cõtinent ob mordacem, aut acrem, seu nitrosam, siue salsam facultatẽ, expultricem, virtutem naturalem excitantem, ad expellenda superuacanea: Substantia verò earum terrea, austera, mordaci, acri, nitrosæ, seu salsæ facultati commixta ventris adstrictoriam vim obtinet. *In acris autem squama sicuti duplex qualitas ita quoque gemina facultas inest. Nam & adstringit, & mordicat, quare adstrictione quidem siccatas vlceratarum carnium cicatrice obduxit, mordicatione verò præhumidas colliquat. Quod si intro in corpus sumatur, purgat quidem ventrem, verùm non cohibet, vincitur enim ea adstringendi facultas ob vim purgatoriam tanquam si rhu succum scamoneæ commisceas.* Quocirca ibi non alloquitur de substantijs, qualitates, & facultates alteratiuas seorsum contrarias habentibus, cũ ea, quæ contraria sunt genere conueniant, specie verò distent. Ideoque si vt solutiua mordacia, acria, nitrosa, & salsa accipiantur non alteratiua sunt, nec etiam vt alteratiua si assumantur austero, seu adstringenti contraria sunt: immo tantùm epicerausticis oleosis, & vnctuosis, & pinguibus. Vnde statuit Gal. contra antiquos adstringentia, & purgãtia minimè contraria esse. Adstringentia verò, & laxantia contraria inueniuntur: B Ideoque ait Galenus in adstringentibus cum solutiuis commixtis, vt non debeamus fidem adhibere sensus gustus iudicio; cum medicamentosa facultas ventris solutiua non à gustu dignosci valeat. Vnde effectui producto à medicamento intro in corpus assumpto aut per os, aut per anum, tenemur nos incumbere ne decipiamur, cum dixerit. *Sic autem non pauca purgantium medicamentorum cum carne mali cytonij exhibita, gustu quidem fallunt, at effectu solo, quid valeant commonstrant.* Vnde sensu gustus solutiua medicamenta dignosci non possunt, verùm tantùm alteratiua, cum alteratiua alterando linguam, suum effectum alterationis in linguam imprimant, non autem purgantia, vt talia. Nam ipsa præterquã quòd proritant virtutem expultricem à sua propria forma specifica, humorem quoq. attrahũt, vt quales humores peccent, tales etiam medicamento attrahente euacuare valeamus. Cætera verò medicamenta alteratiua, gustabilia, & substantialia certa sunt iudicio gustus, cum ipsa suũ effectum in linguam imprimant per se, vbique, & semper, ac necessario: Sapores itaque certi nobis sunt cognitione, cum ex substantia elementorum gustabili prodeant, quæ sanè sua consistentia esse potest crassa, vel tenuis, vel densa, aut rara, aut leuis, aut grauis, vel lenis, seu suauis, vel aspera, acris, & mordax, & ex terrea præsertim substantia constat. *In qua acre, pingue, & austerũ, & adstringens, & acidum, & dulce, & amarum, & salsum insunt.* Quatenus verò terra pura non est, ab igne; C Nanque (vt arbitror) acre, mordax, nitrosum, salsum, & amarum prodit, ab aere verò dulce, pingue, oleosumque; ab aqua autem laxatiuum, aquosum, & molitiuum: à terra verò austerum, & adstringens. Acidum à terra frigida emanant: tamen in terra vt in centro aliorum elementorum vt ait Hippocrates *inest autem in terra & acidum, & amarum & dulce, & salsum è omnigenum*, & lib. de tract. pueri ex Corn. f. 49. reddit rationem, *vt nascentia nutrire possit*. Nam hic ait. *Habet enim in se terra omnigenum humorem*; in quo hi sapores gustabiles sunt. Cum itaque artis medicæ gustus ceu proprius secundas, ac tertias qualitates, & facultates substantiales gustabiles, nec non substantias ipsas gustabiles, salubres, & insalubres regentes naturam humanã corpoream, ægrotabilem, & sanabilem alteratiuas, & nutrimentales vndique dignoscat, per causas suas primas vsque ad sua prima principia, & elementa gustabilia cognitione certissima. Alij verò sensus cæteris in artibus eò, quia per causas primas sensibiles non dignoscunt, neque vsque ad principia prima, nec ad elementa sensibilia, nisi superficialiter: ideò neque ita certam possident cognitionem. Quocirca Ars Medica certior longè alijs artibus reperitur. Et licet Arti medicæ non liceat vt ipsa qualitates, & substantias gustabiles cognoscat per primas qualitates totam substantiam in mixti generatione transmutantes constituentes, vt per primas, & efficaces virtutes, & facultates, ob quas secundæ qualitates, atque tertiæ sunt, vt Gal. asserit; Cum hæ primæ qualitates potentiales tantum sint; hinc solùm speculatiuæ, ob quas duntaxat demonstrat speculatiuus physicus scientificus: Nihilominus certa cognitio habetur sensitiua certissimã iudicio D gustus, experientia quę sensatæ annexo facultatum alteratiuarum, & nutrimentalium gustabilium per tertias, & per secundas qualitates gustabiles, & per substantias gustabiles certissimas. Istæ autem quatenus facultates alteratiuæ in medicamentis, & alterabiles in natura humana corporea, & vt nutrimentales in alimentis, & nutribiles in partibus solidis, & in specie carnosa nostri corporis si assumantur, vt accidentia, quidem semper corpori substantiali ceu primæ substantiæ, vt suo subiecto insunt. Pro vt verò sint generice sensibiles, à compositione corporis per se sensibilis genericè ex materia, & forma compositi, ceu à principio effectiuo sensilitatis genericè perpetuo pendent. Vt verò gustabiles specificè, ac propriè à substantia per se gustabili corporis mixti gustabils ceu à primo principio effectiuo per se gustabili elementorum, gustabilitates certissimæ semper permanant. Et quatenus tales sunt facultates salubres, & insalubres regentes corpus nostrum ægrotabile, & sanabile per se gustabiles, à Medico Artifice cognoscuntur.

Idem russ habet vt ait Gal. Omne q̃d aliud subdocet vel acre vel nitrosũ, aut salsum esse vt expultricem facultatem naturæ initet.

2. De sim. m. fac. c. 13. 14. & 16. 4. De sim. med. fac. 16.

1. De sim. med. fac. c. 15.

Com. 1. de natu. hum. ę las. 1. fol. 32. lit. A.

Sapores ab igne qui prouenium. Ab aere qui ab aqua qui à terra qui.

Lib. de natura hominis corna. rio interp. f. 32.

Concluditur ex præmissis huc usque statutis sensum gustus velut proprium artis medicæ esse, ac certiorem longè alijs sensibus hinc medicinã certiorem alijs artibus.

Obiectio tollitur.

Arist. li de gen. & cor. Gal. 3. de sim m. fac. c. 14. ac toto 4. & 6. de sim. me. fac. 6. De ocul. 188. D.

Nota.

A tur certæ, per substantias gustabiles, & per eas virtutes secundas, ac tertias gustabiles, in quarto modo dicendi per se. A medico verò scientifico, Physico per primas virtutes elementorum veluti per primum principium effectiuum absolutum, & speculatiuum non modo gustabilitatis, verùm etiam omnis sensilitatis: ac ita Medicus opifex ijs facultatibus, operationes certissimas perpetuò per se, vbiq; & semper possidet, ad eius finem consequendum certissimum, ac rectissimum: ac eò magis, quo Medicus Physicus Artifex etiam est anima speculatiua ceu instrumento dispositiuo animæ factiuæ vtens, in parte speculatiua tum in cognitione, tum in curatione ægritudinum.

CAPVT XV.

Hippocratis decreto primis elementorum qualitatibus, & si in mixti generatione constituendi maxima vis simpliciter assignata fuerit: attamen ad artem medicam relatis in mixto iam genito minima vis B artificiosa inest, cum tantùm speculatiuæ nihilque sensiles sint. Secundas vero ac tertias qualitates, substantiasq; gustabiles in arte medica certam, maximamq; vim continere demonstratur. Quod verificatur tum de materia circa quam, tum de materia cum qua Ars versatur Medica.

QVoniam materia siue circa quam sit, siue cum qua ars Medica versatur, gemina est, nimirum, vel artificialis per se secùndum naturam, vel speculatiua per accidens: Atq; artificialis iam illustrata fuit: Eamq; ex gustabilibus sensusque gustus iudicio, ac experientia infinitorum gustabilium facta, ad vniuersale finitum, certū, C rationabile, ac demonstratum reuocata, nec non rationibus demonstratiuis vniuersalium certam esse iam satis ostensum est. Quocirca modò aliam partem speculatiuam non ita ex primis qualitatibus constare certam ostendere teneor, vt ex primo principio, & elemento suo sanitatis habeatur: sicuti altera artificiosa certa ex secundis, ac tertijs qualitatibus gustabilibus inuenitur: cum hæ qualitates in arte medica maximam vim possideant. Primæ verò qualitates si quidem absolutè in vniuersa natura assumentur, in quocumque corpore naturali mixto constituendo, tunc ad scientificum Philosophum pertinent: sin autem hę primæ qualitates ad naturam tantum humanam corpoream ægrotabilem, & sanabilem accomodentur eo modo, ad medicum Physicum scientificum attinent: ait.n. argumentum capitis quarti. *Quod solis Philosophis conuenit da calido, frigido, humido, & sicco, vt ad totam naturam distinguere medicis vt ad homines*. Cum autem primæ qualitates primæ virtutes sint in mixti generatione, totam elementorum substantiam transmutantes, atq; simul mixtum constituentes, ac informantes, vt mixtum similare sit. Vnde hæ primæ qualitates quatenus de mixto similari dicuntur, ceu habeant vim primi modi dicendi per se dici possunt elementorum formæ esse substantiales. Hinc Arist. vt reuera substantiales differentiæ elementorum sint, ait differentias appellari, cum circumscribent nobis proprias substātialesq; elementorum differentias. Ideoq; pri- D mæ qualitates vt Gal. ait, formæ sunt, seu differentias efficiunt simplicium mixtorum similariū: Vnde quodlibet mixtum similare ab alio per primarum qualitatum proprium temperamentum differt: Proinde Gal. ait quòd nisi essent hæ primæ qualitates alteratiuæ efficacissime commplicatæ simul, nec etiam secundæ, nec tertiæ quoq; inuenirentur qualitates, nec etiam substantię gustabiles. Si itaq; Ars medica certa est ex ijs, quæ à primis qualitatibus, ceu a primis virtutibus, non modo vt alteratiuis, verum etiam vt tangentibus: hinc etiam sensibilibus, quæ differentiæ sunt primæ corporum sensibilium generabilium, atq; corruptibilium, vt prima principia intrinseca quatuor elemētorum, ergo eò magis erunt prima principia gustabilitatis per eas primas virtutes non modo alteratiuas, verum etiam vt tangibiles, quæ vt tales, sunt principia prima sensibilitatis. Propter enim vnumquodq; tale, & illud magis tale. Verùm enim verò hæc omnia verissima inueniuntur, si absolutè in naturali speculatiua scientia hæ primæ virtutes assumantur: hoc enim modo istæ primum principium effectiuum sunt tam sensilitatis, quam alteratiuitatis corporum mixtorum, vt antea fassus sum. Quod quidem principium in mixto iam genito, cum nobis cognitione certa sensata, tale minimè actu existente, quale potentia reperitur esse, immò potentiale tantum, nullatenusq; per se non sit certum; neque ideò artificiosum principium

Arist. lib. de ge. & corr.
Hipp. & Gal. de nat. hum. c. 8. & 1. de elem. c. 9.
Gal. 3. de sim. med. fac. c. 2.
3. de sim. med. facul. c. 4.
Arist. lib. de ge. & corr. Hip. lib. 1. de vict. rat. & 2. de nat. hum. c. 1. Gal. 1. de elem. c. 9.

1. de gen & cor. t. 20. Bucc. comm. f. 18. & Gal. 3. de cō. med. fac. c. 16. & 1. de elem. c. 9.
3. de sim. med. fac. c. 14. & lib. de ocul. 1886, ac toto 4. & toto 6. de sim. medic. fac.
2. de gen. & cor. t. 15. co. Bucc. af. 116. A.
2. de gen & cor. t. 6. & 7 & 8.
1. Poster.

Nūquid primæ qualitates in arte medica magnam an ne minimam vim cōtineant.
Præstantia primarum qualitatum ad totam naturam.
Nota mixti corporis formas primas qualitates esse, vt corporis similaris Gal. 3. de sim. med. fac. c. 16 & 1. de elem. ca. 9. cum hę primæ qualitates differentiæ elementorum constitutiuæ vocatæ sint ab Aristot. 2. de gen & cor. t. 9. tamen hoc in vniuersa philosophia non autem in arte medica. Cur primæ qualitates minimā vim in arte medica obtineant.

Subſtantia guſtabilis elementorũ, quæ principium eſt effectiuum per ſe guſtabile guſtabilitatis principium etiam eſt certum artificioſum medicinale alterabilitatis, & nutrimentalis. Item augmentabilitatis conſeruationis recreationis corporis noſtri. Hippocratis.

cipium ſenſilitatis, & alteratiuitatis ſe habere valet. Quo fit quominus ipſę primæ qualitates tangibiles, & alteratiuæ, niſi ſpeculatiua cognitione à poſteriori dignoſcantur. Quocirca ſubſtantiam mixti geniti iam à primis ijs virtutibus conſtitutam, ac terminatam, eſſe monuimus quatenus primam cauſam per ſe ſenſibilem, & etiam alteratiuam ſimul ſecùndum eius ſenſilitatem in omni mixto genito per ſe, vbiq; & ſemper talem actu exiſtentem, qualem virtute potentiali adæquatè ſe quoq; habet, vt principium primum artificioſum, ac vndiq; ſenſata notitia certum ſenſilitatis, & alterabilitatis ſimul effectiuum ſuis, tũ ſecundis, tum tertijs qualitatibus iunctum: A Quæ certæ qualitates guſtabiles, ſiue copia ſiue vi, ſiue vtroq; modo, varias facultates ibi inſitas natura continent: quibus noſtrum corpus regunt, & gubernant Hipp. decreto, ita aſſerente. *In homine nanq; ineſt & amarum, & ſalſum, & dulce & acidum, & acerbum, & inſipidum, aliaq; ſexcenta, quæ pro copia, & viribus varias habent facultates*. Et poſtea ait. *Neque in homine ſolum verum etiam in corio, & ligno, cęterisque pleriſq; homine longè hebetiorem ſenſum habentibus*. Quandoquidem præter facultatem ſenſibilem & alteratiuam ſenſibiliter homini ineſt, atq; nutritiua, & augmentatiua, & conſeruatiua, necnon recreatiua, ſeu reſtauratiua, vt in materia, cum qua Artis medicæ opifices operantur. Inſuper materiæ, circa quam verſatur ars medica, ineſt hercle facultas alterabilis, nutribilis, augmentabilis, conſeruabilis, recreabilis, & reſtaurabilis: Vnde ait Hipp. *Nam neq; ſicco, neq; humido, neq; calido, neq; frigido, neq; horum quopiam hominem lædi exiſtimarunt: ſed quod in vno quoq; potentius eſſet, & ſupra naturam humanam adeò, vt ab ea ſuperari non poſſet, id lædere cenſuerunt, ac tollere conati ſunt*. Nempe Antiquiores familiæ Æſclepiadeæ. B Ac id confirmare intendit Hipp. inquiens *ſic vnum exiſtens coactum à calido, frigido, humido, & ſicco mutata forma, & facultate dulce fiat amarum &c.* & Gal. in comm. ait, *in præſenti dulce appellaſſe ſanguinem amaram verò flauam bilem*. Deinde illico dilucidat quænam ſint ea, quæ nocent ac intemperata ſunt ſecundarum qualitatum guſtabilium inquiens. *Eſt autem valentiſſimum inter dulcia dulciſſimum, inter amara amariſſimum, inter acida acidiſſimum, & quod in re quaq; ſummum eſt. Hæc enim in homine ineſſe, eiq; nocere videbant*. Eà propter primæ qualitates tametſi primæ tangibiles, & alteratiuæ virtutes ſenſibiles per ſe, talesq; actu, quales etiam potentia virtuali ſint, totam elementorum ſubſtantiam tranſmutantes, terminantesq; mixti generationem, atq; etiam mixtum ipſum: cum tamen in eadem mixti generatione, hæ adeò ſimul confranguntur in earum actione, ac reactione ſeorſum, vt ſuam ſenſilitatem, atq; earum alteratiuarum ſenſibilem vim neceſſariò omiſerint vnà cum actualitate ſua. Hinc etiam omnem artificioſam, & medicamentoſam reliquerunt vim. Vnde copia, & virtute ſubſtantia carentes, non modò facultatem nutritiuam, augmentatiuam, conſeruatiuamq; & ſimul reſtauratiuam corporis noſtri; C & virium, deſiderant. Verùm etiam quacunq; facultate alteratiua ſenſibili humores noſtros aliquo modo mouente Inanes ſunt. Vnde primæ qualitates humores abſtergere, vt amarum, incidere vt acidum; adſtringere vt auſterum nequeunt: nec etiam vires, & mordaces contemperare vt epiceraſticum, cui etiam eos ducere competit: Craſſos verò, & viſcidos tenuare, mordere, pungere, vt mordax, acre, & pungitiuum; duros emollire, & laxare vt emolliens, & laxatiuũ: Nullam enim ex iſtis facultatibus obtinent primæ qualitates in mixto iam genito. Quod ſanè Hipp. ſtatuere ijs verbis voluiſſe, manifeſtum tibi erit. *Neque enim calidum eſt, quod magnã vim habet, verùm acerbum, & inſipidum, cęteraq; de quibus dixi tum in homine, tum extra hominem in ijs, quæ eduntur, aut bibuntur, vel foris illinuntur, vel quacunq; forma corporis admouentur. Frigidum quidem, & calidum inter omnes facultates minimum in corpore poſſe has ob cauſas exiſtimo. Quandiù enim calidum, & frigidum inter ſe permixta fuerint, moleſtia neutiquam afficiunt, contemperationem enim, & commoderationem habet frigidum à calido, & calidum à frigido. At vbi alterum ab altero ſeiunctum fuerit, tunc offendit vt in elementis inuenitur*. Eà propter guſtabiles duntaxat qualitates magnam vim ſalubrem, & inſalubrem continent ex rei natura, vt facultates artificioſæ ſenſibiles ac medicæ; Minimam verò primæ qualitates: cum nullam per ſe habeant vim ſenſibilẽ, ægrotabilem, & ſanabilem, nutribilem, augmentabilem, conſeruabilem, recreabilem, & alterabilem ſenſibiliter, ac repletibilem, & inanibilem. Quocirca nihil queunt ad humores læſiuos, D aut iuuatiuos conſtituendos, corpus noſtrum artificioſè regentes: quippe quòd ſolæ guſtabiles qualitates, facultates inueniuntur eſſe humorum gubernatiuę Hipp. decreto, ita exarrantis Marinell. interp. fol. 5. tergo parr. 34. *Amplius porrò etiam alia quæcumq; mala homo patitur omnia à facultatum potentijs proficiſcuntur*. Nam ibi per facultatum potentias, intelligit guſtabiles humorum magnam vim habẽtes in arte Medica, vt etiam partic. 39. intelligit, vt patet ex part. 24. & Part. 27. & ex Fœſ. interp. pag. 20. & 21. in fine ait. *De humorum autem facultatibus, quemadmodum etiam antea dictum eſt, quod eorum quiſq; in homine efficere poſſit conſiderandum quaſque inter ſe cognationes habeant. Quod eſt ſi dulcis humor in aliam formam mutetur, non per alterius contemperationem, ſed ab alijs ſeparatus, qualis nam plurimùm futurus ſit amarus, an ſalſus, an acerbus, an acidus. Certè omnium humorum, qui aſſumuntur acidus minimè accomodatus fuerit, ſi quidem dulcis omnium accomodatus maximè exiſtit*. Neque obijcias, humores, & corpus noſtrum regi à calore viuido actuali, ac per ſe ſenſibili innato ſuaui, & aereo: à calore verò igneo, acri, & mordaci febrili, lædi. Nam tunc principaliter calor naturalis à dulci pendet ſapore, calor verò igneus à ſapore

Qualitates guſtabiles facultates eſſe ſanatiuas maſſæ ſanguineæ.

Obiectio tollitur.

Lib. de Priſc. med. pag. 19.

Ibidem de Priſc. medicina. Lib. 1. de natur. hominis t. 4. Ibidem.

De Priſc. medi. ibidem.

Eodem lib. pag. 33. ex Fœſ. Ex Heurnio. 79 Idem comm. 2. de nat. hum. t. 4. aſſeris ſecũ Hip.

Lib. de Priſc. med. in fin 27. ex Marin. fol 6. tergo Par. 42.

6 Epide. 4. tex. 25.

mordaci;

A moroaci, cum calor nonnisi cum qualitate gustabili regente corpus nostrum, aut lædente, inue-
niatur. Quam dubitationem quoque soluit Hipp. cum dixerit. *At obijciat aliquis febre ardente,*
aut pulmonum inflammatione vel alijs vehementibus morbis detentos, qui neq; calore cito liberantur,
neq; frigori calor succedit: Istud verò mihi magno argumento esse videtur, quod neque calidum sim-
pliciter febricitantium, neque ipsum solum affectionis causa, sed est & amarum, & calidum, aliaque in-
numera. Ac rursus frigidum alijs facultatibus coniunctum. Deinde verò statuit hac ratione, calo-
rem febrilem ab acri pendere, vt à facultate humoris febrilis calorem febrilem causantis: à cras-
so vero obstructionum effectiuo, hoc modo. *At verò vbi crassiora, & magis cocta fuerint, omnē-*
què acrimoniam deposuerint, tunc iam & febres, & quæ molestia afficiebant, desinunt. Ideoq; primæ
qualitates, & si actuales tales sint, quales potentiales sunt, ac per se sensibiles, ac alteratiuæ sen-
sibiliter. Attamen quatuor rationibus principaliter, seu propriæ medicamentosæ seu medici-
nales minimè sunt: Quandoquidem ipsæ quoq; communes alijs artibus sunt. Præterea ob pri-
B mum principium artificiosum naturale, & medicamentorum Artis medicæ, sensibilitatis, & nu-
trimentalitatis, augmentatiuitatis, conseruatiuitatis, atque alteratiuitatis eorum, quæ eduntur;
& bibuntur, necnon eorum, quę vt medicamenta intro corpus assumuntur, vel extra corpus ad-
mouentur, simulq; sensibilitatis, & nutribilitatis, augmentabilitatis, conseruabilitatis, ac tandē
alterabilitatis sensibilis corporis nostri ægrotabilis, & sanabilis; quod sanè principium omni cor
pori mixto dissimilari per se, & primo primitate sensibili vbiq; & semper inest, & quidem sub-
stantia est gustabilis iam anteà enarrata: Vnde qualitates primæ actuales allatæ, cum non sine
in omni corpore mixto, cadente sub arte medica: immo in aliquo tantùm, & raro, & commu-
niter, non possunt esse tale principium. Quocirca duntaxat hæ primæ qualitates ad Artē me-
dicam reduci possunt, quatenus ad id principium redigantur. Insuper facultates salubres, & in-
salubres artificiosæ differentiæ sunt constituentes corpus mixtum dissimilare salubre, & insalu-
bre, vt sunt gustabiles virtutes. Primæ vero qualitates differentias constituunt corporum mix-
C torum similarium, vt ex Gal. & Arist. antea patet tam potentiales tantùm sint, quam etiā actua-
les: Verùm corpora mixta artificiosā naturalia duntaxat dissimilaria sunt: similaria verò per se
tantùm speculabilia vt ex ipso Gal. iam diximus; Si itaquè hæ differentiæ corporum similarium,
ad artem medicam referrentur, procul omni dubio, per facultates gustabiles referri debent, &
per substantiam gustabilem vt per principium id allatum; cum quibus hæ primæ qualitates iū-
ctæ sunt, ceu per differentias constituentes corpora mixta medicinalia artificialia, naturaliaque.
Tandem primæ qualitates statutæ quatenus terminantes, cōstituentesq; quodlibet corpus mix-
tum similare, siue actuales, siue potentiales tantùm, vnum ab alio discrepant, dant esse vnicuiq;
corpori, & hoc modo, qualibet differentia constitutiua de suo corpore prædicatur, tanquā vim
habeat primi modi dicendi per se, vt tales facultates, licet prout accidentia in secūdo modo di-
cendi per se sint. Vnde primus modus dicendi per se ad speculatiuam scientiam attinet: Facul-
tates verò gustabiles de corporibus mixtis dissimilaribus, quæ constituunt, prædicantur, in secū-
D do modo dicendi per se. i. per eam substantiam subiectiuam, & perfectiuam & habent etiam vim
quarti modi dicendi per se, ratione primæ causę, quę substantia est: Si itaque primæ qualitates
ad artem medicam redigi debeant, per eandem substantiam, & per dictum per se in secundo mo-
do dicendi per se, vim habente etiam quarti modi dicendi per se reduci debent. Idem autem de
victus ratione salubri, & insalubri iam ex Hipp. decreto iamdudum ostensum est, cum ex facul-
tatibus gustabilibus primam medicinæ partem certam inuenerint Æsclepiadei, ante Hipp. per
victus rationem salubrem ab insalubri brutorum primo secantes: deinde aliam sanorum ratio-
cinando per methodum rationalem demonstratiuam experimēto sensato, & rationali simul fa-
cto comprobatum, vt apertissimè patet ex iam fundamentis allatis. Quamobrem ex victus ra-
tione insalubri tum copia, tum vi gignente morbos, dolores, & grauissima accidentia, per oppo-
situm inuenerunt victus rationem salubrem in facultatibus gustabilibus inexistentem, regentē-
que humoralem sanguineam corporis nostri massam, simulatq; partes solidas; ac speciem car-
nosam, spiritumq; ac tandem naturam ipsam, quæ vt Regina prima est manutenenda tum eo
quia primum agens corporeum salubre est in arte medica, tum etiam quia est permittens om-
nium pręsidiorum adhibendorum: Hinc etiam ad tollenda ea præternaturalia, quæ nō amplius
ad benignum redigi possunt, inuenire medicamenta oportet etiam in fonte pharmaceutico, &
chirurgico vltra fontem diæteticum. Quod etiam alibi exarauit. *Omnia pro hominis natura &*
viribus composuere rati cibos valentiores ingestos, quod a natura superari non possent dolores, morbos,
& mortem afferre. Eos verò, quid natura superentur alimentum, incrementum, & sanitatem præstare.
Quænam verò isthæc sint, in seq. cap. dicam. Gustabiles autem qualitates, facultates quoq; sunt,
quibus magna vis salubris sua insita natura est conseruandi, & curandi corpus nostrum ęgrota-
bile, & sanabile: minimam verò vim continent primæ qualitates potentiales insensibiles: Quod
exemplis desumptis ex simplicibus medicamentis deleterijs frigidis, calidis, humidis, & siccis
in quarto gradu me dilucidare quæso deceat. Si etenim res in ijs sic se habuerit, eò magis quidē
de mitioribus verificabitur. Frigida nanq; sua natura in quarto gradu, vt est opium, mandrago-
ra; & hyoscyamum sunt etiam austera, seu acerba facultatem adstringentem cōtinentia, vt tor-

& si

Lib. de pris. medic. 22.
Idem ait Hipp. eodem lib. p. 20 de materia cū gua.
Fidem lib. pag. 23.

An primæ qualitates sensiles actuales per se medicinales sīt & quod non.
Primo ratio.
Secūda ratio.
Tertia ratio.
Quarta ratio.

Qualitates gustabiles esse facultates salubres, & insalubres regentes victus rationem salubrem nō autē primæ qualitates cōmixtæ cū ijs gustabilibus.
Vide Hipp. lib. de pris. med. p. 20 ex Foesi vers. 21.
Lib. de pris. med. p. 24.

Lib. de pris. medic pag. 161. 17 18. 19. 20. & 21.

Lib. de pris. medic. pag. 14. ex Foes.

Idem in fonte pharmaceutico esse ostenditur.
Frigida medicamenta potentialia minimā vim attributiuam sensilem habere & nonnisi per saporis effectum actualem refrigerationem præbere valent.

Gal. de com. med. sec. loc. c. 3. & 4. de com. med. sec. loc. f. 141.

& si videatur etiam amarum quoddam ijs iunctum sit vt notauit Matheolus. Nam id ratione siccitatis; sicca enim omnia amara sentiuntur & si frigida sint. Verùm isthęc aut austera, vel acerba sunt. Acerbus nanq; sapor est, *qui lingua admodum corpus desiccat, contrahit, & in multam profunditatem vsque illam exasperat. Austerus verò in linguæ substãtiam in profundum, & asperum quendam, inæqualemq; mouet sensum, tanquam resiccans, & humorem omnem corporum sensiliũ depascens*. Ambo conueniunt, cum sint frigidi, ac sicci temperamenti, necnon terreæ substantię & naturæ stipticæ, & si magis acerbum adstringat, quam austerum: Cum itaque talem effectum in linguam inferant hęc opiata; sunt igitur aut acerba, vel austera. Quandoquidem in Opij generatione frigidum aquæ, ac terræ totam elementorum substantiam transmutando, constituendoq; pariterq; siccum terræ idem attingendo simul constituunt. Corpus mixtum similare, nihil sensibile, nihilq; alteratiuum sensibiliter, nec artificialiter secùndum naturam. Ex qua transmutatione, & constitutione, sapor acerbus, siue austerus opij formatur, vt differentia constitutiua corporis mixti dissimilaris per se sensibilis per seque sensibiliter, & artificialiter alteratiui. Verùm enim verò in eum saporem gignendum ignis, & aeris calidum, actuale, tangibileq; alteratiuum sensibiliter demicarunt in re actione contra frigidum quidem aquę, ac terræ, & siccũ terræ. Vnde frigidum, & siccum confracta fuere adeò, vt nullam vim per se sensibilem, nullamque vim alteratiuam sensibiliter retinuerint. Quocirca tota sensibilitas, totaq; alteratiuitas sensibilis in substantia iam transmutata mansit. Hinc etiam in sapore quoq; eo per se sensibili per seque alteratiuo sensibiliter ab ea substantia corporis mixti dissimilaris emanante mansit. In qua etiam substantia, & in quo sapore seu in effectu suo, & veluti in congeneis suis familiaribus, mortuæ sensu, & alteratiuitate sensibili potestate conseruantur primæ qualitates, donec iterum ad suum primum elementum in corruptione mixti corporis dissimilaris resoluantur: Ex quo etsi adhuc frigidum, cum sicco originali in opio sua efficacissima vi potentiali, originaliq; seruetur, à qua etiam simpliciter, & speculatiuè sapor ille prodit, attamen vt mortuæ secùndum sensum artificiosè iuxta naturam per se agere nequeunt sensibiliter in nostrum corpus, nisi per eam substantiam allatam: Hinc nonnisi conditione materiæ prima, hoc est quantitate, frigida tantùm simpliciter, & speculatiuè refrigerare valent: atq; hominem interficere, quæ frigida in summo ait Gal. nullo prorsus genere lethalia esse, nec deleteria, at sola prima materiæ conditione allata substantiali hominem necare possunt: At verò, quæ homini contraria sunt à tota essentia deleteria existunt sine vlla quantitate quidem hominem interficiunt: ac *Ideo nihil eorum in alexiterias antidotos videtur*. Ideò opiata ista suo sapore acerbo, aut austero, seu facultate substantiali sensibili, & alteratiua sensibiliter, antequam refrigerent sensibiliter, prius necesse est, vt intra corpus assumpta, substantiam partium solidarum, & speciei carnosæ contrahant, exasperent, & constipent, & adstringant, & humorem corporum sensibilium depascant, & resiccent etiam cõsequenter, nec non etiam refrigerent. Ac ista neruos, & cerebrum densando vt sensorios, ac instrumenta sensus, prohibent, quominus animales spiritus sensorij dilabi possint, ac ita etiam caloris innati substantia suffocatur cerebri prius, deinde cordis, & hoc modo necant hominem stupefaciendo ait Gal. Eamq; sanè ob causam Gal. nos docet, vt ob densam, ac stypticam vim, & substantiam opiatorum cum hæc in nostrum corpus permeare nequeant, addenda semper sint, rarefacientia, ac tenuantia. Attamen nunquam negandum est vt opiata corpora nostra mortificare possint, frigiditatem immedicabilem inferendo, vt ait Gal. insensibiliter, & speculatiuè loquendo, ac simpliciter sine relatione ad sensum: sicuti etiam depromit isthæc ob suam originalem vim frigidam, & siccam grauem marcorem gignere posse: Sin autem ex parte reuera artificiali artis medicę loquamur, de qua Hipp. statuere certitudinem intendit principaliter, & quam debebat Gal. distinguere ab alia parte speculatiua, sicuti modo nos fecamus, tunc alteratio fieri debet sensibilis, & operatiuè, non autem speculatiuè, atq; tunc refrigeratio, & exsiccatio ab opio tantum fiunt sensibiliter, ac artificialiter ab acerba, seu austera substantiali *vi*, ratione quarum, vt actualium omnia quæ agunt sensibiliter, ad actum operandi deducuntur. Vnde mirum non est, si mortuæ fuerint virtutes primæ actuales, & sensibiles in mixti corporis dissimilaris generatione, ad generandas gustabiles facultates, si iterum à substantia gustabili & simul ab ipsismet gustabilibus facultatibus, acerbo, aut austero, seu à suis effectibus, iterum dico frigiditas reuiuiscat, & siccitas, vt in linguę substantia patet, dum acerbum, vel austerum opiatorum eorum effectum imprimunt, etiam consequenter refrigeratio, & resiccatio percipitur: Sicuti & calor & siccitas Piperis, Euphorbij, Sinapis, & Castorei in lingua persentitur, sub ratione mordacis pungitiui, tenuis, amariq; saporis rarefaciendo, ac tenuando. Quoquidem calida summè sua caliditate immediate hominem vita nunquam priuant, sed quatenùs aut putrefaciunt, vel erodunt. vt Gal. expresè ait, necnon vt mordacia, & vt combustiua tantùm sint artificialiter secundum naturam loquendo. Pariter extremè siccum mixtum simplex potentiale, vt dissimilare non est, quin etiam decurret pro vt vstiuum, vt Gal. affirmat: Similiter ita de humido summè asserendum potentiale propriè est quia humidum nunquam sensibiliter humectare valet, nisi prius emolliat, ac emolliendo quoq; humectet. Pari autem modo de extrinsecis admotis affirmabis. Quandoquidem corpora mixta per se sensibilia, hinc dissimilaria, & alteratiua cuti

A
4. de sim. med. fac. cap 20.
9. de sim. med. fac. c. 17.

4. Meth. med. c. 7. de com. med. 5. loc. c. 2. & 4. de sim. med. fac. c. 7.
2 de san. tu. c. 9.
3. de loc. aff. c. 9. & 6. de com. med. 5. loc. c. 3. & 4. meth. med. cap. 7.

B

C

5. de sim. med. fac. c. 19.

Opiata quomodo torporem, seu stuporem efficiant, ac hominem interficere possint.

5. simi. med. c. 2. in 6. de morb.

D
vulg com. 2. tex. 5 & lib. de ocu. c. 6. fol. 189. D.
8. de com. med. 5. loc. c. 3. & 3. de com. med. secun. loc. c. fol. 143 A.
Lib. de prisca med.

8. de com. med. 5. loc. c. 3.

Idem de medicamentis calidis potentialib. asseuerandũ venit.
Idem de siccis medicamentis habetur.
Atque de humidis res ita se habet.
Idem de extrinseci medicamẽtis admotis affirmandum est

5 sim. med. fac. cap 21.
5. de sim. med. fac. c. 17.

Vide circa hoc Hipp. de prisc. med. à pag. 20. vsque ad 23. in Foesio.

admota

A admota primò venas ingrediendo sanguinem sensibiliter secundum gustabilem facultatem talem actu existentem qualem potentia, virtuali se habet: Ideò spiritum, & sanguinem incrassando, ac densando primo deinde refrigerat; tenuando verò, & rarefaciendo calefacit. Ita quoque mollendo humectat, indurando autem exficcat, cum omne siccum actuale durum est, & omne durum siccum, sicuti etiam omne humidum actuale est quidem molle, & omne molle humidum. Quas sanè ob causas collige, artem medicam certissimam esse tum cognitione, tum operatione certa, ex magna ea iam allata, & certa sensibili, vt rationabili vi qualitatum gustabilium, ob quam etiam certa cognitio, & operatio sensibilis vt rationabilis primarum qualitatum ad artem communiter, & per accidens relatarum. Verum aduerte quòd sicuti virtutes gustabiles his primis qualitatibus certiores sunt ita quoq; Ars medica certior est Philosophia naturali; quæ ex primis constat qualitatibus nullam sensibilem habentibus facultatem.

B

CAPVT XVI.

Sanitatis sensibilis tenorem certum in facultate gustabili suaui, mitèque dulci consistere ostenditur; ægrotationum vero tenorem sensibilem, ac certum in cæteris insuauibus, ac insalubribus residere facultatibus, demonstratur.

Lib. de prisc. me di. p. 14. & lib. de fictilib. 767.

PAtefacta verò hactenus artis medicæ certitudine, ex gustabilibus qualitatibus propriè emanante genetice; Modo idem specificè mihi dilucidare ęquum est: Ex quo sanè non modo cibum, & potum, quæ à natura superari possunt, & quæ alimentum, incrementum, ac sanitatem præstare valent, pro hominis natura, & viribus, a Deo, & à natura genita: Verùm etiam naturam hominis ipsam, & ex quibus constat homo naturaliter, & artificiosè simul, vt ęgrotabilis, & sanabilis, & eius sanitatis sensibilis tenorem explorare deuincar. Quæ omnia Medico artifici nota esse de-

C bent Hipp. decreto, tanquam ex rei natura ipsa Methodus demonstratiua artis, inuenta ab Antiquis, etiam à nobis acquirenda. Nanq; ijs cognitis facillimè notum facere poterimus, quænam sint ea, quæ à natura minimè superando, vt insalubria, & dolores, & morbos, & mortem inferre possint, vt dissimilaginea, vt euitanda sint; sicuti è contrario similiginea nostræ naturę corporeæ, ac tenore sanitatis nostræ sensibilis corporalis amplectenda sunt. Cum autem statuerit Hip. dulcē saporē, pinguē vt nutritiuum humoralis massæ sanguineæ semper, vt meliorē esse eligendum, vt omnibus hominibus accomodatum, ac omnibus nostri corporis partibus congruentem: acidum verò minimè corpori nostro accomodatum, immo id insalubre esse ait: ita etiam de alimentis intelligas. Cęterùm quia dulce, vt quale, magis, & minus quidem suscipit. Vnde ex quo datur dulce intemperatum quod dulcissimum est vt Hipp. ait. Ideò decreuit intemperata omnia euitanda, temperata verò qualia dulcia sunt suauia amplectēda; cum dixerit. *Ex quibus quamuis magna copia ingerantur, turbatio, & facultatum corporis secretio minime contingit, sed robur, incrementum, & alimentum. Idque nullam aliam ob causam, quam quod probè contemperata nihil habent intemperanti, neq; vehementis sed omnia vnum fiunt, & simplex, & validum.* Quod sanitatem infert. Sanitas autem corporea, ac sensibilis suis virtutibus quidem iuncta partibus so-

D lidis, seu spermaticis, & speciei carnosę, & spiritibus inest: Quibus sanè virium robur partiū omnium corporis nostri, ceu suę substātiæ inest, vt Gal. nos docet. Principaliter enim in spiritu cordis primogenito, ac innati virium vitalium appellatarum, nec non in spiritibus cerebri animalibus virium animalium, ac in spiritu virium naturalium, necnon in spiritu cuiuslibet partis membralis virium robur perpetuo quidem viget. At in spiritu caloris influentis, siue arteriarum, siue venarum sanguinis, à corde solum genito robur est, vt antea dictum est: veluti spiritus iste alijs iam allatis spiritibus cunctis membris complantantur conducat, veluti pabulum nutrimentale atque manutenente calorem actualem, & potentialem, simul horum membrorum, vnà & viuidum; vt munera omnium nostri corporis sani nostrarum operationum exactè fiant. At verò virium robur, ac sanitas corporea principaliter in solidis corporibus residet; in specie verò carnosa quatenus partes sanguineę veluti indumentum circundent partes spermaticas, easque robustiores reddant, ac ab externis iniurijs tueantur, præter alia beneficia: In massa verò quoque sanguinea reperitur tenor sanitatis & plurium robur vt in nutrimento harum partium, omnium enarratarum. Quandoquidē robur virium corporis nostri principaliter in partibus solidis adest, cum natura principaliter eas partes regat secundum vires, & actiones omnes corporis nostri: Vnde Gal. ait naturam esse protensam in partes solidas conseruandas, vt solidis corporibus sanis crudorū humorum concoctionem Natura consequatur, quæ natura illorum virtus est. Quocirca non à partibus carnosis rubeis, at verò ab albis corporibus spermaticis pus album, leue, ęquale, & quam minimè fętidum fit, à quibus coctio celebratur, & ait curari, *autem prius nequit, quam suam virtutem solida ipsa corpora recuperauerint.* Hinc iure Conciliator noster asseuerauit quòd

natura

Lib. de prisc. med. in fine.

Lib. de prisc. med. pag. 19. & 20.

Pag. 14. 21. meth. c. 3.

Gal. in 1. Hipp. de morb. vulg. com. 2. tex 46. Hipp. 1. de uict. rat. 319. Gal. com. 4. aph. 37. In 1. de morb. vulg. com. 2. tex. 46. Gal. in prog. Hipp. com. 2. in fine. Gal. in 1. de mor b. vulg. cap. 2. tex. 46. Fol. 61. antic. 3. sitta prin.

Cibus, & potus salubris sanitatem efficiēs debent genere, & symmetria corporis naturi similis dissimilaris atq. tenorē, cum partib. corporis humani in quibus inest sanitas naturaliter cōuenire. Dulcem saporē corpori humano accommodatissimū esse ex Hipp. si dulcis sapor suauis, & mitis fuerit ac gratissimus vt Gal. 1. de symp. caus. c. 6.

Sanitas in quibus insit.

In operibus in partibus solidis & in specie carnosa concurrente massa humorali sanguinea. Cæterum varijs modis ad sanitatem concurrit ac etiam dilucidantur.

Sanitas in spiritibus, ac virium robur quomodo sit.

Sanitas & viriū robur in solidis corporibus quomodo insit. Et quomodo in carnosa specie. Et quomodo in sanguine.

Cur virium robur principaliū in partibus spermaticis & est eo quasi in nedum indiuidua conseruantur: Verū etiā species humana perennis est. Hinc spiritus innatū proportione respōdet elemento stellarum.

natura postremum suum posse fecit in constituendo corpore spermatico, cum iterum regigni A nequeant, vt sanguineæ regenerari possunt. Nam natura, nempe substantia calidi innati, hoc est, spiritus primogenitus tum cordis, tum omnium membrorum protensa est, vt primus motor corporeus, salubris, cum omnia membra nostri corporis suum robur á spiritu eo emanante, á spiritu seminis prolifico assument. Hinc summa cum Dei prouidentia omnia isthæc membra á seminis substantia suum spirituum exordium capiunt, siue dicas, quod sicuti spiritus ille prolificus seminis fuerit á quacumque humani corporis parte, vt á spermatica parte promanans, vt ait Hipp. ita etiam partium spermaticarum affinis, & familiaris sit, vt iterum semen perenniter á quacunque corporis parte ipsa, & spiritus etiam simul gignatur, & si principaliter á corde dispositiuè, effectiuè fiat perfectiuè autem a testibus, atque vt proportione respondeat elemento mobili stellarum, vt Arist. ait. Ex quo iure Hipp. eum spiritum primogenitum vt salubrem primum que agens corporeum, sensibile, & salubre esse statuit, cui omnia nostrarum internarum actionū munera tribuit, & calorem innatum, & naturam ac etiam animam appellauit, vt videbo, siue dicas, quòd sicuti spiritus seminis, & spiritus insitus partibus spermaticis speciem humanā perpetuam conseruant, B ita etiam in quocunque particulari eorum, conseruationem præstent, vt semetipsum quoque conseruet debito, atque congruo temporis spatio naturali pro suo posse, in quolibet singulare; Ex ijs autem promanat sanitas corporis nostri nimirum ex spiritibus, partibus solidis, atque ex specie carnosa, concurrente quoque massa humorali sanguinea, qua isthæc omnia tum copia, tum vi aluntur, augescunt, & sana conseruantur. Verum enim verò sicuti hæc omnia ad nostram corpoream sanitatem differenter, ac varijs modis concurrunt, sic etiam in efficiendam eammet sanitatem genere symmetro corporis mixti, simplicis dissimilaris, nec non eucrato gustabili specifico, & graduali actuali hæc omnia concurrere debent, vt etiam eodē modo, cum victus ratione salubri ijs similiginea conueniunt, vt isthæc omnia ad eam sensibilem sanitatem manutenendam, custodiendamq; semper coeant simul. Quandoquidem tenor sanitatis sensibilis ceu fundamētū, aut radix eius certa sapor quidem mitè dulcis pinguis est, & suauis, aliquo adstrictorio sapori admixto ad virium partium robur efficiendum, Quatenus sapor iste cæterorum omnium saporum temperatissimus, & suauissimus, gratissimus, simul atque perfectissimus est, hinc etiam tum partibus cunctis nostri corporis, vt ait Hipp. tum etiam cibo, & potui nostro salubri, tam suaui, quam sua copia congruissimus est. Non autem principaliter calidiras, & humiditas dulcem saporem producens tenor est sanitatis sensibilis, tum ob rationes antea al- C latas, tum ob alias infra etiam statuēdas. Nam tenor sanitatis sensibilis corporis nostri salubris est etiam radix, qua partium corporis nostri viuentis, & nutribilis, & augmentabilis, tum sanitate, tumque virium robore sensibile & nutritio, & augumentatio, & conseruatio fit. Verùm cum talis sapor dulcis iam statutus, sit ille, qui nutrit, augmentat, & conseruat non autem calor: ergo sequitur assumptum: sicuti enim partes allatæ corporis nostri, in quibus veluti in substantia, & sanitas corporea, & virium robur vigent; a dulci sapore extrinseco cibo, & potu, ceu á forma specifica obiectiua nutrimentali, salubri, & similiginea potentia calidi innati coquentis, & simul formæ substantiali partis viuentis, atque nutribilis aluntur, augescunt, & conseruātur ita vt sunt in sanitate, & virium robore. Vnde Gal. ait: *Qui verò naturaliter se habent, & sunt ab excrementis Mundi pinguibus. & dulcibus libenter vescuntur.* cum antea dixerit. *quia soli, qui non naturaliter affecti sunt acerbis, amaris, acidisque cibis delectantur.* Ita quoque á dulci sibi intrinsico, & proprio vt salubri gradu consonante, cum dulci priori extrinseco vt á fundamento radicali nutribilitatis, augmentabilitatis, conseruabilitatisque, necnon sanitatis per se sensibilis, illæ partes proficiscuntur, tanquam a radicali fundamento virtutis calidi innati coquentis, & formæ substantialis earum viuentium, nutribilium, augmentabilium, & conseruabilium tum in sanitate, tumquè D in virium robore. Quocirca partes illæ, non quidem in temperamento calido, neque secùndum formam corporis mixti similaris nutritionem, auctionem, & conseruationem sanitatis sensibilis, & viriū roboris ingrediuntur. Verum tantùm in facultate ea dulci substanciali pingui tā vi, quā copia prædita, & secùndum formam corporis mixti dissimilaris, gustabilis, siue nutrimentalis, siue nutribilis. Quam sanè ob causam tenor sanitatis naturæ humanæ corporeæ per se sensibilis, viriumque robore decoratæ adequatus omninò radici formali specificæ obiectiuæ nutrimētali, augmentatiuæ, conseruatiuæ sanitatis sensibilis, ac virium roboris, nil aliud quidem est, nisi quædam voluptas seu iucunditas, & gaudium ac suauitas, & delectatio suauis, dulcisque per se sensibilis cuiuslibet partis corporis nostri antea allatæ. Qua reuera corporali, sensibilique sanitate gaudio fruimur, sicuti etiam fruitio causa est, cur omnis pars auidè alimentum dulce sibi simile cupiat, attrahat, ac retineat, concoquat, & assimilat: hinc etiam homo ea corporea sanitate sibi insita facetus, hilaris, & iucundus se habet, suisquè virtutibus validis, actionibusquè præditus. Ea propter tandiù sanitas corporea sensibilis nostra, viriumque robori annexa perfecta conseruari potest, quandiù symmetria cæterarum omnium qualitatum suauium suauissima perdurauerit, ceu fundamentum radicale illius sanitatis. Hinc læsa ea sanitate sensibili, necesse est, vt etiam tenor ille afficiatur. Quousque etenim spiritus omnes, & partes solidæ, speciesque carnosa simul atque massa humoralis sanguinea suo dulcore, suaquè suauitate naturali eucrata, &

euchyma

Gal. 24. de vsu part. c. 3. & 1 2. meth. med. c. 1. & 2. de sem. c. 4. Hipp. lib. de aere aquis, & locis ex com. f. 1 1 3.

2. de gen. anim. c. 3.
6 epid. com. 2. contex. 5.

Auic. lib. 2. f. 8. cap. 2.

Omnia ista in quibus sanitas sensibilis inest in sapore dulci, suaui, ceu in tenore ac fundamento sensibili aut in radice sensibili sanitatis sensibilis æquè fundantur.

Tenor sanitatis sensibilis a tis mediæ finis sapor dulcis mitè & suauis est) nostri corporis nō autem primæ qualitatis.

Prima ratio ratione perfectionis temperatissimæ, & perfectissimæ habetur.

Secunda ratio est respectu subiecti medicinæ suauiter dulcis vt nutribilis, augmentabilis, sec reabilis, & cōseruabilis eodem dulci.

Tenor sensibilis sanitatis corporeæ sensibilis.

2. de simp. med. fac. c. 24 & 6. de sem. med. fac. c. de glicyrrhyza, & gratissimus.
3. de simp. caus. c. 6.
lib. de prisc. me. in fine.

6. epid. com. 5. 1. 14.

Tertia ratio. Tandiu sanitas corporea suis virtutibus ac viribus validis decorata perdurat quia diu conseruatur ille tenor sanitatis, & è cōtra conuersim. Vnde hæc tertia ratio ex parte subiecti sensitiui sanitatē suauiter decoratā percipientis donec subiectum id suauiter dulce fuerit.

3. de nat. fac. c. 6.

A euchyma perstiterit, sanitas quidé etiam nostri corporis erit semper. Quoniam spiritus suaues, ac suauiter dulces aereæ substantię, dum acres, & mordaces euadunt, tunc ignei iam facti, lędunt partes solidas, & speciem carnosam, & massam humoralem: hinc etiam sanitatem suis viribus validis tollunt: Massa pariter humoralis ignea tunc etiam sic se habebit. Hinc non modo calor, febrilis acer, & mordax, quatenus acer, & mordax ab Hippocr. vt artifice appellatur, vt antea dictum est. Verùm etiam lassitudines secùndum sensum lassitudinum ipsarum, prout distant secùndum sensum, ab ea suauitate dulci suum nomen assumpserunt Galeni sententia: Lasitudo enim ab humoribus acribus, & mordacibus proficiscens erodentibus, & vlcerosis, à Gal. vlcerosa appellatur: Quæ venturum morbum, vt sponte na denuntiat, cum frequentius alia phlegmonosa, ac tensiua accidat lassitudine. Quocirca nullatenus partes solidæ, species carnosa, & spiritus, vt substantia virium, & sanitatis corporis nostri per se sensibilis lędi possunt, vel calido, aut frigido, aut humido, seu sicco, prætemnaturali sensibiliter, quin prius necessariò mutata fuerit ea suauitas euchyma enarrata, ac in suauitatem

Quarta ratio est per contrarium, dulci suaui norens in natura sanamea b eo læsa.

Quinta ratio, cõprob. his quartam rationem.

4. de tuen. san. cap. 4.

Eodem loco c. 10.

2. Aph.

B transmigrata insalubrem, atque læsiuam, sub genere qualitatis gustabilis comprehensam cacochymam. Quod autem isthæc quæ virium roboris substantia, & sanitates allatæ constent sua natura eo dulce suaue iam statuto sapore, ex eoque radicali fundamento suam originem capiant, facilè mihi erit demonstrare. Dulcis nanque spiritus reperitur, vt hoc argumento deprehendere poteris, cum omne, quòd aereæ substantiæ est, atque simul causa saporis oleosi, seu pinguis necesse est, vt etiam saporis dulcis sit. Verum spiritus aereæ substantiæ, & causa etiam saporis pinguis seu oleosi est; ergo spiritus saporis dulcis est: Maior patet Aristotelis sententia, cum statuerit. *Pingui enim nec terra, nec aqua, nec ignis, sed spiritus ex quo fit*. Deinde ait *spiritus autem aer calidus est*. Hinc ait spiritum oleum pingue, & leue, & liquidum sua natura efficere eo, quia aer calidus incongelabilis est, & leuis. Quod autem necesse est, eam substantiam aeream pinguem dulcem quoque esse, ex ipso Aristotele exarante intelligas, *Relinquitur ergo flauum albi quidem esse, quemadmodum pingue est dulcis saporis*. Ex quibus manifestum est, quòd sicuti duo sunt colores extremi, album, & nigrum, ex quorum mixtione, & participatione alijs quinque colores medij prodeunt, puniceum, purpureum, veride, cæru-

Spiritus omnes partes solidæ, & species carnosa similiter, & massa humoralis sanguinem sua radice naturali salubri sapore dulci suaui, & pingui cõstare.

Arg. quod spiritus sit dulcis corporis.

Prima ratio cõprobatur ex eo quod spiritus omnium, quæ sana sunt & inquibus reliftũt suauitet dulcis est secùndum suã esse naturalẽ.

Eodem loco.

2. de gen. ani. cap. 2.

Lib. de sens. & sen. c. 4.

C leum, & flauum; ex quibus alij mixti colores infiniti oriuntur, ait duos esse sapores extremos, nempe dulcem, & amarum, ex quorum permixtione, & participatione alij quinque medij sapores proficiscuntur, nimirum acer, austerus, acerbus, acidus, & pinguis, & ait. *Pinguis ergo sapor ipsius dulcis est*. Quocirca pinguis sapor prodit à dulce sapore, sicuti etiam flauus color ab albo colore. Minor verò ex ipsomet Arist. conspicua est, cum asseuerauerit *Per concursum enim, attritumque includitur spiritus, & ipsum quoque oleum multum spiritus continet, pingue enim nec terra, nec aqua sed spiritus, ex quo fit*, & ait *calidum pingue*, & in fine capitis habet *In animali enim quod pingue est dulce* Arist. namque per *calidum pingue* intendit spiritum cordi implantatum, cui multum humidum pingue est, *ne facile siccabile, & ne facile infrigidabile sit*. vt alibi dilucidat sicuti etiam spiritum seminis prolificum, antiquorum more calorem innatum appellauit. Verùm sensata quoque notitia id pro comperto habetur, ex sanguine ore è vena extracto viuente, & lingua guttato longè dulciori, & liquidiori spiritus permixtione, quam sanguis dulcis mortuus, & coagulatus sentitur. Vnde spiritus, qui sanguini, inest, non modo causa est sanguinem

2. de gen. ani. cap. 2.

In lib. de long. & breu. vitæ cap. 1.

Lib. de vi san. vita morte & resp. c. 2.

2. de gen. ani. cap. 3.

D cæterorum humorum esse calidissimum, & liquidum. Verùm etiam multo dulciorem sanguine mortuo, & carne; vt etiam Gal. adnotauit vbi ait *At nunc vbi vase quopiam aut rupto, aut aperto affatim calidus sanguis in linguam effunditur dulcissimus apparet, vtique si secùndum naturam* Quod verò partes spermaticę, & species carnosa sua radice naturali cõstitutiua, nutrimentali, augumẽtatiua, & conseruatiua saporis dulcis suauis sint, tam sua insita sanitate, quam virium secùndum naturam suo robore claré perspicitur, tum sensù gustus ex assumptione carnis coctæ suillæ, quæ simillima gustu nostrę est carni, tumque ex eo, quòd sanguine dulce sibi simile, hæ partes aluntur, augescunt, & conseruantur, & quia cibo, & potu suauiter dulci sanguis alimentalis oritur. Quocirca per eam corpoream facultatem gustabilem, dulcem, suauem, cæterarum omnium facultatum gustabilium temperatissimam totam, ac integram corporis humani naturam salubrem indagauit Hippocrates in suo habitu, seu statu naturali salubri, sensibili, artificioso medicinali, ex qua etiam corpus humanum, & eius partes antea allatæ in matris vtero ex seminis spiritu prolifico dulci, & ex substantia seminis, & ex sanguine menstruo, quæ dulcia sunt, gignuntur, constituunturque. Vnde hæc ex sanguine dulcissimo nutriuntur, & sua mole augescunt, ac perficiuntur, reguntur, & gubernatur: Vnde puerperius etiam salubris est, ac felix, sicuti perfectio, & maturatio fętus sani, validisque viribus ornati, ab eo dulce suauè gubernati, sicuti et virium Matris, validitas, & sanitas ab eo dulce, suaue spirituale gubernãtur; e contra verò si regantur ab amaro, aut salso, vel acerbo, aut acido, q̃ insuauia sunt, & cacochyma; hinc insalubria, & nociua humanę naturæ corporeę inueniuntur. Propterea quòd sapor dulcis, suauis per se gustabilis, & sub genere facultatis gustabilis substantialis, & corporeæ artificiosæ, & medicinalis, vt radix, atque tenor sanitatis sensibilis salubris tum vi, tum copia regit, & gubernat inte-

4. de sim. med. fac. c. 18.

3. de sim. med. fac. c. 25.

24. de vsu. par. c. 3. & 11. meth. med. c. 1. & 2. de sem. cap. 11. & 1. de sanit. tuend. c. 2.

Gal. comm. 5. aph. 17. & 44.

Sexta ratio. Partes spermaticæ, & species carnosa dulces sunt, ac à dulci reguntur. Vnde ratio hæc aliam tertiam roborat ex parte partium solidarũ, & speciei carnosæ: sicuti modo de spiritu, & sanguine dixi.

Septima ratio est ex parte generationis hominis ex rebus suauiter dulcibus.

Octaua ratio ex Muliere puerpera desumpta.

Ex rationibus hactenus factis concluditur nostram institutũ certissimu esse.

A

gram nostram naturam dulcem corpoream, salubrem artificiosam, & medicinalem tam in sua mole, quam in sua vi, & sanitate, tum secundum totum, tum secundum quamlibet partem, & constituit, atque terminat, & auget, & perficit, nec non conseruat in habitu, ac statu, in quocunque tempore, & in vniquoque loco, Neque tamen Artifex considerat talem dulcem saporem ob temperamentum calidum, & humidum originale esse; ex quo ad vires substantiæ spirituum, partium solidarum, & speciei carnosæ manutenendas alimentis salubribus, & similigineis; perpetuò tenemur eam substantiam in suo originale temperamento calido, & humido temperatissimo conseruare, aut eam alterando, aut conseruando, cum sit causa efficiens subiectiuè, & perfectiuè prima artificialiter recepta illius saporis dulcis suauis eò, quia Artificis non est demonstrare per causam speculatiuam, nec per temperamentum calidum, & humidum. Verùm ei satis est demonstrare per causam sensibilem, & artificiosam primam nempe per substantiam dulcem suauem: Quamobrem Medicus Artifex considerat sanguinis coctionem, generationem, distributionem, agglutinationem, & assimilationem à natura factam, quatenus calidum innatum suaue fit sub specie saporis dulcis suauis, prout facultas gustabilis, non nisi etiam tangibilis fit. Medicus vero speculatiuus per accidens quatenus calidum innatum suaue est sub genere saporis dulcis, suauis propter temperamentum originale primarum qualitatum speculatiuarum demonstrat. Vnde conseruare talem originalem temperaturam medico speculatiuo est opus. Cæterum superest quòd ostendamus partes antea allatas dulces, vt virium substātias à dulci sapore suaui, cibo, & potu ijs simili, regi, & gubernari, tum secundum cōseruationem vt in ætate florida, aut secundum auctionem, & perfectionem, vt in puerili ætate vsque ad ætatem florentem. Quandoquidem assiduè substantia ea triplex à Galeno statuta Hippocratis decreto, in humano corpore consumitur, tam extra exercitia, quam in exercitijs, siue mentalibus, siue corporalibus, vltra spiritus, qui extra corpus per ambitum corporis totius perpetuò effluunt. Hinc etiam assiduè elemento egemus, vt virium substantia semper resarciatur, reficiatur, simulque recreetur. Proindeque Gal. ait quod cibi & potiones substantiæ ratione nutriant; Quæ substantia quidem corporea vim similigineam sua natura continere debet, si salubrem vim habuerit. Siquidem dissimiligineam vim obtinuerit, tunc etiam vim insalubrem procul omni dubio possidebit: Proinde vnà cum ea substantia corporea nutrimentali semper esse debet vis passiua similiginea calido innato coquenti, & naturæ distribuenti, agglutinanti, & assimilanti, atque formæ substantiæ virium enarratæ adæquata: ita enim obiectum nutrimentale vincitur, coquitur, & transmutatur à calido innato, & in probum dulcem conuertitur sanguinem. Deinde à potentia nutritiua accipitur, denique verò à potentia formæ substantialis partium corporis nostri nutribilis salubris capitur, dum ex sanguine probo secunda humiditas euadit, & pars rorida, & gluten fit, ac tandem in cambium conuertitur, nempe in partem nutriti per iuxta positionem, ac talis attractio harum secundarum humiditatum, à quacunque corporis parte administretur per porrositates: hinc in vniuerso nostro corpore *conspiratio vna confluxio vna consentientibus omnibus*, ait Hippoc. Attractio enim per porrositates vt per iter: glutinatio vero cambiatio, & assimilatio in substantia virium celebratur. Quæ omnia comprobare possum Hippocratis decretis alleuerantis ita *Auget autem & robur infert carnem gignit similitudinem, & dissimilitudinem in singulis pro cuiusque natura induxit, & ea facultate, quam habet ab initio. At similitudinem pro viribus inducit*. Deinde ait. *Et longo tempore membris omnibus firmiter auni xum propriam quidem formam producit*. Postea habet. *Alimenti verò vis ad os, & omnes illius partes pertingit & ad neruos, ad venam, ad arteriam ad musculum ad membranam, ac carnem, pinguedinem, sanguinem, pituitam, medullam spinalem, & interraneam, omnesque illorum partes, quin etiam ad calyditatem ad spiritum, & ad humiditatem* Tandem ait *Dulce non dulce, dulce facultate velut aqua, dulce gustu velut mel, & in ijs magis, & minùs dulce, & in alijs mixturis dulce magis, & minus*. Aqua tamen dulcis insipidè, ac minimè se habet actu. Verum facultate passiua à calido innato coquente, aqua dum in sanguinem dulcem suauissimum transmigratur, dulcis fit ferè veluti est mel, ac ita censeo intelligere voluisse Hippocratem exarantem. *Primum quidem aqua tum dura, tum frigida fere dulces euadunt*. Quocirca alimentum dulce tale similiginerum, & salubre, dum in partem nutriti mutatur; gradu tantùm mutatur, & si vt ratione corporis compositi alimentum in aliud transmutatum compositum specie transmutetur, vt aqua, panis, vinum, & alia sunt solum potentia similia partibus corporis nostri nutribilibus, & Gal. in lib. Hippocr. de natura humana tex. 3 t. ait *dulcem sanguinem*, quo nutriuntur omnes partes nostri corporis: Forma itaque specifica positiuè obiectiua nutrimentalis, similigineaque, & salubris regens nostram naturam corpoream salubrem, dulcis, mitè quidem & suauis est, ob adstrictoriā facultatem eī admixtam, ad virium roborem, efficiendum, cum plus de corporea substantia, terrea, dulci, suaui, pingui, leui, ac exhalabili, temperatissima, similiginea, & salubri sit, quàm nulla aliarum cæterarum specierum saporum, quę non mitis est; non modo Hippocratis decretis dudum allatis, verum etiam Arist. & Gal. confirmatione: Arist. enim formam speci-

Margin notes (left):

Obiectio adimitur.

Nona ratio. Partes allatæ, quæ substantia virium sunt à dulci, suaui reguntur nutrimentali cibo, & potu. Vnde ratione nutrimenti dulcis mixtè humano corpori vndique similis.

Cur cibo, & potu dulci suaui egeamus.

Decima ratio. Comprobans nonam rationem.

Quoniam cibus, & potus in partem nutriti conuertatur.

Pituita, & aqua dulcis ex Gal. 3. de symp. causis 16.

Alimentū quo ad saporem gradu tamen mutatur in sanguinē quo vero ad partem viuentis nutritā specie, & genere transmutatur.

Dulce stante forma specifica obiectiua nutrimentalis, & similiginea & salubris est regens corpus nostrum.

Cur dulce, suaue, & mite plus nutriat quam alius ex alijs saporibus.

Arist. & Gal. idem asseuerant.

Margin notes (right):

Gal. 9. met. med c. 13 & 14. met. c. 3.

B

Gal. com. aph. 3.

208. 200. 210. lib. de carn & lib. de alim. Gal. 9 meth. c. 13. & 14. met. cap. 3.

C

11. meth. c. 3 & 9 meth cap. 13. lib. de virilitate spor. class. 2. c. 1.

Gal. com. 1. aph. 3. Arist. 1. de gen & corrupt.

3. de sim. med. fac. c. 23. Hipp. lib. de alim. ex Foes. 361. ex Foes. 361.

D

Lib de alim. pag. 359.

Pag 360.

Pag. 361.

Lib. de aere locis, & aquis p. 354.

Lib. de sens. & sens. c.4. & 2. de anima. Gal. 4. de simp. med. fac. c. 15. Hipp. de prisc. med. 20. 4. de sim. med. fac c. 18. & 2. de alim. fac. c. 26. Lib. de sens. & sens. c. 4.

Gal. 2. de simp. med. fac. c. 1. & 4. de sim. med. fac. c. 22.

Et gata vit. de symp. causis c. 6.

Ibidem.

A specificam obiectiuam gustabilem, nutrimentalem similigineam oaturæ nostræ corporea, dulcem quidem saporem esse statuit, eo quia plùs de corporea substantia terrea, densa, pingui, & suaui, leni, & exhalabili continet. Idem etiam Galenus asseuerauit. Vnde pinguia, vim similigineam possidentia, quę benè nutriunt ex dulcium genere sunt. Vnde ait Aristoteles. *Nutrit autem secundũ quod gustabile ad quod offertur omnia enim nutriuntur dulci vel simplici vel mixto*. Quia dulcia & etiam amara, acida, acria, acerba, & austera, quatenus suauia sunt, ac dulcis saporis participent, nutriunt: & ait Gal. dulcis saporis terminum, seu finem esse nutrire, ac summè nutrire, vt etiam Aristoteles statuit: Assimilatur enim, & attrahitur dulcis sapor à calido innato pro corporis alimento positiuo. Amarum verò cum minimè pingue, suaue, leue, nec exhalabile sit, cum fiat à calore combustiuo attrahente, & extinguente pingue, dulce, suaue, leue, & exhalabile, vt in cinere patet, vbi exhalatum est, ac humiduni extinctum. *Hinc amarum, & salsum relinquitur propter grauitatem, vt in cinere combustorum*. Ideoq; ait *nutrimentum omnium tum animalium, tum plantarum, tum herbarum dulce est*. Proinde in relatione ad hominem suauissimum sua natura dulce, suauissimum nutrimentum est. Cęterum vt hanc rem exactè diluamus,

Ad hanc rem septem diluenda veniunt primum.

B septem nobis sese offerunt expendenda. Primum enim est quòd Gal. testimonio sapor dulcis mitè, & suauis iam satis enarratus, talis etiam sit nutrimentalis ob quandam substantiam strictoriam, ei sapori admixtam, ne nimia dulcedine esset nimis dissolubilis, seu distribuibilis, vt debito temporis spatio in ventriculo morando, concoqui posset, ac in probum chylum conuerteretur, ac vt virium robur efficeret. Preterea cũ dulce tale corporeum sit, sic etiam sicuti dẽsum est, adstrictoria vi, magis & minus, sic etiam plùs, ac minus nutrit. Ea propter victus ratio terrea, solida, & sicca ad aliam victus rationem aqueam, & liquidam comparatam per decuplum plùs nutrit, quam sorbitio. Hinc ęgrotantibus magis, & manifestius in morbis acutis lęsionem infert etiam per decuplum, quam sorbitiones Hipp. decreto, cum hęc proportio decupla elementis insit. Vlterius cibus, & potus, vt hominis alimentum similigineum est sani, & validi simpliciter, euchymus esse debet, hoc est, probi succi: sin verò ad hominem ægrum referatur, tunc non modo euchymus esse tenetur, verùm etiam facilis concoctionis eo, quia etiam tunc minimi excrementi erit. Quamobrem caro suilla euchyma sanè est, ac similiginea nostrę naturę corporeę, & probatissimus cibus nobis validis viribus simpliciter est. Vnde primo laudat eatoem

2. de sim. med. fac. c. 14. & 6 de simp. med. fac. c. de glicisizza.

Hipp. lib. de prisc. med. p. 15. Arist. 2. de gen. & corr. t. 37. 2. de sim. med. fac. c. 22, 23. & 24. Gal. 3. de alim. fac. c. 2. & lib. de suc. bonit. c 6. 3. de alim. fac. cap. 2. In 6. de morb. vulg. com. 4 t. 4. & 3. de alim. fac. 79.

Gal 2. de alim. fac. c. 25. ait succus dulcis cum solus planè sue tu celerius distribuitur ne ideo celerius distribuatur adstrictoria vis dulci alimentali cõmixta est. Secundum.

Tertium.

C suillam, secundo caprillam, tertio vitulinam, cum tamen densa sit, & constricta, suilla difficilis digestionis, & maximi excrementi est. Hinc etiam multum nutrit. Proinde etiam Gal. 1. ad Glauc. cap. 9. in tertiana exquisita ægris concedit pedum, & cerebri suillam carnem, & carnem paruorum liquefactam, cum densa non sit, neque constricta: hinc facilis digestionis, & facilis dissolutionis, simulque distributionis, & minimi excrementi est. Insuper cibi, & potus vltra nutrimentalem vim simul etiam vim medicamentalem resistentem habent quadantenùs calido innato coquenti & si non semper appareat sensibiliter vis ea medicamentalis, quę, vt sensibilis, & artificiosa naturaliter, & vt medicinalis per se est gustabilis qualitas; quam sanè ob causam primæ qualitates artificiosę, & medicinales considerentur sensibiles tales tãtum quia tales euadunt gustabilium ope facultatum, aut per secundas qualitates, quę ad gustabiles reduci possunt. Vnde si cibaria vim habeant restigerandi, humectandi, calefaciendi, & exficcãdi, vt ait Gal. dum assimilantur calefaciunt quidem tenuando, & rarefaciendo, refrigerãt verò incrassando, & densando substantialiter: homectant laxando, & molliendo: siccant verò sensibiliter durando, & roborando. Hinc cibi, & potus patiuntur, & agunt, vt Gal. inquit. De primis autem qualitatibus potentialibus tantum id intelligas. Porro dulce, vt forma specifica obiectiua

De prisc med. pag. 23. & 15. & 39.

3. de temp. c. 4.

De nat. hum. t. 31. & 32.

D nutrimentalis, tanquam habitus positiuè est. Amarum verò, vt priuatio sicuti etiam nigrum priuatio est albi in perspicuo terminato: attamen per analogiam talia sunt, & relata ad nutritionem formalem, vel ad nutritionis priuationem: Simpliciter verò contraria sunt vt Arist. statuit. Speculor autem dulce, vel vt nutrimentale accipitur, vt Aristot. & etiam Gal. vt proprium linguæ sensibile, vt ad naturam humanam dulcem relatum, & vt passiones gustabiles ponit amaritatem, & dulcedinem, vt extrema contraria, austeritatem verò acerbitatem, aciditatem, salsedinem, & acrimoniam, vt medios sapores: Vnde hoc modo ad terminum passionalem, & ad terminum nutrimentalem considerantur sapores. Alio autem modo assumuntur ad terminum medicamentalem, & hoc modo certè dulce, vt euchymum contrarium est acri, & mordaci ve cacochymo, vt refert Gal. Nam acer sapor, vt medicamentum extremam passionem in linguam imprimit, vt pungitiuum, asperum, acre, & mordax, morsum oris ventriculi gignere potest. Immò vt dulce non modo vt Euchymum acri ipsi opponitur cacohymo *vt succus ptisanæ, & chondrum, & panis & per louem quoque lac, adeps, & butyrum, & oleum dulce*. Verum vt epicerausticum, in quo ne dum Virtus lenitiua, crassa, pinguis, & vnctuosa repertur opposita pungitiuæ, asperæ, acri, & mordaci virtuti: at verò etiam facultas adest eductiua, ac lenitiua humorum acrium, vt oleum dulcissimum, quod vltra contemperationem humorum mordacium foras quoque eos educit humores, ac ita os ventriculi à morsu liberat. Vnde bilis non sua amaritudine picrocholum faciens, vt amara cardiacam infert passionem, sed quatenus amarum acre est. Amari enim terminus abstergere

2. de simp. med. fac. c. 37 & 38. 3. de vict. rat. in morb. ac cont. 30. 2. de sim. med. fac. 12. 23. 14. in lib. de vict. rat. in mor. ac. con. 3. te. 9. 30. & 4. de sim. med. fac. c. 15. 2. de sim. med. fac. c. 13. 2. de simp. med. c. 12 13. & 14. 1. ad Gla. c 14. 3. de nat. fac. c. 13. & 8 met. c. 2. 4. de sim. med. fac. c. 28. & 3. de com. med. 5. loc. c. f. 135. D. 4. de sim. med. fac. c. 18.

Dulce. & acre quomodo contraria sint. Per epicerausticum verò Hipp. intelligit insipidum, lubricum vt ptisanæ cremor vt lib. de prisc. med. p. 20. & 22 & lib. de vict. rat. in mor. ac. 167 lac similiter asininũ ad dolores ac. 181. in febre ardẽti 182. & 486.

est. Acris vero finis, vt vltimus terminus est vrere: Finis verò non postre mus est pungere, A
& mordicare. Vnde non modo linguam, verũ etiam carnem pungit, & mordicat. Ex quo adstrin
gentia acribus admixta pungunt, & mordicant. Hinc acria irritant, mordent, calefaciunt, arefa-
ciunt, & fluorem, & phlegmonem affectis partibus mordicatis, & vstis, & exiccatis concitant,
non modo Hippocratis decreto, verùm etiam Galeni confirmatione. Dulcia verò totum in op-
positum i. linguam vnctuositatem, suauitatemq; gratissimam, qua valde lingua obdelectatur,
inducunt: Eamq; sanè ob causam dulcia isthæc, vt crassa vtiq; tenuitatem tollunt, vt verò crassa,
simulque pinguia, seu vnctuosa, vel oleosa punctionem, acrimoniam, mordacitatemque obtun-
dendo adimunt: Quatenus autem vnà cum vnctuositate istorum dulcium saporum, lenitiua
quoque, seu eductiua vis acrium, & mordacium simul iuncta est, procul omni dubio istorum
acrium, & mordacium succorum asperitatem, simulque stabilitatem dulcia ipsa dimouere, ac
educere possunt, ceu epiceranstica, atq; euchyma. Quam sanè ob rem dulcis sapor acri, seu mor-
daci sua medicamentosa vi quidem contrarius existit. Verum adhuc etiam dulcis sapor contrà
distinguitur ab acido ab Hipp. vbi statuit dulcem saporem cũctis partibus accomodatissimum, B
quatenus in nostro corpore humor dulcis, hoc est, sanguis alimentalis est omnium partium,
qui leuis est, oleosus, & pinguis, hinc exhalabilis etiam, & cæterorum succorum omnium cali-
dissimus est spirituum permictione: Ideòq; sanguis quatenùs dulcis, cum plus de substantia cor-
porea terrea, pingui, & oleosa, suaui, leui, & exhalabili, nutrimentali, plus etiam nutrit; plusque
similigineæ virtutis, salubrisque continet, quam cæteræ qualitates gustabiles possideant; secun-
do autem loco inter humores alimentales, seu succos pituita nutrit etsi minus sanguine nutriat,
cum minùs suauis etiam sanguine ipso sit, minusq; de substãtia corporea, terrea, pingui, & oleo-
sa, minusque leui, minusque exhalabili obtineat. Attamen non nisi pituita sanguis nondum co-
ctus est, seu ex sanguine nõ dum cocto fit, vt ait Galenus, sicuti ex sanguine supra modum cocto
bilis fit: Hinc ait Gal. caloris naturalis substantiam, nempe spiritum suauem, ceu ex fundamen-
to materiali ex sanguine, & pituita fieri. Vnde pituita ad calorem naturalem prodiendum secùn-
dum suauitatem, ac dulcedinem aqueam cõcurrit. Præterea pituita, dum coquitur in sanguinem
transmigratur, ex pituitaque multa animalia, sine cibo trium mensium spacio singulo anno nu- C
triuntur, ac dormiunt. Partes præterea omnes nostri corporis nutriendæ vt pituitosę alimentum
dulce, similigineum: nempe sanguinem pituitosum trahunt, vt magnes ferrum attrahit. Vnde ca
ro vt pituitosa dulcis mitissimè, sãguinem pituitosum dulcem suauissimum trahit. Quibus qui-
dem rationibus patet, pituitam cum sanguine magnam affinitatem possidere: & pituitam de
substantia terrea, pingui, suaui, & leui, & exhalabili, nutrimentali vt dulcis insipida, & similigi-
nea continere: Bilis verò flaua amara est, a calore combustiuo genita. Quocirca minimum de
substantia terrea, pingui, leui, & exhalabili nutrimentali habet, attamen cum leuis sit, ac tenuis
sua substantia facta comparatione cum melancholia sua natura acida graui, & crassa. Ideoq; aci
dus sapor minus accomodatus partibus nostri corporis introspicitur vt ait Hippocratis. Ex qua
sanè Hippocratis doctrina, colligo qualitates gustabiles enarratas facultates quidem esse regen
tes nostros humores vt corruptibiles, ac etiam causas procul omni dubio periodationum fe-
brium putridarum esse. Vltra enim agens terminatum quod agit tempore determinato, ac in
passum benedispositum; ac vltra proprietatem specificam humoris periodicationem gignen-
tem. Cum autem hæ nimis vniuersales causæ sint adhuc requiritur cognitio causæ immedia- D
tæ, ac proximę, quæ quidem causa maximè qualitas gustabilis esse potest, quæ vt passiua vir-
tus exhalabilis relata ad virtutem caloris innati actiuam, dum à calore extraneo putredi-
nali, tanquam à causa primaria efficienti putredinis genito, ex prohibita fuliginum transpi-
ratione, ex obstructionibus orta faciente exhalare internum calorem naturalem, cum forti vi
existente, tunc etiam virtus ea passiua virtutem actiuam calidi innati superabit. Ex quo pu-
tredo fit, cum tantùm corruptio, seu putrefactio fit, cum superatæ fuerint virtutes actiuæ à pas-
siuis virtutibus sua fortitudine præter naturam substantiæ corruptibilis, & eò quia putredinis
causa primaria efficiens est, dum calor extrinsecus exhalare facit calorem intrinsecum natu-
ralem sua forti vi. Vltra quòd etiam spargitur calor intrinsecus, & naturalis à frigiditate pro-
pria: Vnde Putredo passio est communis frigiditati proprię, & caliditati alienæ: Humores
itaque massæ humoralis ob eorum facultates passiuas exhalabiles sunt, vt gustabiles dulces mi-
tè, ac suaues dum .æ innatum calorem quo ad putredinem extra naturam humorum superaue-
tint, ob calorem putredinalem facientem exhalare vnà cum calore innato, etiam eas gustabiles
humorum qualitates. Quia vnaquæque earum facultas gustabilis parata est ad exhalatio-
nem, accomodataque omnibus partibus, vel non accomodata alij parti præter receptaculum
eius. Ideo cum à calore præternatorali vt putredinali hæ facultates gustabiles, vt virtutes pas-
siuę in putredine efficidienda efficacissimam vim possidentes non possint cogi ad exhala-
tionem putredinalem, nisi tempore terminato, & ijs virtutibus passiuis assignato, vt gusta-
bilibus; ergo hæ gustabiles qualitates sunt virtutes terminatæ regentes periodicationes per
se, & primò primitate passiua, vbique, & semper, ac simpliciter: Ideoque sicuti succi,
eorumque differentiæ constitutiuæ quoad sapores sunt, vt Gal. refert sic etiam æquum est,
vt pu-

De atten. vic. rat. c. 3. 4. de sim. med. fac. c. 18. 9. de sim. med. fac. c. 2. Hipp. lib. de vict. rat. in mor. ac pag. 183. ex Foes. Gal. 5. de comp. med. per gen. cap. 2.

Septimum. Dulce, & acidũ quomodo opposita sunt.

Qualitates gustabiles facultates esse, et causę periodicationum febrium putridarum, cũ omnino nostri corporeem regat ægrotabilẽ, & sanabilem.

Lib. de prisc. med. in fine. Hipp lib. 4. de morb. 445. 448. & Auic. cap. de complexionib. membrorũ lib. 1. fen. 1.

Post sãguinem pituita similigineam vim, ac nutrimentalem habet 1. de sympt. caus. c. 6.

4. de san. tuen. cap. 4. 8. de dec. Hipp. & Plat. cap 7. f 277. F. vide & cap. 6. eiusdem lib. & c. 8. etiam.

4. de san. tuen. c. 4. & 2. de vic. rat in m acut. 30. & cont. 44. & 5. de simpl. med. fac. c. 20. Gal. 3. de simp. med. fac. c. 25.

Bilis similigineam vim non possidet cum in sanguinem cõuerti nequeat. 3. de vict. rat. in mor. ac cõt. 30.

Melancholia magis distat à tenore similigineæ virtutis q̃ bilis.

Gustabiles qualitates humores nostri corporis vt corruptibiles gubernare hinc et febrium putridarum periodationum causæ sunt.

Auer. de longo & breu. vitæ p. 366. B & 4. meteor. in cum p. 3. c. 58. E. Arist. 4. phys. t. 56. Arist. 7. meth. t. Auerr. 3. coll. c. 1. & Arist. 5. de gen. anim c 4.

Putredo passio communis est, a frigiditate propria, vel à caliditate alienagenita.

4. meth t. 46. & alibi.

Qualitates gustabiles virtutes sunt terminatę regentes periodationes febriũ putridarum.

2. alim. fac. c. 61.

A vt puttrefiant pet exhalationem saporum, vt in quolibet succo corrupto patet. Cur autem sapores sint facultates terminatæ humorum nostri corporis regentes periodationem singulorum dierum, alternarumque dierum, nec non quaternarum, duæ quidem sunt rationes, quarum prior iam ennarrata fuit; cum dulcis celerius exhaletur, atque distribuatur, cum sine amaro, seu acrimonia & sine crassitie dissimiliginea sit, vt etiam fassus est Galenus, & licet, dixeris id fieri ob humidum, & calidum natiuum, quæ transmutarunt totam elementorum substantiam, & constituerunt substantiam dulcem, ac etiam quia putrefactio nonnisi corruptio est, quæ in vnoquoque humido propriè, & secùndum naturam caliditatis, ab aliena caliditate reperitur. Attamen cum hæ primæ qualitates regant, corpora mixta, vt similaria, non autem vt dissimilaria: ergo humores corporis nostri vt dissimilares à saporibus, ceu à differentijs constitutiuis gubernantur. Vnde qualitates gustabiles sunt determinatæ facultates humorum differentes tempore terminato constitutiuæ per dies terminatos, vnum semper ab alio die distinctum, ac terminatum exhalationis, & motionis humorum periodicationum humorum febriū putridarum. Hinc pituita celerius mouetur bile, cum dulcoris sit particeps, Bilis verò cum

Prima ratio.

2. de alim. fac. c. 16.
Obiectio.
Prima ratio obiectionis.
Secunda ratio.

3. de alim. fac. c. 21.
Arist. 4. Meth. tex. 6.
Solutio.

B leuis, ac tenuis sit amara; eam si comparaueris cum acida melancholia quæ tardius exhalatur, & mouetur: Bilis ergo celerius semper acida melancholia euapotatur, ac mouetur. Secunda ratio est, quòd sicuti Deus, & natura omnia ad hominis vtilitatem, & conseruationem fecerunt, sic etiam saporem cuiuslibet humoris tenebantur celerius mobilem, ac exhalabilem gignere, vt si corrumperetur, sit proportio terminata in tempore terminato diei terminati differentes ab alio die, vt naturaliter Medicus dignoscendo humorem peccantem, ac prædominantem in vnaquaq; febre: vt posset eam quoq; curare; & ne confusio fieret in vnica die plures humores determinatè moueri, ac exhalare posse; periret enim vt plurimum homo ægrotans, nisi hęc subordinatio adesset: Et quamuis sanguis in synocho putrida moueatur sua dulci facultate singulis diebus, vt etiam mouetur pituita sua similiter facultate dulci, tamen gradu sicuti sanguis, & pituita differunt sua facultate dulci magis, & minùs quoq; periodicatione tantùm differunt, nempe per vniformitatem, vt in synocho putrida, & per deformitatem, seu inæqualitatem, vt in quotidiana febre: Ideoq; amarus humor alternis diebus mouetur, Acidus verò quaternis diebus. Neque mihi objcias, si dixeris, iam tu asseruisti in putredine febris calorem innatum à facultatibus ijs passiuis allatis vinci; ergo calor naturalis in vnaquaque febre extin-

Cur pituita singulis dieb. moueat in quotidiana febre. & bilis alternis, & melancholia quaternis dieb.
Secunda ratio cur hæ sint tales virtutes terminatæ passiuæ ad periodationes.

Obiectio.
Differentia inter synochū putridam & quotidianam, quo ad motionē sanguinis & pituitę singulis diebus.

C gueretur, quod falsum est. Quandoquidem calor cordi insitus, tunc non vincitur à calore præternaturali, neque à morbi magnitudine. Verùm vincitur quoad putrefactionem faciendam, & quatenùs partim igneus fit, nec nō præternaturalis, pro vt à facultate ea exhalabili, & mobili gustabili vincatur. Verùm nota sicuti simpliciter putredinis causa passiua, ceu minera eiu humidum est, vt Gal. ait, sic etiam in relatione putredinis in nobis factæ ad tempus terminatum putredinis gignendæ, assiduum talis causa est sapor dulcis humidi sanguinei: sicuti ad quotidianum terminum sapor dulcis humidi pituitæ causa est. Ad tertianarium verò terminum sapor amarus humidi flauæ bilis causa inspicitur: Ad quartanarium verò terminum sapor acidus humidi atræ bilis, & melancholiæ causa est. Easque sanè ob causas sapor dulcis sanguinis spiritu vitali decorati, vt sanguinis, ob vim eius passiuam assiduè mobilem, ac exhalabilem, quoque à calore extraneo assiduè is sapor mouetur secùndum dispositionem eius virtutis exhalabilis passiuæ sanguinis. Sicuti etiam sapor dulcis pituitæ, vt pituitæ est: ob eius facultatem passiuam singulis diebus exhalabilē etiam à calore alieno singulis diebus mouetur, ac putrefit. Pariter de amaro bilis flauæ exhalabile alternis diebus; ac de acido atræ bilis, ac melancholiæ quaternis diebus mobili, ac exhalabili asseuerandum venit. Ex his autem hucusque statutis

Solutio.
Obiectio.
Solutio.
Notatu dignū.

3. Aph. 16 & li. nec non 3. epidem. com. 3. t. 1. & 11. meth. c. 9.

D fundamentis, clarè perspicitur Artem Medicam vndique certam esse, quo ad tenorem sanitatis sensibilis cognitione, & operatione certum, semper manutenendum, qui in patenti suaui, miteque dulci consistit facultate. Præterea eam quoque certam existere patet ex parte ægritudinum omnium sensibilium, quæ in cæteris gustabilibus resident facultatibus, quæ aut nimis dulces sunt, aut insuaues, nihilque nutrimentales, & omnino à gustabili suaui, & mitè dulci recedentes facultate. Vlterius hanc certitudinem vniuersalem esse manifestum est, quia omnibus Medicinæ partis sensibilis tum passionibus, tum subiectis, tum causis certitudo hæc inest. Quæ infallibilem hanc reddit Artem Medicam.

A

CAPVT XVII.

Primum agens naturaliter in Arte Medica Natura est, quæ per se & primo sanat. Medicina vero naturæ Ministra est: Ideo cæteris artibus omnibus Ars Medica tanto certior existit, quanto natura suis actionibus certior arte inspicitur.

SVperest autem quòd Ars Medica certa sit ostendamus, ex parte agentis eius naturalis. Quoniam Natura cuiuscunque hominis particularis corporea, ea quidem est, quæ per se, & primo nostrum sanat corpus à morbis, & à causis, & symptomatibus, ceu à tribus præter naturalibus rebus hominem infestantibus. Nam Hipp. ait. *Morbis natura Medentur natura ipsa sibi per se nō consilio ad actiones obeundas inuentendas inuenit, partim quidem vt conniuere, partim verò etiam quibus lingua subseruit, & quæcunque alia id genus. A nullo quidem edocta natura, extraque disciplinam ea, quæ conueniunt, efficit.* Idem quoque alibi confirmauit. Cui decreto interim Galenus adscripsit, cum Naturam hominem naturaliter particularem sanare, & eam quidem per se, & primo morbos sanare confirmarit. Quoniam Naturam medicatricem naturaliter esse per se, & primò deprompsit, cum sola natura humores crudos, vitiososque, & morbificos naturaliter concoquat. Ars verò oppositis alterantibus eas adæquat, & prout Natura tantum sit, quæ noxios humores expellat, quod per excretiones plures, ac varias facit: Hinc *euidenter hominem sanat. Sudorem copiosum profundens, aut per lotium, aut per deiectiones, aut per vomitus infestos humores eijciens.* Natura etenim hominum alimento antea assumpto, peccanteque vel qualitate, aut, copia, aut alio quopiam modo oppressa; ac malè affecta, seu impedita cogitur permittere sanè, vt in corpore nostro, aut in aliqua, vel pluribus ipsius partibus, causæ insint morbosæ: hinc etiam morbi ipsi, corpus nostrum infestantes, exoriantur: Quocirca natura ipsa pro sui conseruatione propria ad morbos expugnandos, ad corpusque naturaliter sanitati restituendum, semper primò insurgere, ac omni sua ope, & conatu vincere tentat; Ars verò medica operatur quatenus artificialiter curat per se, & primo, non autem sanat: nanque si per se sanaret, semper sanitatem præberet, sicuti semper curare potest per se. Pro cuius explanatione contemplor in arte medica primum agens duplex esse, ac respectu diuersorum vtrunque primum est. Nam vel quatenus est primum agens artificiale artis factiuæ simpliciter relatæ, vt factiuæ, curatiuæ, conseruatiuæ, ac reparatiuæ, naturæ humanæ corporeæ: ac ita medici quidem artificis Anima factiua primum agens est: Aut in hac arte non est artis medicæ simpliciter; immo tantum naturæ nostræ corporeæ naturale primum agens ipsi naturæ insitum, quod vtique primò pro sui propria custodia, & secundo ad naturam totius corporis manutenendam perpetuò contra morbos, ac morborum causas profligandas, primo agere deuincitur. Arist. hinc ait: *Vnde ars posterior natura se habet, & omninò ars alia quidem perficit, quæ natura non potest efficere; alia verò imitatur.* Ac ita primum id agens naturale non ratione subiecti factibilis, nec ab artifice generabilis est. Hinc prius natura se Ipsam reparare conari cogitur, posterius verò Ars medica illam naturam reparare tenetur. Insuper Natura quoad modum agendi primum agens habetur: non autem artificialiter simpliciter. Vlterius ex parte nobilitatis, ac difficultatis, difficilèque mendabilis, difficilèque tractabilis artis medicæ, Natura primum agens est. Porrò Natura primum agens est, quatenus Medicina est ars secùndum naturam. Quocirca primum agens in hac arte vel sanans per se naturaliter, aut curans per se artificialiter est. At verò natura certè primò, & per se naturaliter sanat: Anima vero medici seu Mens operatiua primum agens per se artificialiter curans est, quæ sanat curando. Hinc natura, & ars ipsa seu medici mens rationalis operatiua causæ sunt omnium rerum, quæ ad corpus humanum conseruandum, vel ad eius sanitatem manutenendā inueniuntur. Natura enim procul omni dubio principalis est; Ars verò medica ministra, & æmula. Quamobrem Medicum & naturæ, & artis simul ministrum esse autumat Galenus, quod ex Hippocritis decreto asseuerauit, qui ita hanc rem promulgauit. *Quorum enim facultatem, tum per naturæ, tum per artium instrumenta consequimur eorum nos opifices profiteri possumus.* Medicus tamen magis minister, ac æmulus naturæ est, quam artis, cum naturæ principaliter minister. Æmulus, imitator, & adiutor, & indagator sit 6. epid. com. 5. tex. 2. ait Hipp. *Natura sibi ipsi aditus nempe vias, ac impetus ad actiones patefaciat;* omnes hinc naturæ motus à medico probo animaduerti debent, si eam naturam rectè operantem imitari voluerit. Nam natura per se, & nihil temere agit, vt ait Gal. nihilque minus aut superfluus si rectè agat, ac vt ingeniosa nihil omittit boni, vt verò Dei ministra semper eodum modo rectè agit vt ait Hipp. lib. 1. de vict. rat. 307. & eius vis potentior est qualibet arte 6. epid. c. 5. t. 2. hinc ars medica naturæ ministra habetur. Nanque natura rectè agente minutè, tunc ars custos est, ministra, æmula, & adiutatrix, & imitatrix, vt

quò

Natura dicitur inerudita, & indocta quatenùs per se agendi perita est.
Gal. idem confirmat.
Quomodo natura per se sanat.

Secundum operans in medicina. Ars medica, vt causa primo se & primo, et medicus Nam medicus curat vel additione, seu subtractione facta sanat, secundariò non quatenus absolutè, nec primario quia natura iis sanat per se naturaliter.
Quomodo in arte medica primum agens sit natura, & quomodo Ars medica ostenditur.
Secundus modus.
Tertius modus.
Quartus mod°.

Medicus opifex instrumentis naturæ & artis. Minister vtriusque est.
Medicus magis minister naturæ vt primi agentis est quam Artis.

B

Gal. 9. de dec. Hipp. & Plat. c. 8. in fine.
Ad Thras. c. 26. & In 6. de mor. vulg. com. 5. t. 2.
Com. 1. aph. 22.
In 6. de morb. vulg. com. 5. t. 2. iam dicto.

C

Respectu cuius natura in Medica arte primum agens sit primus modus.

2. Phys. t. 79.

D

Lib. de cōst. art. med. c. 22. Gal.
Gal. I 6 de mor. vulg. c. 5. tex 2.
In 1. de morb. vulg. c. 8. sex. 2.
Lib. de arte ex Foes p. 7.
Ad Thras. c. 26. ac in 1. de mor. vulg. com. 2. t. 2.
Ibidem.
Com. 6. aph. 17. & com. 2. aph. 1. eiusd. & dec. Hip. c. 8.
3. de dieb. dec. c. 2.
1. de vsu par. c. 23.
6. de vsu p. c. 13.
5. de anato. adm. c. 8.

A quò natura vergit, eò ducere oporteat per partē competentem, ac vt natura minutè concoquente in obstructionibus, vt in febre tertiana spuria calorem innatum excitando, & fouendo calefactione circa præcordia, vt ait Gal. concocta pariter materia, & natura rectè, & languidiùs agente, tunc *id, quod desit, medicamento supplendum, & naturæ expellentis, & medicamenti trahentis opera fiat humoris molesti euacuatio*. Materia vero cruda existente, tunc naturæ operatio vincentis non est. *In febribus* itaque ait Gal. *cum profluuio ventris, alia non est opus euacuatione, verùm hæc sola sufficit, quamuis non sit pro multitudinis ratione*. quia natura à causa mordaci, vt à morbi vehementia irritata, malè agit, ac tunc Ars medica errorum naturæ, & vitiosorum humorū infestātium facultas correctrix est; At verò hoc modo medicus opifex magis artis medicæ Minister, quā naturæ est. Quibus ita statutis, artem medicam Naturæ humanæ corporeæ congeneam esse, exploratum habeas: cum finem sibi proprium prorsus naturalem possideat; hinc non modo subiectum proprium, passiones propriæ, causa, & forma eius specifica secùndum naturam ipsam sunt.

B Verùm etiam & primum agens ac denique ferè omnia instrumenta ad finem assequendum, secùndum ipsam naturam se habent. Hinc ars ipsa ne dum alijs cęteris artibus omninò operatiuis doctrinalibus, ac pariter rationabilibus, ac demonstratiuis hominum industria inuenti, multo certior inuenitur sua cognitione: at verò etiam earum artium nobilissima, præstantissima, gratuissimaque vt facetijs vti non deceat medicus, ac perfectissima, vt *Diuina ad D. O. M. authorem ex maiorum institutis relata*. Ea propter liberalis est, ac assiduè Metaphisicæ, & vtrique philosophię annexa. Vnde medicinæ minister, & collega ita deificatur, ob ipsius artis pręstantiam, seu dignitatem, vt dignus sit Deo æqualis seu similis appellari: si sola veritate, ac sua humanitate hanc à Deo nobis dono datam artem exerceat. Aliæ verò Artes, quæ subiecti omnino factibilis, & eligibilis sunt, & ab Hipp. inuentæ nuncupatæ, nihil secundum naturam sunt: immò vndique consultatione, inuentione, generatione, & hominum tantum industria ad earum vtilitatem constitutæ, & arte factæ fuerunt. Vnde vt minùs certæ, & ignobiles, *Quæcunque in facile tractabili & facile emendabili materia opus suum exercēt, vt in lignis quædā alia in coreis, quædā in stylo, ferro &c.*

1. Aph. 21. & 2. aph. 1. & 5. de vsu part. c. 1. 2. aph. 21. 1. ad Glauc. c. 10 Hipp. lib. de humo. p. 64. aph. 21. Gal. com. 1. ap. 22. 1. de diff. febr. cap. 4. Lib. de flat. in princ. & lib. de dec. hab. ex Heur. 107. ex Foes. pag. 14.

Hippoc. de lege Gal. in ot. lsg. 5. & 2. meth. med. c. 5. 3. de san. tuēda c. 23. & Hippo. lib. præcep. pag. 41. & li. de dec. hab. pag. 15. Lib. de prisc. medic. Hip p. 19. Hip. lib. de arte ex Foes. 8. ex Heur. de prisc. med. li. de dec. hab. & lib præc. Vide lib. 1. c. 1. Lib. de arte pa. 10. ex Foes. Hipp. ibidem.

Quando medicus opifex magis minister artis sit quam naturæ.

Differentia artis medicæ formæ à formis aliarum artium, per quam medicina certior est alijs artibus demonstratiuis.

Medicina ars nobilissima, præstantissima gratissima, ac diuina hinc etiam liberalis.

C

C A P V T XVIII.

Naturam, quæ primo naturaliter in Arte Medica certa actione agit, calidum innatum esse demonstratur, Quomodoque illud & quomodo Anima in homine primum sit agens dilucidatur.

Mihi autem cogitanti naturam, quæ nostra regit corpora per se, & primo duplex esse videtur, nempe & animastica, & corporea: cum autem animastica natura hoc est Anima, nostra gubernet corpora, quatenus simpliciter & absolutē primū agens est, ab Animæ rationalis Philosophi naturalis potentia speculatiua considėratum. Corporea vero natura hominem regat, pro vt natura hæc primum agens sit, non simpliciter, sed in relatione ad Artem Medicam corporeum, & sensibile, Vnde agens id primum est tantum vt corporeum, sensibile, & vt salubre per se: cū autē

D Anima vt speculabilis à Mentis factiuæ Medici potentia per se dignosci nequeat; Ideo ab ea aliud agens tantum corporeum exactè dignoscitur: Quoniam Anima nec sensibilis, nec vt salubris prima in Arte Medica à Mentis factiuæ Medici potētia accipi valet, vt infra videbis. Proinde primi agentis ipsius corporei sensibilis & salubris doctrinam patefacere nitar. Quæ ad Artis Medicæ propriam attinet cognitionem. Hæc autem corporea natura, nostra regendo corpora, quatuor propria sibi continet munera, nimirum cuiuscunque crudi excrementi, cum in corporibus ægrotantibus concoctionem, discretionem, materiæque partim coctæ euacuationem, & etiam morborum dissolutionem. Pręterea natura ea quod optimum est assimilare, sicuti quod pessimum est expellere conatur. Hanc vero corpoream naturam calidum quidem innatum esse asseuerarunt Hipp. & Galenus cum habeatur, *& eam quæ solida corpora regit, naturam quæ, secundū Hippocratem est calor naturalis*, calor enim naturalis partibus primum inest solidis ideo eas regit partes secundum vires, & actiones omnes corporis nostri; cum hę omnes primo ab his pendeant partibus; vt infra fusè dicam. Quoniam vero *insitum calidum, cui maximè corporea opera Hippocrates tribuit*. etiam corporeum est, ideo iure his duabus rationibus hanc naturam vocaui corpoream: cum calor naturalis vel substantia, seu spiritus sit, aut qualitas spiritalis aerea, & aquea vt suo loco ostendam, vnde vt spiritus, vel vt spiritalis aerea substantia etiam corporea se habet, tametsi solidum non sit corpus cum nihil terreum sit. Præterea calor naturalis sensibilis est, tum tactu, tum visu. Vnde sicuti sanguinis venarum, & arteriarum spirituum calor influens corporeus sensu tactus & visus, dum is e vena seu arteria secta egreditur, facilè, & benè cernitur, cū ex eo spirituum calore fumidæ, vaporosæ, ac fuliginosę exhalationes sensibiles egrediantur.

Vnde

Natura quæ per se sanat duplex est, & Animastica; & corporea hic apud Medicum est sermo. Natura corporea calidum est innatum primū agens corporeū sensibile, & salubre.

Anima est primum agens simplex; non autē primum agens in arte Medica corporeum sensibile, nec salubre: cum id calidum sit innatū. Calidi innati munera 4.

3. de diff. feb. cap. 5.

Naturam hanc corpoream calidum innatum esse probatur ex Hipp. & Gal.

8. de dec. Hipp. & Plat. c. 5. & 6. epid. com. 5. a. 5. & com. 3. aph. 15. & 4. aph. 22. 23. & 59. 4. aph. 37.

Vnde Antiqui Hæbreorum tempore sanguinis spiritum hoc modo sensilem, Animam esse putabant. Ideo sanguinis tanquam animati sacrificia extollebant: Ita vero etiam de calore naturali, qui cordi, ac in alijs partibus inest, asseuerandum venit, cum is vnicuique tangenti appareat: Primus autem motor ita corporeus, & sensibilis calor naturalis est, quatenus salubris per se, insalubris per accidens, neuter vero per salubritatis, ac insalubritatis negationem, seu participationem. Nam calor naturalis ad artem Medicam sensibilem coarctatus, primus quidem ab Animæ rationalis facultate Medici factiua cognitus est, & iudicatus; per quem omnes Medici ad operationes rectè exequendas reguntur; non autem per animam, quæ est primus motor absolutus, incorporeus, & insensibilis, nihil arti medicæ conducens: Quandoquidem prima indicatio, quæ cæterarum indicationum regina habetur, non ab Anima certè dignoscitur, nec desumitur, sed tantum à virtute calidi innati vsque ad morbi vniuersalem vigorem manutenẽda eque tum corporis vniuersi, tum cuiuscunque visceris peculiaris. Insuper remedij adhibendi, vel à morbi magnitudine, aut à morbo, vel à morbi causa indicati mensura administranda, non ab Anima vtique exhauritur, verum solum à caloris naturalis virtute, tanquam à permittente eam præsidij mensuram esse rectè, tutoque præbendam: Vlterius primus motor salubris à Medico sensitiuo B cognitus alterari debet, vt is qui est salubri per se, fiat per alterationem alienam receptam insalubris, vel neuter, per accidens; At Anima alterari nequit, cum anima nequaquam senescat, sed tantum Animæ instrumentum senescit, ergo Anima non potest esse salubris. Verum enim verò calor naturalis duntaxat alterabilis est, & sensibilis, & salubris primus omnium cæterorum alterabilium, & salubrium in nobis, qui etiam in nobis fuit, ante corporis organizationem, ope huius caloris factam; & ante Animæ deductionem: Quocirca licet calor naturalis media natura sit inter Animam, & inter corpus, cum hæc duo vniat: attamen à Medico factiuo non ita consideratur, sed vt primus motor corporis humani salubris, & insalubris, ac neutri est. Ac ita est primum agens naturale in nobis, quod nos sanos naturaliter conseruat, & nos ęgros sanat. Et licet calor naturalis agat vt Animæ instrumentum, & vt Animæ subordinatus, non tamen ita à Medico operatiuo consideratur; sed eo modo iam enarrato.

CAPVT XIX.

C

Calidum innatum quid sit, ex Cremonino.

Calidum innatum quid sit ex Cremonini sententia.



VT vero huius naturæ, quæ in Arte Medica per se naturaliter & salubriter corpus nostrum regit, integram adipiscamur cognitionem; calidi innati exactam acquirere decernimus doctrinam, per omne genus causarum; Primo itaque ipsius calidi formalem explorare enitar causam: quærens quid sit calidum innatum, seu insitum, vel calor naturalis. Verum vt laconicè huic instituto satisfaciam; eam relinquam disputationem, An calidum innatum æthereum sit, nec ne; cum Fernelij opinionem, calorem innatum celestem esse tuentem, plurimi eximij scriptores satis fregerint, qui de innato egerunt calore: Quocirca supposito, calorem insitum elementarium esse, primo Cæsaris Cremonini Philosophi, & præceptoris mei sententiam ponam: Quandoquidem Vir iste in Apologia dictorum Aristotelis de calido innato, aduersus Galenum, ait, postquam constatuerit, in quocunque mixto, calidum innatum inesse, quod mixtum simulque alia omnia D ad mixtum gignendum concurrentia continet; sub ratione tantum similaritatis, quatenus hæc omnia ad homogeneitatem coarctata sunt, cum calidi naturæ homogenea congregare sit: subinde concludit, calidum innatum in omnibus elementaribus corporibus, esse calorem temperamenti: inquiens. *Hactenus habemus in omnibus compositis ex elementis esse calorem temperamenti; cuius est continere temperamentum; quia in suo esse habet similaritatem, & calidi est congregare homogenea*: Postea verò hanc conclusionem ab eo substituendam ponendo, inquit. *Accipite modo hanc conclusionem, quòd iste calor prædictus est ille calor, qui dicitur innatus, & sit conclusionis probatio talis*, quam probationem ita constituit. *Illud calidum, à quo prouenit omnibus esse, & viuere, & quo alterato, alteratur in omnibus esse, & viuere est calor innatus, quia iste calor, qui hæc præstat, debet à primordio generationis inesse quibuscunque vsque ad illorum destructionem. Sit minor talis; sed illud calidum, à quo omnia talia proueniunt, nihil aliud est, quàm calidum temperamenti. Ergo calidum temperamenti est calidum innatum*. Reducit verò hoc argumentum, & hunc syllogismũ ad hunc breuiorem syllogismum. *Illud in quo constat esse, & viuere verum est calidum innatum, sed ita se habet de calido temperamenti. Ergo est calidum innatum*: & hunc ait cõmunem esse omnibus tum animatis, tum innanimatis, cum pur redo Aristot. sententia, corruptio sit communis mistorum, tam animatorum, quam innanimatorum proprij, & natiui caloris. Quocirca statuit calidum innatum esse calorem temperamenti calidi, & humidi. Subinde vero causam reddit cur in animatis corporibus temperamentum debeat esse humidum, exarans *Si calor continet similaritatem mixti, in quo sunt omnes qualitates, cur potius dicitur in humido, quam in sicco: Ratio generalis*

A *talis est haec. Debet calor temperamenti continere elementa in misto temperata, hoc praestare debet potissimum sibi coniungendo illam qualitatem, quae magis facit ad hanc unionem elementorum, talis autē est humiditas, quia est veluti gluten, quo seruantur coniuncta illa, quae sunt congregata, & est ratio terminationis aliorum, quae de se sunt difficulter terminabilia. Ita dicebat Aristoteles, terra sine humido non posset constare, sed oportet illam humido contineri. Quandocunque enim humidum omnino ex illa auferatur, decidet: Cum igitur ex duabus qualitatibus passiuis humiditas sit illa, quae facit ad terminationem, & continentiam misti, necessarium est calidū, quod debet continere illam sibi associare.* Hoc autem facto, cap. 3. quaerit cur in corporibus animatis calido temperamēto humidum iungi debeat temperamentum; inquiens: *In animatis modo habet humidum aliud opus: Illud autem opus, vniuersaliter loquendo, est agere ad vitam animati; agit autem ad hoc primo per nutritionem; abolita enim nutritione, actum est de vita animati. Quare calidum ad alium vsum sibi in animatis humidum, adiungit; debet enim fieri conseruatio animati per nutritionem, Nutritio fit per concoctionem alimenti. Et concoctio alimenti, quae facit ad nutritionem, est praecipuē elixatio, quae elixatio fit per calidum & humidum &c. Associat igitur sibi calidum humidum.* Illico vero alio argumento probat calidum
B innatum esse calorem temperamenti calidi; & humidi; cum vita in calido, & humido cōstet tēperamento, depromens *Vita vero dicitur posita in calido, & humido* & ratio est, quia plurimae, & variae operationes ad vitam requiruntur; sicuti etiam ad idem diuersitas partium pro varijs fungendis muneribus desideratur: postrema vero actio est assimilatio partibus nutriendis facta per actionem proprij caloris harum partium; ergo calor naturalis humido iungi debet; vt beneficio eius caloris, omnes animati corporis actiones effici possint, ad vitam conseruandam.

CAPVT XX.

Calidum innatum quid sit ex Caimo.

Calidum innatum quid sit ex Caimi sententia.

C EX alia vero parte Caimum video, affirmantem calidum innatum esse substantiam aeream, & aqueam mollem, vt mollem; vel spiritum, Hippocratis, & Galeni sententia; sic exarans: *Ex dictis veram essentiam innati calidi colligere possumus, dicentes, ipsum nil esse aliud, nisi mollem, & aeream, aqueamque substantiam in semine primum, & sanguine menstruo existentem, mox ex semine, & sanguine conflatam, & viuentium corporibus, & partibus omnibus inditam, vt constituentem ad vitam excipiendam, vitaeque operationem omnem obeundam. Nam ipsa viuentium corpora, & particulae omnes ex innato calido constituuntur, vt conflata ex semine, & sanguine menstruo, e quibus solis à primordio constant, sed temporis lapsu ob succedentem exiccationem in partibus, vt supra declarauimus, fit adiectio aduentitiae substantiae terrestris, ac durae, vt viuentium corpora non includant solum innatū calidum, sed substantiam etiam differentem, & vitae parum consentaneam, illud tamen includant tanquam partem potiorem, eorumque naturae magis accomodatam.* Vnde duo constituit Caimus; nempe temperamentum calidum, & humidum, ceu partem calidi innati meliorem, seu potissimam vitae conseruandae inseruientem, & magis naturę corporeae accomodatam; atque huius calidi substantiam aeream & aqueam, vt mollem, vitae parum consentaneam, naturaeque corporeae minus accomodatam. Postea vero hoc calidum partibus cunctis insitum esse affirmat, cuius proprium
D est molle esse; dum inquit. *Haec est natura calidi innati, cuius propria est mollities. Vnde Plato eam vocauit molem teneriorem, quia quo mollior est, & humentior, eo spirituosa magis, agente semper calido in humidum illudque in tenuem, & vaporosam substantiam adigente, praeterquam quod ipsum etiam humidum suapte natura, est spiritu refertum, vt de seminali dixit Aristoteles. Haec spirituosa substantia humido primigenio inhaerēs, est spiritus ille insitus ab auctoribus adeo celebratus, qui partibus omnibus corporis est impactus, non vagus, non fluens, sed permanens, & inhaerens, calidumque innatum perficiens.* Quocirca quatenus calidum innatum ab ea spirituosa perficitur substantia, ideo calidū id insitum iure spirituosa appellatur substantia: Ex quo, *Hunc vocat natiuum spiritum Galenus quinto de simp. med. & hoc nomine calidum innatum insinuari affirmat, & veluti etiam nomine, seminalis substantiae, simulque aereae cum spiritu coniunctae, vt primum nomen potiorem partem calidi insinuet quo ad nomen secundum vero integrum aggregatum tum ex ea spirituosa substantia, tum ex temperamento emergens vniuersamque essentiam denotet. Ita fit, vt liceat dicere hoc calidum esse spiritum insitum. & id molle illa substantia inseparabilem, a primordio in ea genitum, assidue regeneratum, assidueq; regenerandum, a vi calorifica in humidum operante: & praeclaram hanc sobolem, & vitae tantopere amicam perpetuo producente.* Postea vero declarat calidum cordi insitum, hoc modo. *Ac ratione quidem contenti spiritus ipsum dicitur perennē habere motū partim foras, partim intro, partim ad centrum, partim ad circumferentiam, quatenus tamen hic spiritus consideratur vi calorifica imbutus, qui motus proprius est cuiusque flammae in sua materia hoc semper modo commotae vt docet Gal. in lib. de rigore, ac tremore, & in libro de vsu respirationis, &c.*

CAPVT

 A

CAPVT XXI.

Cremoninum, & Caimum vtrunque de calidi innati nomine, & essentia optimè dixisse, substinetur.

Cremoninum, & Caimum æquè de calido innati nomine & essentia rectè censuisse, sed differentes; quia Cremoninus vt Philosophus, & Caimus vt Medicus calidum innatum considerarunt.

AVtores autem isti eximij, pro eorum dignitate, & sapientia nullo vnquam encomio satis laudati, licet dissonantes videãtur, nihilo minus, (me quidem iudice) de calidi innati nomine, & essentia vel nihil, aut parum interesse discrepant. Quãdo quidem Cremoninus ait calidum innatum esse calorem temperamenti elementaris calidi, & humidi: sed dum inquit *temperamenti* tunc certè vnã cũ temperatura calida, & humidã includit etiam substantiam, cui ea inhærescit temperatura; cum temperamentum assumat, vt accidens in concreto, substantiæ vinctum, non autem in abstracto, à substantia separatum, quia dixisset temperaturæ, non autem *temperamenti*; Cum itaque statuerit calidum innatum esse calorem temperamenti calidi, & humidi: ergo constituit calidum id temperamentum esse substantiale, & spirituosum. Ratio vero cur hoc temperamẽtum vocauit, est, cum nomen, rei essentiam denotare debeat, & rei essentia nonnisi à rei fine, seu vsu desumatur; ideo nomen calidi innati tantum à calidi ipsius fine, & vsu exhauriri debet; sed ex Cremonino vsus calidi innati est ad vitam conseruandam, quæ conseruatio in temperamento calido, & humido constat: proinde calidum innatum, temperamentum calidum, & humidum esse patet: Vnde vir iste vt perfectus Philosophus peroptimè ratus est. Caimus vero non modo vt perfectus Philosophus, verum etiam vt eruditissimus Medicus existimauit, calidum innatum substantiam esse spirituosam, mollem, calidam, & humidam, quia etsi primam partem, & potiorem pro vitæ muneribus obeundis, temperamento consignarit calido, & humido; non tamen à temperamento eo calidum innatum denominate voluit. Verum à substantia huius calidi innati, à qua id perficitur, Hippocratis decreto, & Galeni confirmatione, calidum hoc appellare dignè censuit: Ea propter rectissimè Vir iste de calidi innati nomine, ac essentia, iudicauit. B C

CAPVT XXII.

Cremonini, & Caimi opinio de calidi innati nomine, & essentia conciliatur.

Calidum innatum Animæ primum instrumẽtum.

Calidum innatum primum instrumentum naturæ prolificę est & formatricis facultatis qui vt elemento stellarum respõdet ingenitus à Galeno vocatur.

Calidum innatum primogenitum cordi insitum.

Calidum innatum cunctis partibus insitum.

Calidum innatum triplex nẽpe & ingenitũ & primogenitũ. & in partib. insitum in Arte medica relatũ non à temperamẽto sed à sua substãtia nomen & essentiam assumit

De calidi innati nomine, & essentia Caimi, & Cremonini opinionis conciliationem efficit promittitur.

CVm autem vterque istorum Autorum, vnus vt solum Philosophus, alter vt Philosophus, simulque Medicus, optimè de calidi innati nomenclatura, & essentia arbitratus sit: Idcirco horum has duas opiniones in vnicam conciliare tentabo sententiam. Nam calidum innatum ne dum Animæ primum reperitur instrumentum, pro vita viuentis corporis tuenda; sed etiam naturæ prolificæ seminis proportione respondentis elemento stellarum primum est Instrumentum, ante Animę deductionem, vt quoque ante corporis animandi organizationem, calidum hoc ingenitum iure à Galeno vocatur. Aliud vero quod Animæ primum habetur instrumentum, duplex est, vel enim cordi insitum, motuique caloris innati perenniter ab Anima præstato, etiam opemobilitatis eius caloris, à vi colorifica pendentis destinatum; & calidum hoc primogenitum dignè nuncupatur, cum ante membra omnia genitum fuerit, immo id ex eo ingenito oboritur calido. Aliud autem calidum est cunctis partibus insitum. Hæc autem tria calida innata omnes corporis viuentis operationes tam in specie, quam in singularibus omnibus complent, quatenus instrumenta subordinata Naturæ, & Animæ sunt; sed quoniam Natura, & Anima dum his vtuntur calidis, necessario etiam horum calidorum substãtijs spirituosis vtuntur; ergo isthęc omnia calida ab eorum substantia spirituosa denominari debent: Quocirca Galenus calidi innati nomenclaturam assumpsit, ratione finis huius calidi: cum autem finis calidi ingeniti sit in corporis animati generatione corpus organizare, sed cum calor ille, vt facultatis formatricis instrumentum, corpus id organizare nequear, nisi vt spiritus calidus, & humidus, ergo calor ille naturalis ab Aristotele etiam spiritus vocatur elemẽto stellarum proportionatus: sic etiam alia duo calida ad vitam corporis animati tuendam cum suas efficere nequeant functiones, nisi hæc perfecta sint sua substantia spirituosa: ergo Caimus optimè dixit: Nec tamen à Caimo ipso nisi parum Cremoninus distare videtur: si consideraueris Cremoninum vitam in calido, & humido constare temperamento existimasse, ad nutritionem, & concoctionem vitæ inseruientem destinato, vt purus Philosophus: & si ad vitam conseruandam in calido & humido temperamento vita insit etiam circa perennem calidi cordi insitum motum se habens; quod à Medicis considerari debet, non autem à Philosopho: Eamque sanè ob causam non difficilè mihi erit hos duos conci- D

A conciliare autores: quia idem subiecto, re, & ratione, & primario, & secundario censuerunt; quia Cremoninus dixit duo, vnum enim expressit, alterum vero supponitur: cum temperamentum calidum, & humidum expresserit, in quo huius calidi temperamenti substantia supponitur spirituosa, alioquin vir iste non bene asseruisset; Ideo temperamentum calidum, & humidum substantiale, spirituosum esse calidum innatum ratus est. Camus vero quo ad nomen in oppositum censet, quo ad essentiam vero idem iudicat; Quoniam ipse vult temperamenti calidum, & humidum potiorem habere partem ad vitam tuendam; huius temperamenti vero substantiam spirituosam minorem possidere partem pro vitæ muneribus obeundis: Vnde quo ad essentiam hi duo scientificè conueniunt simul, quia conuertibiliter omne calidum partibus insitum, est etiam substantia spirituosa naturalis partibus insita, & omnis substantia spirituosa naturalis partibus insita, est calidum partibus insitum: ideo, & Cremoninus, & Camus quo ad essentiam & subiecto, & re, & ratione, & primario, & secundario pro vita tuenda agendi calidi innati conueniunt. Ideoque tantum quo ad nomenclaturam dissident: quia Cremoninus calido innato vt Philosophus nomenclaturã constituit, ab eo calido primario se habente in actionibus vitæ tuendæ agendis: Camus vero non à calido eo primario existente eius calidi nomen
B assumit, sed ab eius substantia secundario considerata in vita cõseruanda; Vnde non ab eo, quod primario agit, nomen assumit, sed ab eo, quod causa est perficiens agens; nam propter vnũquodque tale. & illud magis tale; si itaque calidum innatum agit propter eius substantiam; ergo, ab eius substantia, non autem ab eo ipso, denominari debet temperamento.

Cremonini opinio examinatur de calidi innati nomine, & essentia.

Camus optime consideratur de calido innato nomine, & essentia.

Cremoninus & Camus quo ad calidi innati essentiam subiecto, re, & ratione, & primario, & secundario conueniunt.

Tamẽ isti quo ad modum cõstituendi nominis, dissentiunt.

CAPVT XXIII.

Calidum innatum à Galeno vt sapientissimo Medicinæ professore optimè ab eius substantia essentialiter denominatum esse manutenetur.

C QVoniam Philosophi, & Medici quo ad calidi innati essentiam conueniunt; quo ad nomenclaturam vero eius distant; cum illi à calido innato, isti autem, à calidi huius substantia propria, calido innato nomen imposuerint. Ideo Gal. 1. aph. 14. ait. *Nam ad qualitatem nomen calidi innati transferentes conantur ostendere, hanc esse vehementiorem iis, qui in ætatis vigore consistunt: Verum Hippocrates non ad qualitatem, sed ad substantiam refert id nomen:* Proinde sicuti Philosophi vt ad speculatiuam incumbentes scientiam, de hac nominis impositione, benè censuerunt; ita quoq; Hippoc. & Galenus quatenus Arti Medicæ operatiuæ studentes, & decreta consignantes, de eadem re exquisitè affirmarunt: Vnde nisi perperam se gesserant illi, qui circa hanc rem Galenum carpere ausi sunt. Quandoquidem licet Galenus etiam vt speculatiuus Philosophus, innatum considerarit calidum, vbi ait illud Animæ primum esse instrumentum, eique subordinatum: Attamen id solum pro partis Medicinæ factiuæ tum principalis tum speculatiuæ maiore fecit dilucidatione: Nam ipse vir præsertim innatum desumere tenebatur calidum, vt Medicus dogmaticus operatiuus, in eo quòd calidum illud ad Artis Medicæ opus; & finem tantum limitetur, & non aliunde: Ideò cogebatur id assumere calidum, vt corporeum, sensibile, & salubre per se: At verò cum calidum hoc quatenus tale est, in secundo modo dicendi per se, & per substantiam
D calido innato propriam, & subiicientem solum eius essentiam, & vim acquirat; vt cætera etiam accidentia hoc eodem modo per se talia sunt: ergo Galenus à substantia propria subiectiua sua, innatum denominare debebat calidum, vt corporeum, sensibile, & per se salubre, prout ea substantia huius calidi perfectiua, conseruatiua, & restauratiua sit; quia calidi eius perfectio conseruatio & restauratio apud Medicos hoc modo præstatur.

5. de 5 medic. facul. c. 9.

Verum quia doctrina hæc generalis habetur, ideo hæc sigillatim calido tum partibus insito, tum primogenito, tumque ingenito coarctari debet; cum hæc tria calida tantum ab eorum propria substantia spirituosa perficiantur, conseruentur, restaurentur, & vndique regantur, vt videbis.

Philosophi. & Medici circa essentiam calidi innati conueniunt, circa eius nominis impositionẽ discrepant.

Innatum calidum nõ à qualitate sed à substantia denominatum est, ab Hippocrate & à Galeno, & optimè.

Calidum innatum esse huiusmodi tale recipit à sua substantia vt à suo subiecto, in secundo modo dicendi per se.

Hæc tria calida innata à sua propria substantia spirituosa perficiuntur cõseruantur restituũtur, & regũtur.

A

CAPVT XXIV.

Calidum partibus insitum, naturalibus inseruiens actionibus, ab eius substantia essentialiter denominari debere, ostenditur.

Calidum partibus complantatum naturalib. actionib. deseruiens à sua substantia denominatur.

Calidum innatum triplex nēpe seminis fecundum, & cordi complantatum primogenitum dictū, & partibus insitū, ab aliquib. mēbrale vocatum declaratur per eius substantiā. Sed hic vndiq. membrale dilucidatur.

Calidum innatum membrale omnia eius munera efficit rōne suæ substantiæ tātum actu calidæ, & viuidæ in Arte medica.

Calidum innatum membrale suas actiones efficere potest, in Arte medica cōsideratū, vt corporeum, sensibile, & salubre per se, & vt substantiale; vnde non est qualitas, nisi primario substantialis qualitas sit.

Calidi innati mixtum, à Philosophis ex quatuor elementorum qualitatibus consideratur; à Medicis ex quatuor elemētorū substantijs accipitur.

Calidum innatum nedum potentiale est, sed etiam actuale, respectu eius substantiæ.

Calidum innatum vt substantiale duplicem hēt formā, nēpe similarē, ac dissimilarē; similaris .n. forma est temperamētum calidū & humidū dissimilaris vero ē sapor dulcis mitè, vel suauiter. Calidi innati dulce mite, & suaue à substātia terrea, oleosa, pingue, & euaporabili fit. Calidū innatū omnib. modis acceptum sua spirituosa substantia perficitur, & regitur, ad suas actiones agendas, & etiam regignitur, seu reficitur & deperditur.



Vm autem antea tria innata haberi calida iam statuerim, hoc est calidum cunctis partibus insitum, & membrale quoque à nonnullis vocatum, & primogenitum cordi insitum, & per se mobile; nec non ingenitum ante Animæ ingressum existens: Et quia illud primum maxime corporis nutritioni accomodatū inspicitur, aliud verò cordi complantatum ante Animam primogenitū, & Anima ipsa iam deducta, omninò perfectum exactè factum, spirituum vitalium, & consequenter etiam spirituum animalium generationi deseruiens existit; Ingenitum autem ad corporum prolificationem, generationem, simulque organizationem incumbit, & vtrunque per fectum conseruatum, & gubernatum ad corporea opera obeunda, nisi eius substantiæ beneficio cernitur. Ideò in primis à notiori, ab eo calido omnibus partibus insito, declarando, exordium desumam; demonstraboque id, non ab eo ipso, sed ab eius propria substantia nomenclaturā acquirere debere. Quandoquidem si ei alimenti alteratio, digestio, concoctio, distributioq; administranda assignata fuerit, nec non denique partium nutriendarum assimilatio agenda data sit, quomodo quæso alimentum sensibiliter, & salubriter, quo ad Artis Medicę factiuę cognitionem alterare, coquere, distribuere, & assimilare potest, sine eius spirituosæ substantię operis, cum ibi calidum partibus insitum isthæc sua præstate valeat munera, tantùm quatenus corporeum, sensibile, & salubre sit per se, At vero illud corporeum, & sensibile, simulq; salubre per se esse nequit, nisi eius substantiæ associetur, ergo calidum id tantum eius substātiæ annexum his suis fungi potest officijs. Maior patet ex fundamentis antea allatis, vbi ostendi in Artis Medicæ parte principali omnia certa esse vt corporea sensibilia. Minor vero ex se clara habetur, quia calidū innatum vt accidens corporeum esse nequit, nec sensibile, nec salubre, quin tale sit ob eius substantiam in secundo modo dicendi per se; Vnde videmus calida tantum potentialia, sensibilia, & sensata simul effici non posse, nisi per qualitates substantiales gustabiles in se ea potentialia habentia calida; vt de facultate amara castorei iam dixi in se calidam possidente qualitatem potentialem, quæ sensibiliter actu calida fit in lingua, mediante ea castorei amaritudine: Quocirca sicuti Philosophus speculatiuus mixtum considerat ex quatuor elemētorum qualitatibus conflatum, ita Medicus factiuus mixtum recipit, varijs substantijs elementorum sensibilibus refertum. Ea propter mixta omnia vt substantialia desumit: Calidum itaque innatum nonnisi substantiale assumit, ac etiam vt substantiale, & recipere, ac denominare debet; Præterea calidū innatum actuale est, non autem solùm potentiale, vt consideratur à Cremonino; sed vt actuale etiam sensibile percipitur, & id tantum vt substantiale, ergo vt substantiale appellari debet: Verum quoniam calidum innatum vt substantiale duplici modo se habet, Ideo etiam geminā continet formam substantialem vt corpus mixtum est: Quandoquidem vel vt corpus similare inspicitur, ac tunc calidum, & humidum est: vel vt corpus dissimilare, & sic est suaue, seu mitè dulce: & ambabus his formis substantialibus ita decoratur, vt suam completam obtineat naturam corpoream, sensibilem, & salubrem; ergo illud calidum ab eius substantia denominari, iustū est. Quomodo amabò sanitatis tenor sensibilis in corpore humano percipi valet, in calidi innati suauitate constans, nisi substantiæ calidi huius auxilio? cum dulce id mitè, & suaue duntaxat à substantia terrea euaporabili, pingue, & oleosa emergat. Eamque sanè ob causam, quia omnibus modis calidum ita acceptum innatum, sua spirituosa perficitur, & gubernatur substantia, ad omnia eius possidenda munera; ergo id à sua substantia perfectiua, & gubernatiua denominationem acquirere debere, æquum est. Cæterùm sicuti calidū illud dignè à sua substantia, ob eius perfectionem, & gubernationem denominari debet: sic etiam ab eadem appellari, honestum est, quatenus à substantia eius, nouo semper nutrimento reficienda, seu regeneranda, quotidiè conseruatur, & regitur. Vnde Galenus iure iubet. quòd *virium* calidi insiti *substantia quæ tum ex spiritu, tum ex carnosa specie, tum ex solidis partibus completur, ex ijs quæ similia sunt, custodienda conueniet*; Quam certè ob rem calidum insitum suis viribus decoratum, nunquam in suo esse naturali in qualitate, & quantitate conseruari potest, nisi eius substantiam custodiamus: Ex quo scitu dignum esse inuenio, quòd quemadmodum tres calidi insiti substantiæ sunt, aereæ, & spirituosæ, nempe spiritus, partes solidæ, & species carnosa, vt etiam dixi cap. 15. quæ speciei seorsum disiunctæ sunt, ita quoque calidum innatum ex tribus proportionatis gigni debeat substantijs, nimirum ex spiritu seminis fœcundo, ex semine ipso, & ex sanguine menstruo; vt sicuti ex quodā triangulo illud calidum exoritur; ita etiam in quodam triangulo, his tribus materijs respōdere,

Gal. li. de palpitatione c.6. Gal. 6. epid. cō. 3. t. 18. & 5. de simp. med. fac. c.6. & c.9. 6 ep. com. 5. tex. 5.

B

C

D

11 meth. med. c.5. & 11. meth. c.6.

calidum

A calidum id suis viribus conseruetur; vnde quia hic triangulus est substantialis, ergo calidum in-
natum in eo triangulo conseruandum à sua substantia nuncupationem desumere cogitur. Nam
seminis prolificus spiritus materia est calidi cordi insiti, per se mobilis, & primo geniti appel-
11. Meth. c. 3. lati; quod spiritus et cordi complantatus vocatur, qui vt ait Gal. custoditur *ex respiratione, ac*
transpiratione, & qui ex sanguineo alitur vapore. Semen vero est, ex quo omnes spermaticæ gene-
rantur partes solidæ quoque appellatæ, quæ manutenentur *ex solido nutrimento*. Ex sanguine
vero carnosa species emergit, quæ conseruatur *per eam naturam, quæ in medio humidorum, & soli-*
dorum corporum est: Quocirca sicuti variæ sunt calidi innati substantiæ, in suis virib. custodiẽdę,
ita etiam varia exoptant alimenta, sibi propria: Ideo quia tres sunt substantiæ spiritosæ huius
Ibidem. calidi; tria quoq; specie distincta quęrunt alimenta, pro eo innato alẽdo calido. Neq; deest alia
ratio, qua ostendi possit, calidum innatum, vt temperamentum humidũ ab eius substantia no-
menclaturam desumere debere, non aũt ab ipso calido. Nam ei calido humidũ naturale pingue
& oleosum semper iungi tenetur, vt infra ostendam, sed illud nec pingue, nec oleosum conspici
Ibidem. põt, nisi ob eius substantiam pinguem, & oleosam; ergo calido innato humidũ naturale, & ori-
B ginale vt substantiale assiduè annexum habetur; quatenus ergo calidi humidũ quotidie substã-
tiali alimento restaurandum est, à substantia regitur. Quocirca non modo calidum id, vt calidũ
sed etiam vt humidum substantiale est; Ideòq; à substantia quoq; vt humidum denominari cõ-
gruum est. Vnde perpende Medicum calidum insitum accipere vt salubre custodiendum in sua
perfectione, ac ita est substantia, quia per conseruationem calidi substantiæ calidum innatũ cu-
stoditur; Rõ aũt principalis nunc assignari dẽt, cur Philosophi, & Medici conueniant simul quo
ad partem principalem calidi innati, pro officijs fungendis, ad vitæ munera obeunda, asserentes
oẽs illi eam partem potissimam temperamentum quidem esse: Attamen differant quo ad nomi
nis calidi innati impositionem: Nã ea vtriq; rõ est, quia finis varius, variã quoq; nominis refert
acceptionem: cum finis rei essentiale nomen, ac ẽt eam essentiam regat: cum itaq; philosophus
nullum externum intendat finem, & non nisi rectam adipisci cognitionem intelligat demõstra-
tiuam, absolutè consideratam; proinde res oẽs absolutè à sua essentia formali denominat: Medi
cus vero in oppositum externum habet finem, vt vidisti: Vnde oĩa vt salubria, vel insalubria per
pendet: Ideò calidum innatum vt per se salubre custodiendum, vel vt per accidens insalubre re-
stituendum, recipit: cum aũt illud custodire nequeat, nec restituere, nisi prius huius substantiã
C subiectiuam, perfectiuam, conseruatiuam, vt restauratiuam, simulq; gubernatiuã custodiat, vel
restituat: Proinde non temperamentum, vt primam essentiam assumit, sed eius substantiam des-
sumit, vt principalem partem salubrem, vel insalubrem custodiendam, vel restituẽdam; qua cu-
stodita, aut restitura, necessario quoq; temperamentum suum custoditur, vel restituitur: Ideòq;
rectè Gal. vt Medicus, à substantia, tanquam à prima parte salubre, vel insalubre, modo narrato,
calidum innatum denominauit: sed video aliquem obijcientem, quia & temperamentũ, & sub
stantiã calidi innati principalem constitui partem, à Medico receptam vt salubrem, & insalu-
brem, alioquin ad Medicum non pertineret. Cui respondeo, vtranq; calidi innati partẽ exactio-
rem esse vt salubrem, vel insalubrem, aut principalẽ, nã respectu diuersorum vtraq; pars potior
esse valet: quia temperamentum potissimum est salubre, vel insalubre, ad vitæ salubris, aut insa-
lubris corporea oĩa præstanda beneficia. Temperamenti verò huius substantia meliorem, & po
tissimam se habet, vt salubris, vel insalubris quo ad custodiam, vel restitutionem huius calidi fa
ctam, seu efficiendam, prius ea substantia custodita, vel restituta, vt subiectiua, perfectiua, cõser-
uatiua, restauratiua, & gubernatiua calidi innati: quoniam neq; aer ambiens temperamenti m
D salubre, vel insalubre in nobis introducere valet: quin prius substãtiam ipsam calidi innati alte-
ret, atq; transmutet, & ita prius eã alterando, seu transmutando substantiam, etiã secundario ca-
lidum innatum temperamentum alterat, nec non transmutat. Idcirco in eo quòd ea substantia
illud regit temperamentum, tum in id custodiendo, tum restituendo, secũndum virium robur,
vt potissima virium calidi innati substantia: ergo summo iure ex parte ipsius substantiæ cali-
dum innatum denominari debet.

Calidi innati spiritus substantialiter custoditur, ac reficitur & ex quibus.
Semen est ex quo omnes partes solidæ, seu spermaticæ generantur quæ ex calido conseruantur nutrimento.
Ex sanguine est carnosa species sit menstruo.
Calidi innati substantia siquidem triplex est; ita ista substantia in suis virib. custodienda tria quærit alimẽta.
Calidum innatum substantiale est, ratione humidi radicalis pinguis & oleosi.
Calidi innati humidum radicale substantiale à substantia elementali restauratur.
Calidum innatum per conseruationem suæ substantiæ custoditur.
Ratio cur Philosophi & medici differant inter se; circa impositionem nominis calidi innati; & conueniant quoad essentiã eius.
Obiectio.
Responsio.

CAPVT XXV.

Calidum cordi insitum per se mobile, primario vitalibus; secundariòque animalibus accommodatum actionibus, à sua substantia essentialiter appellari debere, ostenditur.

SEcundum aũt calidum propositũ, à me primogenitũ iure vocatum, cũ ante perfectã corporis organizationẽ, id facultati formatrici seu organizatrici iunctũ, genitũ fue rit; atq; ante Animæ aduentum conflatũ sit; Anima vero introducta, illud suã postremã perfectã acquisiuit essentiam. Hoc aũt, ceu spiritus cordi insitus sua natura assiduè mobilẽ est, & sua spõte intro, & foras, sursum, ac deorsum, & his duob. motib. inuicẽ cõ-
Gal. 6. epid. c. 5. cont. 1. trarijs calidũ id primũ agẽs est, in nobis corporeũ, sensibile, & salubre; *cui oĩa corporea opera tri-*

Calidum primogenitum cordi insitum qui idẽ spiritus est sua sponte semper mobilis intro, & foras; vt primum agẽs corporeum sensibile, & salubre.

buit Hip. vt inf. videbis: Ex ijs aũt duob. motib. vnus, perẽnis cõsurgit motus reflexiuus, propoc- A
tione respondens motui perenni circulari stellarũ; Nã sicuti totus hic, simplici, assiduo, circulari
motu, magnus regitur mũdus: sic ẽt eo calidi cordi insiti motu perẽni reflexiuo sua vi calorifica
vigente, paruus hic humanus gubernatur mũdus, michrocosmus nũcupatus; pro vt in eo spiritu
sit quædã natura mobilis proportione respõdens elemẽto mobili stellarũ, nõ autem vt ethereus
nec lucidus: Proinde tandiu viuimus, agimus, & cõseruamur, quãdiu tm̃ calidũ illud mouetur;
Illico, n. eo motu cessante, vita quoq; nostra necessario terminatur: queãdmodum ẽt vita incipit,
corpore iã optimè organizato, & Anima iam ingressa, quãdo calidum recensitum, vt primus mo
tor corporeus omniũ actionum corporeatũ, moueri incipit: Causa verò cur motus ipse nõ motu
circulari, sed reflexiuo motu se habeat, est, quia tm̃ corpora cęlestia contrario carentia, & incorru
ptibilia motu simplici circulari mouentur: cætera vero corruptibilia perenni motu mobilia mo-
tu reflexiuo, ex duobus motibus, cõposito mouẽtur. Quocirca illud calidũ mobile, primus quidẽ
motor corporeus in corde existit, qui vice motus circularis perpetui cęli reflexiuũ, & rectũ, toto
vitæ hominis periodo, & perennẽ possidet motũ. Eamq; sanè ob causã iure merito Hipp. & Gal.
cestati sunt, huius substantialis calidi essentiã mobilitatẽ perennem quidẽ ac successiuam esse re-
flexiuã; ideo calidum id nonnisi spiritum esse, vt alibi ẽt dixit, qui *prima sua ratione, spõte mouetur:*
atq; hoc potissimũ ad actiones indiget. Proinde eius essentia tantum in esse successiuo, & perdurante
illius motus introspicitur; At vero quoniã calidum illud mobile ad eius perennem agendũ mo-
tũ non sufficit, cum requiratur motor eius, qui duplex est, sicuti calidum illud instrumentũ pri- B
mum subordinatum esse põt, & Naturę, & Animæ, vt suo loco ostendam: sed eò, quia illi duo mo
tores ad philosophum naturalem sua speculatione pertinent, sicuti etiam Gal. vt philosophus ra
lis fassus est, calidum innatũ Animæ instrumentum esse; Cum itaq; Gal. calidum insitũ vt Medi-
cus operatiuus; qui Philosopho naturali credere debet, vt Auicennas cognouit, desumpserit; id-
circo ait: *calorem autem non acquisitum, neq. animalis generatione posteriorẽ, verũ ipsum primũ, pri-*
mogenitum, & insitum. Ac Natura sanè, & Anima, nihil aliud q̃ hic existit. Quare si substantiam per
se mobilem & semper mobilẽ ipsum intelligas, haud errabis. Cum ibi Gal. Animam vt primum mo-
torẽ incorporeum speculabilem, & eum calorẽ viuum & animatũ mouentem supposuit; simili-
ter ẽt supposuit Naturam, tanquam nostræ creationis autorem, & gubernatorem primum cor-
poreum ex Hipp. decreto, quæ non nisi calidum innatum est, spirituosum, vt ẽt Aristo. fassus est:
quatenus in spiritu seminum fęcundo quædã insit natura proportione respondens elemento stel-
larũ, quæ postea in spiritu cordi insito manet, & ne ociosa sit, semper in eo spiritu residet, qui mo
bilis est sua vi calorifica: non tamen eum mouet spiritum, cum sola satis sit Anima ad eum mouẽ
dum spiritum, sed Natura ipsa viget ad semen prolificum dispositiuè reddendum: Quapropter
Gal. ex Hipp. decreto cõstituit calidum illud cordi insitum declaratum, ad omnia corporea ope C
ra agenda, & id ait substantiam esse sua sponte mobilem halituosam, calidam, & humidam, tan-
quam primum agens corporeum, seu primum autorem, vel motorem corporeum sensibilem, &
salubrem per se: Cum calidũ hoc isthæc omnia corporea opera præstare non possit, nisi eius sub-
stantiæ ope, vt sigillatim demonstrare conabor. Ergo iure merito calidi huius insiti nomẽ impo-
nendum est, ex parte suæ substantiæ, quæ ne dum calidum illud, in his corporeis operationibus
administrandis, perficit, verum etiam regit, conseruat, & in suo viuido robore manutenet, & re-
staurat. Quandoquidẽ si spiritus ille sua vi calorifica mobilis est, non quidẽ vt accidens per se, &
semper mobilis cõspicitur, sed vt substantia: Cũ accidentis essentia sit, substantię inhęrere, vnde
accidens nunq̃ mobile est nec moueri põt, ni ratione eius substantię subiectiuæ, & perfectiuæ mo
bilis ꝑ se; si ergo calidũ illud vt tẽperamentũ calidũ, & humidũ, ꝙ accidẽs est mobile inspicitur,
non quidem mobile esse valet, nec actu moueri, nisi pro vt eius substantia spirituosa, & halituosa
sua natura, & primo primitate essentiali mobilis sit, ergo à sua substantia calidũ id denominari
debet. Neq; huic instituto obijcere poteris, inquiẽs, spiritus cordi insitus mobilis est, ob caloris
eius vim actiualẽ calorificã, ergo ab ea vi calorifica calidũ hoc suã apprehendere debet nomen-
claturã; qa respõdeo calidũ id denominari debere, ex parte illius ꝙ sua essentia mobilis est, & ꝙ
corporeũ, sensibile, & salubre est: nõ aũt ex parte causę efficiẽtis illius mobilitatis, ergo patet no D
strũ constitutũ verissimũ esse. Præterea, cũ in eo motu reflexiuo, ad vitæ munera assidue obtinẽ-
da, spiritus ille sursũ attollatur, tũ ad semper genitas expellendas fuligines, tum ad frigidum, &
nouum recipiẽdum aerem, tanq̃ eius pabulum, dum subinde deorsum accedit, intro aũt moueã-
tur ad eum recipiendum, & attrahendum pabulum ad eius principium in cordis profundo resi-
dẽs; Proinde si spiritus ille substãtiã à se dissimilẽ, & sibi inimicã, nẽpe fuligines reijcit, aliã vero
substantiã sibi similem potentia, ceu eius nutrimentum recipit, nõ quidem vt tẽperamentũ cali-
dũ substantiale isthæc facit munera; sed quatenus substãtia spirituosa aerea calida & humida, vt
mobilis per se habetur; ergo calidũ illud tm̃ ex parte suę substãtię nomẽ acquirere, honestũ est.
Insuper spiritus ille insitus à Gal. vocatus, essentia quidẽ est facultatis vitalis, cũ sit ortiũ vitaliũ
substantia secundũ plures, & maximos Medicos Antiquiores, vt ait Gal. quoniam spiritus ille,
vt calidum primogenitum cordi complantatum, à cordis substãtia per arteriarum tunicas eius
vim pulsificam, & vitalem simul, influentem transmittit, concurrente quoq; spiritu vitali per ar
teriarum sinum, tanquam corporea mole, qui spiritus vitalis, beneficio illius calidi cordi insiti
hali-

Et l. 1. de victus ratione p. 307. Calidum id suo motu perenni reflexiuo proportione respõdet elem[ent]o mobili circulari stellarum.

Hipp. 1. de diæta in Foes. à p. 303. vsq. ad 312. Hip. lib. de carnibus in Foes. interprete p. 208. & 209. & Gal. l. de palpita. c. 6. & de vsu pulsuũ c. 2. & c. 3. & 6. epid. com. 4. tẽt. 25.

Lib. 1. de victus ratione citato p. 306. & 307. Lib. de palpitatione, tremore, conuulsio: & rigore c. 6.

5. De simp. me. facul. c. 9.

Lib. de palpitatione c. 6. Lib. 1. f 1. c. de elemẽtis in principio ex pitis. & e de complexionibus.

9 De dec. Hip. c. 8. & 6. epid. co. 5. com. 5. 2. de gen. Anima. c. 3.

Calidum id sua natura mobile substantia est. Ergo calidũ id ob eius substantiã, nõ autem à qualitate denominari debet.

9. De dec. Hipp. c. 8. & 6. epid. com. 5. com. 3.

Obiectio.

Solutio.

Calidum cordi complantatũ in suo motu duo facit.

Ratione substãtiæ.

Ergo à sua substã[tia] denominari debet.

5. De simp. me. fac. c. 9.

Lib. de palpitatione c. 6.

6. Epid. com. 3. cõ tex. 18. & 5. de sim. me. fac. c. 6. & c. 9.

A halituosi, & vaporosi,& aeris comistione exoritur. Verum calidum hoc isthæc omnia vitalia administrat opera,in eo quòd solum substantia sit spirituosa,aerea,calida,& humida,& suauis,simulq; halituosa,quatenus semper sua sponte mobilis est, vt claré cōspicitur absq; huius rei probatione,ergo nomenclatura istius calidi insiti,ex parte eius substantiæ imponenda venit,nō aūt ex parte temperamenti. Vlterius cor secundū systolē,ac diastolem assiduè mouetur per eos duos calidi cordi implantati motus,in vnum reflexiuum conspirantes motum: Quā certè ob rē sicuti illi duo calidi motus frequentes,vel rari,aut celeres,seu tardi se habēt;sic proportionatè cordis systoles,ac diastoles necessario esse debent. At vero calidum id cordi systole,& diastole conducit,pro vt substantia sit allata mobilis,ideo calidum illud non à temperamento,sed à sua sobstātia,eius nomen recipere debet. Postremo calidum illud animales iuuat facultates,dum ex spiritu vitali,ab eo calido producto, simulq; cum aere inspirato cōmisto,spiritus gignūtur animales, in cerebri ventriculis, qui instrumentum oīum animalium existunt facultatum: sed calidum id non nisi, vt substantia recensita mobilis,& vaporosa his spiritibus inseruire potest animalibus, vitalem gignendo spiritum: ergo calidum hoc per eius substantiam dignè à Galeno denominatum est,non autem per eius temperamentum ex Hippocratis decreto.

Calidum cordi insitum ratione substātiæ iuuat animales facultates.ergo à sua substantia denominari debet.

aph.14.

B

C A P V T XXVI.

Calidum cordi complantatum,tanquam caloris fons communis omnibus cæteris partibus accommodatus,influentem gignens calorem, à sua substantia dignè essentialiter denominatur: non autem à suo temperamento.

QVoniam huius calidi cordi insiti,primogeniti appellati,alia duo habemus munera,ex parte sui substantiæ;idcirco demonstrare tentabo,calidum id ex parte eius substantiæ ēt nomenclaturam accipere debere,quo ad hæc duo officia eius calidi insiti,ab eius substantia, administrata: Ideoq; de vno munere hoc in capite loquar,de alio vero agam munere,capite sequenti. Penultimum itaq; huius calidi emolumentum est;cum illud calidū,& caloris principium, & fons, seu foculare,vel calor communis,aut caloris influentis exordium existat: Principium.n. caloris naturalis conspicitur ab Hipp. vt caloris fons. Pariter Gal. illud caloris fontē,principium,focularēq; primogeniti,simulq; ingeniti caloris esse statuit a quo assiduè spiritus qui substantia est eius,nō vt calor proprius membralis cordis,verum vt cōis conducens cęteris omnib. totius corporis partibus,effluit,quatenus halituosa,seu vaporosa substantia tenuis,suauis, mitèq; dulcis, & oleosa effluens est: etiam à vitali spiritu distincta: pro ut tutor est,ac propugnaculū fouens cęteras oēs nostri corporis partes: ac in eo quòd principium sit in generatione, & cōseruatione: Ea propter à corde cum spiritus ille perpetuo effluat,& potissimum per arterias, & per venas, nec non per spacia vacua: *corpus.n.totum conspirabile,& confluxile est*, ad totumq; corpus influat, Ideo iure merito à Gal. calor influēs appellatur: qui ita perpetuo exinde extra corpus per ambitū,simulq; halitum totius corporis effluit: ac etiā per poros patentes,ac venulas sensibilissimas egreditur; Nam *sicuti in continuo motu flamma,& in modum fluuij alia alijs succedit,& ita calor cōtinuo à corde, ad venas, &c. effluit*. Cur aūt calor influens ipse à Deo, & Natura factus fuerit, ratio assignanda venit; Nam continuè calidū cunctis partib. insitum,membrale,& complexionale ēt ab aliquib. vocatum exiccatur,& cōsumitur: tū eo,qp eius substantia semper è corpore effluit,tum ob actiones, quæ fiunt à membris omnibus,quia in his actionib. calor agendo repatitur; hinc ēt cōsumitur: tum etiam quoniam ab iniurijs extinguitur; Ideoq; Dei, & Naturæ Dei Ministræ summa prouidentia calor iste influens ab eo caloris cordis fonte,& foculare emergens constitutus est, tanq̃ tutor,& propugnaculum omnib. offensionib. nostri corporis oppositum; ne calidū id mēbris omnib. complantatum vllo modo deficiat: immo vt illud assiduè in suo robore, & actuale viuidū suisq; validis virib. decoratum, ad eius vsum egregiè assequēdum paratissimū semper esset, datum fuit quòd à sibi simile,nēpe ab eo calore influente,eius actualis viuiditas perennis,& robur semper manuteneretur. Hinc ait Hipp. sanguinē venarū cęterorum aliorum humorum calidissimum esse ob spirituum calidissimorum comistionem: Attamen in arterijs maiorē,ac intēsiorem influentem adesse calorē,quā in venis; Vnde in sanguine venarum longè minor influens inuenitur calor in sanguine autem arteriarum maior. Calidū itaq; cordi insitum mobile,primo se ipsum tuēdo assidua aeris frigidi, & sanguinei vaporis receptione,ac vitaliū spirituū generatione, vt antea dictū est. Ita vero viuidū,ac in suo robore cōseruatū subinde influentē trāsmittit calorē cunctis reliquis mēbris: ad oium mēbrorū insitū calidū iuuandū, fouendū, cōseruandūq; in suo esse actuali viuido,& viribus referto, vt oēs horum membrorum nostri corporis actiones, & functiones exactè administrari possint, sed magna dubitādi hic occasio cōsurgit, quia influēs calor ne dum à corde, verum ēt ab hepate gigni pōt, ex aliquorum opinione; Cui respondeo in iecinore nullum influentem gigni posse calorem; cum spiritus in sanguine venarum residens

C

Lib. de carnib. pag.209.

5 de vsu partiū c.7.& 6.epid cō. 4.cont. 24. & 5. de loc.aff.c.1. De vsu pulsuum c.2.& c.3. De anatomis vi norū f.46.lit.G. Lib. Gal. attrib. de vtilitate resp. p.f.62.F. Lib. de palpit. c.6. Lib. Gal. attributo de vtilitate respirat. p.f. 61.F.

Calidum cordi insitum caloris innati principium est fōs, & foculare cōe & accōmodatū aliis fouēdis partib. [illegible] substantiam: ideo à sua substantia denominandū est.

L. de vsu palsuum c.8. 3 de san. tuēda, c.1 & com 7.aph.59 & 19. meth med. c.5. 5 de sim.pl.med. fac.c.9.

Calor influens à corde emanans Calidi insiti [illegible] causa finalis.

D

Lib. de vsu pul. c.2. & c.3. & 6. epid com.4.tex. 25. Lib de carnib. 208. & 209.

Lib 1. de morb p.145. & 449. Sanguis cæterorum humorum calidissimus actuali caliditate

Lib. Gal. attributo de ren. affec. dig. & med. c.4.

Dubium. Solutio.

In hepate nullus naturalis calor emergit, sed tantum in corde vitalis oritur spiritus.

Hepar effectiuè calorē alijs membris insitum viuidum quidem non reddit, cum iecur calorem influentem non gignat obiectio.

Cum videatur hepar calorē influentem parere spirituum naturalē producēdo.

Ex Galeni autoritate solutio, quia hepar nullo modo generat spiritum naturalem, cæ. sed alios spiritus sanguine alendo fouet, & auget nutrimentaliter tātum.

Quare hepar ita caloremn cæteris membris complātatum vi non alimentali, sed alendo iuuat, ac fouet.

Naturalis spiritus nec in hepate, nec in venis datur; hinc nec etiam calor influens ab hepate habetur.

Virium calidi innati substantia triplex ratione substantię reguntur, & conseruantur ergo ratione substantiæ etiam denominari debet.

Obiectio.

Hipp. autoritas.

Galeni autoritas

Solutio.

tantum à corde pēdeat; Proinde facultas vitalis, simulq; pulsatilis valida calidi cordi implātati, cuiuscunq; nostræ operationis rectè administrandæ permittēs est. Potissimū vero venæ sectionē permittit; at eo calido debili reddito, ne dum sanguis mittendus, verum nec etiam vlla naturæ operatio proba effici valet. Quo Gal. depromit calore innato debili reddito per sanguinis profluuium, tunc fieri, vt sibi, neq; cōcoqui valent, neq; in sanguinem distribui, ob spiritus euacuatos vnà cū sanguine è venis egresso. Neq; mihi obijcias si asserueris Gal. spiritū naturalē ab hepate genitum concedisse, sicuti spiritū vitalem à corde productum, necnon spiritū animalem in cerebro ortum. Verum vbi spiritus est, ibi calor ēt est. Si ergo datur spiritus vnà cū sanguine ab hepate proditus, & sanguis in venas influat, necessario quoq; naturalis is spiritus, & calor vnà cum sanguine influit. Vnde datur calor influens hepatis proprius Gal. n. ait. *Si aliquis spiritus naturalis est, hic in hepate. aut venis generatur.* Quandoquidem ibi Gal. non de generatione spiritus verba scriptis mandat, in hepate, seu venis celebrata; immò tantū de nutritione sanguinis, & de auctione per nutritionem à sanguine facta; hinc de spiritu naturali intendit asseuerare, qui per modum nutritionis, & auctionis spirituū vitalium, & animalium à sanguinis tenuiori parte alimentali gignitur; non autem de generatione spiritus simpliciter ab hepate facta per modum generationis dixit; Nam vt Vallesius ait: *Neque aliquis spiritus in hepate generatur, quod humorū tātūmodo est officina.* Præterea etiam inquit. *Quoniam monstratū est c. 12. huius lib. 2. hepar nihil aliud habere præcipuum, quin generationem alimenti omnium membrorū, & dispensationem per propria instrumenta, quæ ab illo oriuntur,* nempe per venas; Deniq; verò ait. *Est igitur aliquis spiritus naturalis, qui tamen neq; in venis, neq; in hepate fit. Nā ad illorum actiones nulla rōne necessarius est: sed quō Gal. dixerit verè si aliquis spiritus naturalis est hic in hepate aut venis generatur. Quoniā ille disputabat de naturali vi, quæ conseruat indiuiduum hominem & propterea de nutriente, aut agente spiritu nō de generante.* Vnde reuera naturalis spiritus actu, nec in hepate, nec in venis vllus reperitur; hinc nec etiā calor influens in venis ab hepate genitus habetur. Verum tm̄ in sanguine, ceu in nutrimēto oīum partium vis passiua, ac materialis potentia est, vt sicuti à calore cordi insito pro suo alimento assumitur ita etiam reliquarum partium calor innatus, ac ijs partibus cōplantatus pro suo alimento accipiatur, ac eodem modo nutrimentaliter, viuidè, ac in suo robore conseruetur. Nam, vt dictum est, a vi passiua alimentali quidem ea triplex virium substantia in suo robore conseruari debet, nimirū corpora oīa solida, species, carnosa, & spiritus, qui vtiq; caloris innati substantia est; licet partib. tantum solidis principaliter insit: & hoc modo alimentaliter is calor conseruatur. Quocirca licet hepar calore influente careat; nihilominus alimento spiritib. fouēdis, nutriendis, ac nutritione augendis omninò proportionato calorē omnib. membris insitū fouet, nutrit, & auget, ex quo etiam calorem cordis quidem influentē iuuat, ac fouet. Neq; obijcias inquiens Hipp. lib. de alim. pag. 362. ex Foes. dixisse *Venarum origo tanquam radix hepar est, & arteriarum cor. Ex his per oīa sanguis, & spiritus peruagatur, calorq; per hæc permanet.* Quod cōfirmando Gal. 6. de dec. Hipp. c. 9. ait *sanguinem è iecore ait, spiritum è corde ex vtrisq; calorē euagari, ac promanare,* quia nec per hoc hepar calorem influentem habere cōcluditur. Nam, etsi calor à iecinore semper fluat, non tn̄ spiritum gignit, vt omnib. doctis Medicis patet, cū hepar facultate influente, spiritumq; gignēte, careat. At ex sanguine in hepate henito, à iecinore pro suo alimento retento calor quidem oritur, qui ad partes hepati vicinas semper extenditur. Postea verò sanguis hepati superuacaneus ab alijs partib. per venas attractus vt Gal. non aūt ab hepatis venarū tunicis ad eas partes transmissus spiritum, calorem, & vires alendo procreat. Quocirca tm̄ ab eo calido cordi implantato influens calor oboritur Hipp. & Gal. snīa. Verum Arist. quoq; hanc fassus est veritatem, qui asserit caloris innati principium cor esse, & communis plurib. alijs partib. accomodati; aut cordi proportionale necessarium esse in omnib. animatis, tum stirpibus tum animalibus: tametsi ipse voluerit à corde ēt motū, & sensum, simulq; principes functiones exoriri, quod falsum est, vt Gal. ex Plat. snīa ratus est. Nam reuera principes facultates à cerebro emergere clarè conspicitur: similiter sensum, ac motum per neruos à cerebro fieri patet: & ob influentem virtutem motricem seu facultatem motum effici, manifestum est: Irascibilis vero, pulsatilis, & vitalis in corde reperitur facultas: sicuti concupiscibilis in hepate residet facultas, vt isti Autores rectè arbitrati sunt. Cęterum à calido cordi insito effluente, trib. modis influit calor influens, vt Hippoc. statuit, & ad alia viuida, ac robore decorata manutenenda accedunt membra; ac ita omnib. corporeis, simulq; animasticis confert virtutib. atq; actionibus: cum scriptum reliquerit. *In hoc autem triplex ignis circuitus*, ignis. n. quo ad actiuitatem calidi cordi cōplātati, calidum illud insitum ab Antiquis metaphoricè nuncupatum est: *fecit in se inuicē intro, & foras tendentes; Alios quidem ad humorum cauitates* nempe ad sinum tum arteriarum, tum venarum, *Lunæ facultate*, nam vt ex hoc Hippocratis loco aduertit Aristot. 2. de gener. Animal. cap. 3. calidum innatum quasi diuinum vt Hippoc. ait libro de carnibus 256. in Foesio, & proportione elemento stellarum mobili respondeat: & cum Luna humores regat. Ideo ait Hippocr. calorem influentem à calido cordis effluente proficiscentem etiam spirituum vitalium generatione ad sanguinem arteriarum, & venarum peruenire *Lunæ facultate:* Postea vero alios duos calidi cordi insiti statuit circuitus, dum ait: *alios vero ad exteriorem superficiem ad ambientem consistentiā sydereum facultatę:* Declaratis autem his extremis circuitibus, alios deinde ponit circuitus medios

Calor naturalis cordi insitus ex Arist. mente & caloris fons est cæteris partib. accōmodatus ob eius substantiā ergo à sua substantia ēt Arist. sententia & denominandus nō à sua qualitate Calidi innati cordi insiti elemento stellarū proportionati triplex est circuitus ex Hip.

A Lib. Gal. attrib. uitio de cer. aff. dignos. & medicatione. c. 4.

Com. 4. aph. 27.

11. meth. c. 5.

Ibidem.

B Lib. 2. cont. c. 17

Ibidem.

Ibidem.

C

6. de dec. Hippoc. c. 8.

2. de part. Animal. c. 3. & lib. de respiratione c. 8.

D

Gal. 2. de dec. Hip. c. 9 & 3. de loc. aff. c 4. & 2. de fac. nat. ca. 6. & Plato in timeo.

Lib. 1. de vict. ratio. p. 307.

Ibidem 307.

A dios ab eo appellatos, inquiens *Medios autem intro, & foras tendentes calidissimum ignem continentes*: Medicos enim motus appellat eos duos spiritus, & calidi cordi complantati motus rectos sursum, ac deorsum tēdentes, ex quibus motus ille narratus perpetuus cōsurgit regressiuus, qui ob calidissimam vim eius, cum semper mobilis sit, ideo perpetuo ab anima mouetur, *qui cūctis dominatur, omninoque secundum naturam moderantur sine strepitu, sine visu, sineque tactu patente mouetur. In quo animus* nempe facultas animosa etiam facultas irascibilis vocata inest. Insuper *Mens, prudentia, motus, sensus, somnus, & vigilia* ab eo calido cordi insito mobile pendent; non tamē perfectiuè organicè, sed dispositiuè seu vitaliter, cum illud calidum omnia corporea efficiat opera salubria, vel insalubria, Hinc facultatis cuiuslibet Animæ instrumentū perficit: ac ita ea instrumenta seu organa perficiendo, omnia animastica disponit opera: Vnde quia mediante spiritu vitali ex eo genito, spiritus animales producendo, organum Menti, prudentię, motui, sensui, somno, & vigiliæ condncens perficit; ideo quoque organum id perficiendo omnia hæc animastica disponit, *instrumenta* præterea, *imminutio atque permutatio*, ab eo calido cordi implantato exhalabili scatent eodem modo dispositiuè, quia maxime à corde ad ventriculum calor influēs

Ibidem.

Calidum innatum mēbra omnia vt organa Animæ perficiē do, & c. la anima stica opera disponendo, oēs Animæ facultates vt primus motor corporeus iuuat, ratione substantiæ ergo à sua substantia id nominari debet.

B ita labitur; vt Galenus, dicat calorem influentem ad ventriculum in pueris eum adeo copiosum sua substantia accedere, vt fomentorum calorem calor ventriculi superet: & ratio est, quia, vt asserit Arist. calor ille, cordis innatus ad maiorem Naturæ operationem diffunditur: cum itaque chylificatio in ventriculo celebranda vna sit ex maioribus naturæ actionibus; proinde dum is calor iuuat chylificationem: & etiam sanguificationem in hepate faciendam, ad hepar fluendo, vt opus est; corporis nutrimentum, incrementumq; eò modo producit. Si vero non fluit, vt dū insuauis est, asper, acer, & mordax, abolita eius suauitate, lenitate, cōsequenterq; euaporositate, tunc parua nutritio fit: ideò corporis quoq; imminutio emergit, quia tunc calor non ita vaporosus est, cum ex asperitate retentio consurgat, sicuti ex lenitate fluxilitas seu halituositas resultat. Vnde *permutatio* quoque ex statu naturali in statum præter naturalem exoritur. *Hæc omnia in totum gubernat* calor is cordi implantatus mobilis: *& hæc & illa neque vnquam quiescit*: Quocirca statuit Hippocrates à corde ad omnes corporis partes influentem delabi calorem, ac præsertim ad calidum membris omnibus complantatum conseruandum, vt exactè vitæ munera ad-

5. de simp. medi fac. cap. 6.

Lib. de respiratione c. 3.

4 de vict. rat. in. t. 37. in Foesio pag 383. De temp. c. 3 & c. 3 & 1 de sim. cau. c. 3. & Arist. sect. 3. proll 21. ibid. 1. de vict. rat pag. 307.

C ministrari possint. Verum cum is calor influens, non vt temperamentum vt accidēs influere possit; nec è corpore euaporare, nec à corde exhalare, seu effluere valeat, sed tantum quatenus substantia aerea parumque aquea, lenis, suauis, halituosa calida, & humida: ergo etiam calor iste influens, vt influens non à temperamento, sed ab eius substantia nomēclaturam assumere cogitur, & id demonstrabo hoc argumento insolubili. Omnia. n. eo modo, quo vitæ functionibus cōducunt sua essentia quidditatiua, eodem modo eorum nomen desumere deuincuntur: At vero calor influens, vt influens à corde ad cętera membra vitę officijs confert sua essentia quidditatiua, quatenus est substantia influens modo narrata, ergo calor influens, vt influens per sui substātiam sponte influentem denominari debet: Maior patet, quia nomen rei essentiam quidditatiuam denotat illius rei: quia quæcunq; res per suam formam essentialem nomen recipere debet, vt ait Hippocrates: *nomina nanque lege quadam naturæ rei sunt sancita*. Minor etiam conspicua se habet, & sic probatur: Omnia quæ sua substantia per se influunt, pro vitæ munerib. obeun-

Lib. de Arte p 4

D dis, influunt quatenus substantiæ sunt, sua natura influentes, sed calor influēs sua substantia per se influit, & influendo vitæ, operationes faciendas iuuat: ergo calor influens, vt influens vitæ officijs confert sua essentia per se, quatenus substantia est per se influēs: Maior manifesta habetur: quia accidens quod subsistere nequit, influens, nec mobile quidem esse vllo modo potest, sed tātum prima substantia influens, & mobilis esse potest per se: cum ex se sola subsistere accidentib. valeat; Quam certè ob rem si temperamentum caloris influentis influit, non quidem per se influit, nec mouetur, nec agit quatenus fluens est ad vitæ munera præstanda: sed per accidens: nēpe ratione eius substantiæ fluentis perfectiuæ, conseruatiuæ, & restauratiuæ; ergo sola substantia allata influit per se, & agit perficiendo, conseruando, & restaurando viuidum calorem partium membralem in suo robore. Quocirca si calor influens à partibus externis iterum ad partes internas cōcoctioni destinatas, nempe ad ventriculū, & ad hepar, reuertitur, circa cor, vt in somno vsu venit, in quo partes externæ circunferentes à suo calore influente destitutę sunt, vt Gal. ait ex Hipp. sniā, vbi dixit, *sanguis intro in somno refugit* tunc sanè substantia ea est huius caloris, quæ intro labitur, non aūt temperamentum: Vigilijs vero præsentibus, iterum substantia ad circunferentes fertur partes, cum Gal. dixerit: *Ratio fuit Hipp. qui foras tendunt vigilias qui vero intro, sōnū concilient*: sed hic dubitatu dignum esse introspicio, cum Gal. exararit: *in somno pulsus dormientibus paruus est*. Quod totū in oppositū esse deberet, quia dū calor influēs iterū ad cor refugit, tūc validiores pulsus esse tenerentur, augmentato cordi eo influente calore: cui respondeo eū influētem calorem non ad cor concentrari, sed circa cor ad ventriculum, & hepar, vbi coctionum duæ officinæ habentur: cum ille calor influens ad has coctiones in ventriculo, & hepate faciendas incumbat, non autem pulsationi calidi cordi insiti studeat, ideo tunc pulsus paruus habetur: Ideo tunc coctio magna se habet; Hinc Gal. statuit *in somno cōcoctionem, in vigilijs vero digestionē effici*: in coctione etenim duplex influēs adest calor in vētriculo, & in iecinore: cū in eis partib. tū suus

3. de caus. puls. c. 9.
6. epidem. sect. 4 t. 14. & sect 5. t. 30.
Lib. 5. de caus. puls c. 9.

Dubium.

Solutio.

8. meth. c. 3.

insit calor, tum alter à circunferentib. membris concentratus: In vigilijs vero vnus tantum calor influens est iam calido suo insito iunctus. Et hæc omnia præstat calor influens ex parte eius substantiæ, ergo calor iste influens ex parte suæ substantiæ sui nominis impositio desumenda venit. A

CAPVT XXVII.

Calidum cordi implantatum sua sponte assiduè mobile seminali calido innato prolificò dispositiuè conducens, à sua substantia tantum suum accipere nomen, ac essentiam debere probatur.

Calidum cordi insitum calori naturali seminis prolifici cōferens sectu sibstantiæ idea a sua substantia nō autem à suo temperamento denominari d. bet.



Ostremum autem calidi cordis primogeniti assiduè mobilis officium quidem est; vt illud proportione elemento stellarum mobili respondens sit, non modo singularium vitam custodiat suo perpetuo reflexino motu, verum etiam ad speciem conseruandam anxa quadam semper incumbat, vt successiua perennitate singularium specificè fere diuinè se gerat, & quasi immortale vt ait Hippocrates ea cælesti, & mobili proportione allata ab Atistotele constituta se habeat quatenus calidum illud in nobis primogenitum corporeum existit, ac prout in eo contineatur ea Natura elemento stellarum mobili proportionata: cui proprium est speciei humanæ perpetuitatem primario conseruare; secundario vero singularium perennem gubernare successionē, qua species ipsa humana nunquam deficere valeat. Ideoque calidum cordis primogenitum semper vnà cum ipsa natura protensum est, ad hanc singularium successiuè conseruandam perennitatem; verum cum id exequi nequeat, nisi prius singulorum generationem habeat, proinde ad calidum innatum sibi simile seminis fęcundum constituendum incumbere semper intentum est; Idcirco sicuti omnia corporea opera gubernare modis iam enarratis, ad illud primogenitum pertinet calidum, vt Hippocrates decreuit, sic etiam calidum id aliud seminale simulque prolificum regere debet calidum: Vnde ex ipso primo genito calido, alius seminis fęcundus gignitur spiritus, seu calor naturalis; cum fęcunditas huius caloris naturalis à sibi simile effici debeat calido, & humido; hinc semen fęcundissimum fit in calidioribus, & humidioribus temperaturis: hinc ait Galenus, *& spiritu vitali plena ipsius seminis est substantia*, & alio in loco habet *plenum semen spiritu vitali esse*, quia à primo circuitu, ab Hippocrate statuto, vt antea vidisti, pro spiritus vitalis beneficio ad sanguinem arteriarum, venarumque fertur calidum cordi insitum mobile, vt effluens, & halituosum, ac eodem ministerio vtitur, etiam ad seminis innatum fecundum producendum calorem: ac ideo semen spiritu vitali refertum se habet: Ac non aliunde in coitus seminis emissione, multum de vitali, simulque primogenito calido hominum maxima iactura, educitur: At vero duo dubia hic vertuntur. Quandoquidem seminis fęcunditas, non à corde, sed à quacunque corporis parte prouenit, vt statuit Hippocrates: Ideo in seminis spiritu formatrix seu organizatrix residet facultas, quæ omnes etiam corporis partes organizat, sicuti ab omnibus partibus procedendo, ab ijsdem eam vim organizandi quamlibet partem acquirit. Insuper semen eius fęcunditatem in testibus recipit, non autem in corde, vt Galenus ratus est. Pro solutione vtriusque dubij, inquam, verum esse, semen & à corde, ceu à primo corporeo prouenire motore dispositiuè, cum à corde, ad quamcunque corporis partem, calidum mobile suaue vt lene, & vaporosum, ac effluens, etiam in spiritum vitalem transmigratum, semper delabatur, tum vt hæ omnes partes suo calido insito membrali viuido conseruentur, tum etiam vt illæ partes concurrant ad semen fecundandum, eodem spiritu vitali ab ijs partibus recepto: Ac ideo spiritus seminis à corde, tanquam à caloris fonte promanat: A' cunctis autem alijs partibus secundario prodit: & ab ijs partibus pendet dispositiuè: à testibus vero perfectiue proficiscitur: Vnde ad primum dubium dico, fęcunditatem seminis à corporis qualibet emanare parte secundario dispositiuè: à corde vero primario dispositiuè. Ad secundum autem dubium respondeo, fęcunditatem seminis primario gigni vel dispositiuè vel perfectiuè: primo modo à corde; secundo modo vero à testibus eam emergere patet fęcunditatem: Ideo ait Galenus à solis testibus semen non effici: Cæterum ex hactenus constitutis fundamentis, clarè perspicitur, calidum hoc cordis innatū primogenitumq; vocatū, huic suo postremo operi accommodatum esse rātum, quatenus substantia aerea parumque aquea, suauis, oleosa, lenis, halituosa, ac effluens est; vt calidi, & humidi temperamenti subiectiua perfectiua, conseruatrinaque est: Cum seminalis spiritus fęcundus, ab eo cordis spiritu emanet, ceu à primo mouente sibi simile: Et quoniam spiritus vitalis, ab eo cordi spiritu, insito proficiscens, seminis substantiam primario dispositiuè fęcundam reddit: atque eo, quia spiritus cordi insitus non vt temperamentum calidum, & humidum est, semen fęcundandum non ingreditur, sub ratione spiritus vitalis:

Margin notes:

B Arist. 2. de gen. Anim. c. 3. Lib. de vigore c. 6. Lib. de carnib. pag. 106. & lib. 1. de victus ratione pag. 107.

C 3. aph. 24. & 6. epid. com. 5. cont. 5. Et alibi. Gal. com 5. aph. 63. 14. de vsu par. cap. 9. De semine c. 5.

Primū dubiū.

Lib. de aere aquis & locis f. 113. ex cornario interp.

D 2. de semine c. 14.

Secundum dubium.

Solutio vtriusque dubij ex his habetur fūdamentis.

Ad primum dubium solutio.

Ad secundum dubium respōsio.

2. de semine c. 81.

A vitalis: At semen ingreditur solum, vt spiritus temperamenti calidi, & humidi subiectiuus perfectiuus, conseruatiuus, vel vt continens in se temperamentum calidum, & humidum. Ea propter, & vt primum mouens, & vt causa materialis, & vt effectus productus ab eo mouēte primo corporeo, & ex ea materiali causa, semper omnibus modis spiritus, seu calidum innatum singularium successiuè prolificationi accuratè conducit duntaxat pro vt substantia est iam narrata, sua natura proportione elemento stellarum mobili respondens, in se continens temperamentum calidum, & humidum. Nam calidum illud cordi implantatum singularium prolificationi confert, ceu primum mouens corporeum, & sensibile, ad testes spiritum sibi similem in semine transmittens, vbi spiritus ille suam perfectam fęcunditatis acquirit formam: Manet enim id in corde, vt primum mouens corporeum. Eius autem pars effluens, & exhalans a corde, vnà cum semine perficiendo, ad testes fertur, & vt spiritus vitalis causa vtique materialis est spiritus prolifici seminis, nouæ genituræ conducentis. Qui sanè tantum fęcundus est vt spiritus, vt Aristoteles quoque fassus est: Quocirca cunctis his modis perpetuo calidum innatum singularium successiuè prolificationi conferre potest, non vt temperamentum calidum, & humidum, sed vt substantia recensita, obtinens in se temperamentum calidum, & humidum, ergo calor is naturalis ex parte eius substantiæ denominari debet.

2. De gene. Ani. c. 3.

B

CAPVT XXVIII.

Calidum innatum ingenitum singularium prolificationi deseruiens, à sui substantia eius nomen essentiale accipere cogi ostenditur.

Calidum ingenitum à sua substantia denominari debet.

CVm autem huc vsque satis ostensum sit, calidi innati primogeniti essentiale nomen, non quidem ex parte eius temperamenti, assumi debere, at vero tantum ex parte suæ substantiæ: Nunc idipsum de alio naturali demonstrare enitar calido; vt antea iam pollicitus sum. Ingenitum vero inquam calidum, in eo q non dum primogenitum, neque vllo modo ad huc genitum est, cum illud in genitura Embrione appellata, ante Animæ ingressum adsit, in quo facultas organizatrix residet: Quandoquidem hoc in Embrionis generatione reperitur, vt substantia spiritosa, calida, & humida perfectiua, in qua Natura viget perpetua, in temporis perdurutione, ac in esse successiuo, de quo dixit Hippocrates, illud genituræ corpus ramificare, & corporis partes solidas coagulare; quia tunc principium est effectiuum corporeum primum continens in se formatricem facultatem, & organizatricem, constituentem cunctas corporis partes, tum similares, tum instrumentales: Quandoquidem, semine iam eiaculato, posteaque coagulato, ex quo membra omnia corporis suum exordium assumunt, vt Galenus statuit, tunc sanè spiritus ille seminis, quod calidum est allatum seminis viri prolificus, actu calidus fit, in mulieris vtero; & illico spiritus ille sua vi calorifica fęcunda primo cor constituit, vbi subinde manet, vt in suo domicilio, deinde arterias vnà cum corde ramificat, ac vitam disponit: deinde hepar, & venas efficit nutrimenti instrumenta disponens; postea cerebrum, & neruum firmat, ceu instrumenta motui, sensui, alijsque facultatibus principibus accommodata: & hæc omnia membra cōstruit, vt tria principia corporis nostri continentia, vt Galenus refert: Subinde vero cætera constituit membra corporis humani: Quo organizato, illico Anima introducitur, ac fętus euadit: Ac tunc calidum id ingenitum, aliud calidum primogenitum hactenus declaratum fit: Hic autem tria de hoc ingenito calido memoriæ mandanda sunt; Quorum primum erit, quòd licet spiritus iste ingenitus vt purus elementaris, aereus sit, & aqueus, sęcundus: attamen in se naturam continet perpetuam in successiuo esse singularium, proportione elemento mobili stellarum respōdente; vt Aristoteles statuit, ex Hippocratis sententia: Vnde Auerrho: negans cælestes influentias, (cum illæ à natura non sint) ait conseruationes animalium fieri per motum, lumen, & figuram cęli, vt infra fusè dicam: Ideoq́ue spiritus iste ingenitus eam perpetuam habet naturam motus, luminis, & figuræ cœli beneficio. Aliud vero notatu dignum erit; quòd spiritus iste non solum principium substantiale organizatiuum, constitutiuumq́ue omnium corporis partium, simulq́ue totius corporis in sua figura, proportione, ac distantia, & positura, ideo ingenitus dignè vocatur. Verum etiam dum ipse primogenitus euadit, tunc vinculum habetur, quo anima cum corpore vnitur; vt media natura inter Animam incorpoream, & corpus, vt Alexander Aphrodiseus ait; Postremium autem contemplor; Quod sicuti spiritus fæcundus familiaris, & congeneus, & proprius semini fuit; ita in corde residens magis familiaris esse debet, dum primogenitus iam factus est, ad eam speciei humanæ perpetuitatem, & singularium successionem conseruandam: vt iterum ex corde ad semen transitus effici possit: Quocirca magis affinis semper est, & familiaris spermaticis partibus, solidis vocatis, quam speciei carnosæ, ex sanguine menstruo genitæ: Hinc membra spermatica, ea sunt, quæ vim innatam coquendi habent spiritalem, & quæ crudorum excrementorum probam faciunt maturationem; hinc expulsionem quoque materiæ inutilis superuacuæ,

Calidum ingenitum substantia spiritosa est.

2. De victus ratione pag. 306.

C

Genitura quando fiat.

24. De vsu part. c. 3. & 2. de sem. c. 3.

3. De natura fac. c. 6. & 8. de doc. Hipp. c. 4.

2. De nat. fac. c. 6 & methodi c. 5. Hip. lib de carnibus pag. 60. & Arist. 2. de gen. animal. c. 3.

Tria hic adnotanda sunt.

1. Notandum.

D

2. De gene. ani. c. 3. lib. de carnibus p. 306.

2. Meteo. cont. 25.

2. Notandum.

Lib. de Anima.

3. Notandum.

Calor naturalis magis familiaris partib. albis spermaticis quā sanguineis.

A

uacuæ, simulque retentionem materiæ alimentalis vtilis, administrant: Proinde Galenus statuit morbum aliquem curari non posse, quin prius solida corpora in symmetria posita, suam recuperent vim: Ideoque Natura semper protensa est, vt horum corporum calidi innati facultas conferuetur, ad eas agendas actiones, vt antea capite 15. iam dixi: Et non aliunde vrinæ maturatione iam facta; hypostasis alba, leuis, æqualis, est: & phlegmonis pus albus est, nisi quia à partibus albis spermaticis, etiam solidis vocatis, sibi similibus marnratio fit, vt ait Galenus. At vero quoniam ingenitum calidum huic munerum supra narratorum conducere nequit, nisi sua substantia organizante, facultati formatrici subijciat, & nisi eam facultatem perficiat, & conseruet, donec totum corpus organizatum sit, ergo non à suo temperamento, immo à sua substantia eius nomen essentiale exhaurire deuincitur: Nam vlla facultas, vt accidens, suo fungi nequit officio, nisi in secundo modo dicendi per se, à sua substantia subiectiua, simulque perfectiua eius vim assumat; Ergo facultas formatrix corpus organizare nequit, nisi auxilio substantiæ eius subiectiuæ, atque perfectiuæ; non autem ope temperamenti calidi, & humidi: Cum accidens ab alio accidente eius essentialem acquirere non valeat virtutem. Hinc iure merito ait Hippocrates, corpus nostrum, eiusque membra non à temperamento calido, & humido, sed *à spiritu coarticulari, ac discerni*. Insuper calidum illud primogenitum, quod fit ex eo ingenito illico organizato corpore, ingressaque Anima; cuius primum motum foras, & extra habet, ad expellendas fuligines, & alimentum accipiendum, secundum vero intro, & in seipsum ad seipsum alendum, vt ait Galenus, nihil differt ab eo ingenito, nisi per motum eum duplicem, ac perennem; & quia primogenitum, non nisi ex parte suæ substantiæ essentialiter denominari debet, vt iam vbertimè demõstraui: ergo sic similiter ingenitum calidum tantumodo ex parte eius substantiæ suum essentiale assumere debet nomen. Hic autem notatu dignum esse inuenias, primum spiritus cordi insiti primogeniti motum sursum, & foras esse, secundum vero deorsum, & intro vt Galenus ita asserit. *Primum esse vt natiuum caloris motum, cum foras, & extra se mouetur; secundum vero cum intro, & in seipsum*. De quo primo calidi innati motu, qui fit dum cor viuescit, Hippocrates loquendo, exarat. *Cum humidum aquæ existat, ab igne mouetur: Motum vero viuescit, & alimentum ad se, ab ijs, quæ in mulierem ingrediuntur cibo, & spiritu attrahit*. Cæterum iam tempus est, quòd ex hactenus iactis fundamentis colligas, calidum innatum corporis humani substantiam esse, aeream, patumque aqueam, mollem, suauem, lenem, oleosam, halituosam, subiectiuam, perfectiuam, cõseruatiuam, atque restauratiuam temperamenti calidi, & humidi substantialis: quatenus illud primum agens est, seu primum principium effectiuum corporeum, sensibile, & salubre, bis omnibus modis huc vsque enucleatis, cuiuscunque operis corporei salubris, ad salubrem obeũdam vitam, accommodatum. Eamque sanè ob causam calidum id ita à Medicis receptum, cum substantia sit subiectiua, conseruatiua, & instauratiua, in prædicamento substantiæ reponendum venit; sicuti illud à philosophis naturalibus absolutè consideratum, vt temperamentum substantiale calidum, & humidum vitæ muneribus exercendis conducens, tunc in tertia specie qualitatis redigendum est; quia hoc modo passibilis qualitas est, inferens calidam, & humidam passionem. Si vero hoc vt sensibile desumeos, & vt qualitas substantialis per se sensibilis sit, tunc erit diuisibile in infinitum potentia, cum omne sensibile sit quantum, ideo etiam in prædicamento quanti ponendum: At si vt Mobile assumatur, etiam in prædicamento vbi constituendum; quemadmodum si vt Animæ instrumentum capiatur, etiam in prædicamento relationis statuendum est si ad logicam calidum id referre voluerimus; & quoniam Medicus ex parte Medicæ artis speculatiuæ phisicæ, cum calorem naturalem considerare debet, sicuti occasio postulat, his omnibus modis, ideo quoque doctrina Cremonini de calido innato conscripta Medicis vtilissima esse poterit, vt philosophis naturalibus, simulque logicis, de calidi innati essentia, ab eo Cremonino conscripta absolutè loquendo. Nam si calidum innatum ad artem medicam coarctetur, tunc sanè tantum in substantiæ prædicamento reponendum venit.

Calidum innatum vt sua substantia sua munera efficit.

Calidi cordi insiti primus motus est foras ob eius substantiã mobilem.

Notatu dignissimum.

Calidum innatum quid sit.

Calidum innatum quo ad prædicamenta relatum perpendit.

1 Epidem. com. 2. t. 46.

2 Prog. tex. 26. & 1. prognost. c. 44. & 2. de diff. f. b. c. 6.

Lib. de nat. Pueri corrutio Interp. f. 46 & ex Foes. f. 90. & 191

B

1. De causis pul. c. 9.

Ibidem.

2. De vict. ac illo ne p 106.

C

D

CAPVT XXIX.

Calorem semini viri insitum, nominis sui essentialis impositionem, non à temperamento, sed ab eius substantia desumere debere, demonstratur.

VT vero allatam rem vndique patefaciam; superest vt etiam probem, calorem seminis viri naturalem vt corporeum, sensibilem, ac salubrem, ad Artis Medicæ finem operatiuum, relatum, non ex suo temperamento, suum essentiale nomen recipere, sed ex parte suæ substantiæ subiectiuæ, perfectiuæ, & conseruatiuæ. Calorem autem seminis viri inquam, quia etsi in hominis generatione etiam fœminæ semen concurrat, vt ait Galenus, exarans *sub idem tempus vnà cum mare fœminam semen emittere, per vtraque cornua vteri eiaculatum semen feratur in mediam vuluæ cauitatem*,

Calor naturalis seminis corporeus est sensibilis & salubris: & prolificus vi substantialis, ergo à sua substantia denominari debet.

1. De semine c. 7.

A *tatem, ſimulque humectat vias, & ad ſemen vſque viri peruenit; cum eo quoque miſceatur, atque ita ſit, vt vtraque hæc ſemina inter ſe membranulis copulentur*: Nihilo minus fęminę ſemen eſt potius alimentum ſeminis viri, quam ſecus, cum Galenus pergendo, inferius inquiat *ſemen fęmineū tenuius, ac frigidius ipſo maris eſſe, & hinc eſſe accommodatius ad alimentum præſtandum, quam quippiam aliud, eo, quia ſemen vim inſitam attrahendi, retinendi, & alterandi materiam, cibumq; ſibi præparandi, ſuperfluumque expellendi*, & alibi conſtituit, ſemen Maris omnes naturæ continere virtutes formandi, augendi, & ſe nutriendi, atque cum ſemen fęmineum magis familiare ſibi ſit, quā ſanguis; ergo ſemen Maris nutritur fęmineo ſemine, in animalis generatione: Quocirca tantum primario ſemen viri vt craſſius, & calidius, paratiusque ad hominis generationem adminiſtrandam, conſideraui. Cum in eo, & materia, & efficiens generationis animalis inſit, vt Galenus teſtatur Hippocratis decreto, libro de natura pueri, & libro 4. de morbis in principio, & libro de genitura verſus finem. Ideo calorem huius ſeminis viri innatum examinandum eſſe propoſui, vt ſalubrem; quia ſemen ſalubre per ſe, & inſalubre per accidens eſſe poteſt; & ſicuti ſemen patris morboſi eſt morboſum, ſic ex eo ſemine, morboſus oritur filius; qui dum ægrotans, nos vocaret Medicos, tunc vt Morbus hereditarius, ratione ſeminis morboſi contractus, à nobis perpendendus eſſet. Hinc ait Hippocrates. *Quum enim ſemen genitale ab omnibus corporis membris procedat, à ſanis quidem ſanum, à morbidis morboſum, fitque vt ex caluis calui gignantur.* Seminis autem calor innatus ita inſalubris à Medico perpenſus, non quidem vt eſt temperamentum calidum, & humidum, ſed vt eſt ſubſtantia perfectiua, & conſeruatiua huius temperamenti, à Medico conſideratur; dum ex eo calore ſeminis iam in corde prius ingenitus calor factus, poſterius primogenitus cordi inſitus, ſimulque alter calor membris omnibus complantatus obortus ſit: vt ex iam rationibus, argumentis, & autoritatibus antea ſtatutis, manifeſtum eſſe reor. At vero idipſum probare poſſem etiā de calore naturali ſeminis genitale ſimpliciter à philoſopho naturali accepto, ſine vlla ad Artem Medicam habita relatione. Ac tale argumentum erit. Id quòd cauſa eſt perpetuitatis ſpeciei humanæ, & ſingularium perennis ſucceſſionis, ſuo eſſe eſſentiali perpetuo, dignum eſt, quod ex parte eius, calidum id perpetuum ſeminis denominetur: Sed ſpiritus ſeminis, vt ſubſtantia ſubiectiua, & conſeruatiua temperamenti calidi, & humidi, non autem vt temperamentum, cauſa perpetuitatis humanæ ſpeciei, ſingularum perennis ſucceſſionis ſuo eſſe eſſentiali perpetuo: Ergo ſubſtantia caloris naturalis ſeminis digna eſt, quòd ex parte eius nomen eſſentiale calori ipſi imponatur. Maior autem propoſitio primo hoc argumento probatur: Id quod primario intendit ſpeciei humanæ perpetuitatem, ſecundario ſingularium perennem, & ſucceſſiuam intelligit, cauſando generationem, ſuo eſſe eſſentiali perpetuo denominari debet

C ratione ſuæ perpetuę operationis, Verum nullum aliud, niſi calor innatus ſeminis humanam ſpeciem perpetuam reddere valet, ſucceſſionem ſingularium continuam gignendo, pro vt naturam in ſe habet perpetuam proportione elementorum ſtellarum mobili reſpondentem, vt Ariſtoteles affirmauit, ergo. Id quod humanam perpetuam conſeruat ſpeciem, ſingularia ſucceſſiuè gignendo, ſuo eſſe eſſentiali perpetuo dignum eſt, vt calido innato perpetuo conſignet nomen eſſentiale. Quandoquidem primo natura ſpecierum perpetuitatem conſeruare intelligit, & ſic primario intendendo, poſtea ſecundario ad ſpecierum perpetuitatem obtinendam, fundamenta ſpecierum, nempe ſingularia ſucceſſiuè, & perenniter producit: Minor vero eſt ea, quæ diſtinguendo calorem naturalem in ſubſtantiam, & in temperamentum probat, ſubſtantiam eſſe eā, quæ ſuo eſſe perpetuo cauſa eſt perpetuitatis hominis in ſpecie. Quam minorem probo ſic. Ea pars caloris naturalis, quæ ſua perenni mobilitate figuræ circulari motus cęli circularis proportionata habetur, eam naturam prolificam in ſe continet, proportione reſpondentem elemento ſtellarum mobili mobilitate circulari, poteſt eſſe cauſa perpetuitatis hominis in ſpecie, & ſingularium generationis: Sed tantum ſubſtantia caloris naturalis ſua perenni mobilitate reflexiua figuræ circulari motus cęli circularis proportionata eſt, ſimulque eam perpetuam continet naturam: non autem temperamētum: ergo ſubſtantia nempe ſpiritus fęcundus ſeminis cauſa eſt perpetuitatis hominis ſuo eſſe eſſentiali mobili mobilitate reflexiua perpetua, tamen ea cauſa diſpoſitiua Naturæ eſt. Nam ſicuti cęli, & motu ſimplici, per figuram cęli circularem etiam circulare vocato, perpetuitati ſpecierum conferunt: ita à Deo, & à Natura calor innatus ſeminis creatus fuit, vt melius quam creari poſſet, huic elemento cęli, atque ſtellarum mobili, mobilitate perpetua figura circulari conſiderata, proportionatus; Nam ſicuti cęlum, ac ſtellæ perpetuo, actu mouentur motu ſimpliciter perpetuo, ſecùndum figuram circularem; ſic etiam natura ipſa in ſubſtantia caloris naturalis ſeminis conſtituta fuit, nempe in ſpiritu principaliter, quatenus ſpiritus ille perpetuo mouetur motu reflexiuo, ſecundum figuram reflexiuam, quia à ſemine patris ad cor filij accedit, & à corde filij iam facti Patris, iterum ad ſemen, & à ſemine ad cor, & ſic duo ſunt motus recti, vnus à ſemine ad cor, alter à corde ad ſemen, & ita ſpeciei humanæ perpetuitas, & continua ſingularium ſucceſſio conſeruatur per eum ſpiritum, qui primo in ſemine, deinde in corde ingenitus, poſtea primogenitus, qui potiſſimum ad ſpeciei perpetuitatem incūbit, ſemen fęcundum ſpiritu, diſpoſitiue tertium gignendo: cum itaque temperamentum hoc modo mobile non poſſit eſſe, ergo tantum ſpiritus præbet nomen eſſentiale calori naturali ſeminis.

Margin notes:

1. De ſemine c. 6.
3. De nat. facul. c. 6.
14. De vſu part. c. 6. & c. 33.
Lib. de Aere, aquis, & locis ex Cornario f. 332.
2. De gene. Ani. 3. 4.

Fæmina etiam in generatione actiuè concurrit.

In ſemine materia, & efficiēs generationis animalis ineſt.

Semē à quacūq; corporis parte vim organizādi omnes corporis genituræ partes aſſumit: ergo à qualibet parte emanat.

Calor ſeminis vim organizandi habet, vt ſubſtantialis eſt: ergo à ſubſtantia denominari debet.

Natura primario ſpeciem cōſeruare ſecūdario vero ſingularia intendit.

Ratione ſubſtātiæ calidi innati.

Calor naturalis, vt ſubſtantialis ſeminis fæcundus cauſa eſt perpetuitatis ſpeciei hominis.

Quomodo calidum seminis parentis fœcundũ maneat in calido cordi filij insito, & quomodo euanescat, Idem inde c. vltimo ferè in fine.

minis. Verùm hîc dubitatu dignum est, quia vt Aristoteles ait, calidum innatum prolificum seminale parentum in corde filiorum non manet: immo cum suum opus iam fecerit, euanescit. A Vnde calidum id fœcundum non potest euadere calidum cordi filij insitum: huius autem rei primum argumentum est, quoniam causa efficiens in suo effectu ab ea producto manere nequit, sed calidum seminis parentis est causa efficiens calidum cordi filij complantatum producens, ergo calidum seminis parentis in calido cordi filij implantato manere nequit. Secundus verò syllogismus est: Forma agentis non potest manere in suo patiente, cum generatio vnius nempe patientis corruptio sit alterius, nimirùm agentis; At calidum innatum seminale parentis est agẽs, efficiens calidum cordi filij insitum vt patiens, ergo calidum innatum seminale parentis nullatenus manere potest in calido cordi complantato: ex quo sequitur calidum innatum vtrunq. idem non esse, nec etiam proportione respondere elemento mobili stellarum id non posse, per eum motum teflexiuum ex duobus motibus rectis compositum, cum hi duo motus facti non sint ab vno calore solo, sed à duobus: Cui dubio dico satis esse hæc duo calida innata idem esse sua natura in eorum substantia existente proportione respondente elemento stellarum ab Aristotele statuta; sed penitiori studio inquam isthæc duo calida idem esse subiectiuè, & materialiter, non autem, vt à causa ad effectum, nec etiam formaliter, cum omne calidum nobis insitum ex calido naturali seminis parentis substantialiter oboriatur, vt cap. 36. dicam; Vnde optime ait Galenus B calidum seminis innatum in corde filij manere vt subiectum primum, ex quo fit calidum cordis primogenitum; cum in eo sit. Sed si calidum innatum vt temperamentum, quatenus causa ad effectum comparatur, vel formaliter desumatur, vt Aristo. intelligit, tunc hæc duo calida non sunt idem: & sic hæc conciliatur controuersia: Cæterùm ad nostrum regrediens primum institutum dicam etiam quòd Aristo. sententia, & autoritate idem ostendemus. Quandoquidem ipse vt Philosophus eximius scriptum reliquit: *inest enim in semine omnium quod facit, vt fœcunda sint semina, videlicet quod calor vocatur, idque non ignis non talis facultas aliqua est, sed spiritus, qui in semine, spumosoque corpore continetur, & natura, quæ in eo spiritu est proportione respondens elemento stellarum.* Vnde primo notatu dignum est, ex Aristotelis mente calorem seminis prolificum vocatum spiritum elementarem aereum esse, spumosum, & album corpus reddentem, sicuti etiã nix alba, & spumosa à spiritu aereo emanat. Secundum verò perpende, hic Aristotelem naturam constituisse in eo spiritu fœcundo in esseque successiuo perpetuo existentem, perpetuitatem specierum præstare modo superius narrato, quatenus ea natura in substantia spirituosa sibi perpetuitate proportionata residet proportione respondens elemento stellarum mobili, mobilitate perenni simplici motu continuo per figuram circularem. Cum enim spiritus ille seminum omnium sui insita narrata natura fœcunda, & perpetua mobilis esse nequeat mobilitate perpetua C simplici, motu continuo, secùndum circularem figuram, quia circa materiam generabilem, & corruptibilem agit. Proinde mobilis est secùndum proportionem ad eam cœli, ac stellarum mobilitatem: hinc mobilis est mobilitate perenni motu composito reflexiuo, secùndum figuram rectam reflexiuam, vt satis antea declaraui. Ex quibus patet etiam in philosophia naturali, calorem naturalem seminum omnium non ex parte temperamenti, eius essentiam, nec etiam suum nomen assumere debere, cum tantum calor hic ex parte suæ substantiæ hæc omnia acquirat. Eáque sanè ob causam, calor innatus seminum omnium perpetuus elementarius est nisi substantia, aerea, suauis, lenis, mollis, oleosa, & euaporabilis, vt subiectiua, & perfectiua, conseruatiuaq; prolifica secùndum perpetuitatem specierum calidi, & humidi temperamenti eius. Verum quoniam in reliquis, vt Philosophus naturalis, doctissimæ doctrinæ excellentissimi Cremonini vndique quiescere volo: Ideoque calorem viuentis corporis innatum, temperamentum calidũ, & humidum esse fateor, non tamen simplex, immo substantiale tantum, rationibus iam satis hactenus statutis.

1. Notandum.

2. Notandum.

2. De gen. animal. c. 3.

CAPVT XXX. D

Calidi innati à Medicis accepti definitio traditur, quam sigillatim dilucidare subinde proponitur.

Calidi innati tradita definitio



Vperest autem, vt ex his omnibus ad huc explanatis rebus, calidi innati ad Artẽ Medicam spectantis plenam colligamus definitionem; eamque adamussim enucleemus: Pro quare exequenda, inquam, vt antea iam asserui, calidum nobis insitum, nil aliud esse, nisi substantiam aeream paucæ aqueæ substantiæ iũctam, mollem, suauem, oleosam, lenem, & exhalabilem, sua natura subiectiuam, perfectiuam, conseruatiuam, simulque restauratiuam calidi temperamenti, & humidi eius substantialis; membris omnibus potissimum solidis inhærescentem; ex seminis spiritu, ac tenuiote parte, & ex sanguinis menstrui subtiliori portione exorta; vt ipsa primus naturalis motor sit, corporeus, sensibilis, & salubris per se, insalubris vero per accidens, his cunctis modis

Capite 27. & c. præcedent.

antea

A antea enarratis, cuiuslibet operis corporei salubris; & vt tutor, & propugnaculum primum salu
bre nostri corporis reparatiuum, ab iniurijs omnibus sit, semper primo à nobis Medicis conside-
randum, & pro nostro posse custodiendum: vt salubris hominis, & tranquilla obtineatur vita:
Hinc iure merito, ex Philosophorum naturalium sententia, calidum innatum primarium Ani-
mæ instrumentum habetur: quo Anima sua cuncta præstat munera. Quam definitionem par-
ticulariter secùndum quamlibet particulam dilucidare cogor.

C A P V T XXXI.

Calidum innatum substantiam esse, declaratur.



Æterum quoniam calidi huius innati duę sunt partes, quarum vna est eius sub-
stantia, alia vero eius temperamentum existit: prima subiectiua introspicitur;
secunda vero formalis se habet: Vtraque tamen pro vitæ omnibus rectè corpo-
B reis obeundis functionibus æquè pro suo posse conducunt; illa subiectiuè, ista
vero formaliter. Verum sicuti temperamentum vt forma exactior pars est su-
biectiua substantia; ita quoque præstantiorem efficit operationem simplici-
ter loquendo, quam alia pars subiectiua. Sed eo, quia temperamentum illud caloris innati, non
quidem absolutè assumitur à nobis Medicis, vt à philosophis naturalibus accipitur: Cum id so-
lum à Medicis vt salubre per se, & insalubre per accidens consideretur: Hinc illud desumimus,
aut vt bene se habeat, in suo robore ita custodiendo; vel malè se habeat suo robore deperdito,
iterum restaurando, denuoque recuperando, & hoc modo pars subiectiua, vt principalis, vt per-
fectiua conseruatiua, & restauratiua, & regens est: temperamentum vero subordinatum, & gu-
bernatum à parte subiectiua: Quandoquidem tunc pars subiectiua temperamentum illud om-
nino gubernat, & regit circa vitæ omnes administrandas corporeas actiones salubres vel insalu-
bres. Quomodo quæso temperamentum id salubre conseruare volumus in suo robore? nisi eius
substantiam manuteneamus? cum illa virium omnium substantia prima, ac potissima sit: quæ
omni ingenio semper custodienda, vt primum agens corporeum, per se salubre sua sponte natu-
raliter sanans. Proinde indicatio à viribus vitalibus, à calido cordi insito promanantibus, exhau
sta, cæterarum omnium indicationum dignè regina inspicitur. Pariter si temperamentum illud
C suo robore defecerit, quomodo amabo hoc denuo regignere, recuperare, & restaurare poteris?
quin suam regignens substantiam? si illa virium cunctarum potior pars sit. Adde quòd in pue-
ris plurimum calidi innati esse nequeat, nisi à substantia definiatur calidum illud, & eius essen-
tiam, & nomen à substantia eius assumat: nec puerorum calor naturalis suauis, humidus, mol-
lis, lenis, & exhalabilis habetur, nisi ratione substantiæ eius caloris; hominum vero consistentiū
calor aduentitius insuauis, aridus, acer, mordax, fumidus, seu fuliginosus, non ita halituosus exi-
1.Aph.14. stit, nisi eodem modo per eius substantiam is definiatur. Quocirca ait Galenus *Hippocrates non
ad qualitatem, sed ad substantiam in præsenti sermone refert id nomen* denique calor naturalis sua
substantia conducit, præternaturalis vero nocet sua substantia coctioni Gal. 2. de nat. fac. cap. 8.
Ideoque summa cum ratione, constitutum antea est, calidum innatum vt salubre per se, & insa-
lubre per accidens, à Medicis desumptum, & essentiam, & nomen, ex parte eius substantiæ acci-
pere; quia substantia ipsa principalis pars est, vt salubris, vel insalubris, regens, & gubernãs, con-
seruans, & restaurans temperamentum salubre, vel insalubre caloris naturalis; circa omnes cor-
poreas vitæ hominis rectè obeundas operationes salubres, vel insalubres. Proinde non modo di-
xi substantiam esse subiectiuam, & perfectiuam, verum quoq; addidi conseruatiuam, & restaura
tiuam: Cum ne dum ei temperamento substet, & non solum spiritus sua virtute sibi insita calo-
D rifica, & humida temperamentum illud calefaciendo, & humectando perficiat, in sua viuida, &
actuali, simulque potentiali caliditate, & humiditate substantiali; sed etiam illud conseruat, &
regignit, & vndique salubriter regit. Qua substantia ipsa calidi innati temperamentum eius
gubernat vt salubre, & insalubre, ad cunctas vitæ corporeas præstandas operationes, salubres, aut
insalubres: Proinde ea substantia pars calidi innati principalis, & essentialis, vt salubris, vel insa-
lubris inuenitur esse, quæ facultatem corpoream, sensibilem, & salubrem, vel insalubrem agendi
suo temperamento substantiali exhibet, simulque consignat: Vnde temperamentum eius, ab ea
substantia sua gubernatum, ab eadem substantia facultatem agendi acquirit salubrem, aut insa-
lubrem, ad omnia vitæ hominis corporea rectè administranda munera. Idcirco dixi calidum
innatum substantiam allatam esse; quia ipsa per se in secundo modo dicendi per se, & primo pri
mitate tum subiectiua, tum perfectiua, tum conseruatiua, tumque regeneratiua facultatem ha-
ber, regendi, & gubernandi suum temperamentum, vt satis declaratum est. Quocirca, res ipsa
non eget alia explanatione. Quam certè ob rem alias huius definitionis constitutæ particulas di-
lucidare conabor.

Calidi innati & temperamentū & substātia est, vt duæ partes, distinctæ.

Calidi innati tēperamentū simpliciter pars pricipalis est.

Quomodo calidi innati substātia in arte medica principalis pars sit; tēperamentū vero calidi innati ei substantiæ subordinatum sit.

Indicatio à viribus vitalibus desumpta, nempe à calido cordi insito emanantibus, cæterarū indicationum dignè regina est.

CAPVT

A

CAPVT XXXII.

Cur calidum innatum substantia sit aerea, paucæ substantiæ aqueæ annexa, halituosa, lenisque, dilucidatur.

Calidũ innatũ substantia est aerea paucę substantiæ aqueæ annexa, halituosũ, & lenis.



Vòd autem calor innatus substantia sit aerea, cum pauca aqueæ substantiæ portione, ac exhalabilis, & effluens, Galenus statuit, ex Hippocratis decreto, sic exarans. *Nam substantia innati caloris aerea est, & aquea, sicuti ex semine licet coniectari, quod paucam omnino terrenam substantiam participat, plurimum autem aeris calidi, humidique in se ipso continet* & alibi ait. *Verum nihil prohibet sanguineam substantiam simulque aeream vnà cum spiritu calidum audire innatum*: sanguinea enim substantia est calor naturalis, cum ea sit calida, & humida: Ratio autem cur aerea, & aquea sit substantia à Galeno redditur, sic *Quod vero ex aquosa, & aerea substantia plus defluere sit necessarium, quam ex terrestri*. Nam etsi ibi Galenus ostẽdere voluerit quòd plus puerorum calidi innati substantia è corpore effluente, quam in hominibus ætate florente gaudentibus, cum partim calor innatus in his siccus sit, non ita effluens: Ideo etiam hac ratione plurimo alimento pueri egent; Nam *si necessarium est alimẽtum, vt, quòd effluit ex corpore suppleatur, ex humidioribus vero, & plus aeris participantibus, plus effluit: fit, vt huiusmodi corpora plurimo egeãt alimento* Nihilominus quia calor innatus *in omnibus animantis continetur partibus. Tum in spatijs inanibus* proinde aereus est, vt sua defluitate æquabiliter, à corde, ad cunctas corporis partes suo viuido calore innato conseruandas delabi valeat: Proinde patet in pueris *halituosum, & calidum spiritum contineri quamplurimum, & ad vnguem symmetrum*: Cum itaq; calidum innatum, hac ratione defluens, penetrans, & vaporosum requireretur: Ideo terreum esse non potuit; cum ipsa terra his conditionibus careat: Nec aqueus fuit calor naturalis, quia frigida est aqua, attamen parum aqueus tantum introspicitur, ne nimis dissolubilis esset: Vltra quòd etiam calor cordi complantatus semper mobilis, pro sua mobilitate deorsum, & intro tendente possidenda, aquosa ea pauca graui indiget substantia, alioquin tantum aerea sua substantia sursum, & extra mobilis esset: Hinc nec etiam mobilis perpetuè esset motu perenne composito, secundum figuram reflexiuam. Aereus præterea inuenitur, non autem igneus, *Bene enim temperata est caloris innati substantia aerea: ignea autem aduentitij. Sed & effluxus, qui è toto corpore fiunt caloris aduentitij, sunt fumei, fuliginosi, aridi, & acres: Contra vero vaporosi suaues, & bene temperati caloris motiui*: Vnde caloris aduentitij *licet tũc valde vehementer calidum existat, & igneam, substantiam, tamen innati caloris paucissimam habet* aeream: *alioquin febricitantes diceremus plurimum habere calorem innatum*: Immo vt Alibi ait *insitum calidum ignitum factum, non solum priora munera obire non possit, sed neque corpus nostrum alere, quod ipsius erat primarium officium; immo contra perdat, atque vt ignis liquefaciat &c.* ergo ita clarè patet ex Galeni verbis, calorem naturalem non esse substantiam igneam, quinimmo tantũ aeream, vt huius rei alia mea non opus sit comprobatione: Quòd autem calidi innati substantia defluxilis sit, quatenus lenis, non autem aspera, sicuti aspera retinibilis, non autem ita defluxilis, manifestum est; Cum asperum retineat, lene vero facilè moueatur, Vnde vt lenis, simulque defluxilis etiam halituosa est, in eo vt spirituosa, & aerea existit.

1. Aph. 14. — 5. De sim. med. facult. c. 9. — 1. Aph. 14. — B — 5. De simp. med. fac. c. 9. — Ibidem. — 1. Aph. 14. — C — 6. Epid. com 5. cont. 5.

CAPVT XXXIII.

Cur calidi innati substantia mollis, suauis, & oleosa sit, rationes assignantur.

D

Calidum innatum substantia est mollis, suauis, & oleosa, & cur rationes redduntur.



Aloris innati vero substantia suauis, oleosa, & mollis est: Cum ea suauitas nõ solum tactui, vt contrà distincta ab asperitate percipiatur, verum etiam vt mitis dulcedo gustui manifestatur: Nam caloris innati vt corporis mixti elementarij similaris calidum substantiale habet temperamentum, & humidum, tanquam suam formam, & vt dissimilaris est facultatem mitè dulcem continet, pro eius forma: Hinc spiritus, qui eius substantia habetur, dulcior quidem existit, vt antea dictum est cap. 15. Proinde omisso eo dulcore, caloris præter naturalis acer, & mordax, aut salsus, seu amarus, siue acidus euadit: hinc tantum calor innatus in sanguine, & pituita naturali inest, cum sanguis dulcis suauis inspiciatur, & pituita dulcis insipida percipiatur; non autem in bile amara, seu accida, nec in melancholia acida residet; cum hæc omnia per adustionis modum gignantur, exhalato ab his dulcore euaporabili, ob calorem adurentem, & dulcorem exhalare facientem, vt in cinere combustorum est videre Aristotelis sententia vt c. 15. iam asserui. Hinc iam dixi caloris innati substantiam mitè dulcem

Calor innatus & eius spiritus in sanguine, & in pituita naturale inest vt in humorib. suauiter dulcibus.

Gal. 8 de decre. Hipp. c. 7. — De sensu, & sensili c. 4.

& sua-

A & suauem tenorem esse sensibilem suauem sanitatis sensibilis, suis validis viribus decoratam: sicuti in oppositum ea substantia iam acris, mordax, fumida, seu fuliginosa facta, tunc non nisi tenor sensibilis ægrotationis vel præsentis, vel venturę habetur. Quocirca calor innatus aereus, & calor aduentitius igneus, ille vt salubris, iste vero vt insalubris, ambo vt dissimilaris mixtus sub eodem genere gustabili conueniunt, specie vero contrarij existunt in eorum substantia gustabili: Vnde caloris innati substantia mitè dulcis, vt euchyma, & caloris acris, & mordacis substantia vt cacochyma contrariè opponuntur: Et licet non semper calor mordax, & acer cum febre sit; attamen ait Galenus quòd is sub genere caloris febrilis reponendus sit: Cur autem substantia calidi tum cordi insiti, tum cunctis membris complantari, tum caloris influxus mitè, vel suauiter dulcis se habeat, ratio est, quia si exactè dulcis esset, vt mel, & saccharum persentiuntur, tunc nimis fluxilis, nimisque euaporabilis, simulque dissolubilis esset, vt Galenus affirmat: hinc vis aliqua sibi permixta adstrictoria habetur, ne ita celerius distribuatur, neque dissoluatur: Cæterum quia calor innatus alimento sibi simile eget, vt ignis pro pabulo lignis: etsi ea nutritio potius, vt ait Aristoteles, spirituum regeneratio sit successiua: Proinde tantum alimento spirituale suauiter dulce regignitur, ac nutritur, & restauratur, nempe ex spiritu caloris influentis, & ex vapore tenue sanguineo. Cur autem oleosa ea substantia sit, ratio redditur, cum oleositas, seu pin-

B guitas leuis de essentia sit dulcoris, vnde omne dulce leue oleosum se habet, vt calor innatus est leuis, & dulcis; Ideo ait Aristoteles quòd spiritus, qui calor naturalis appellatur leuis, pinguis, & exhalabilis sit: Vnde pinguis dulcis est, sicuti flauus calor albi est; ideo vt leuis est, dulcis oleosus est: vt etiam cap. 15. fusius ostendi; At vero oleosum est etiam calidum innatum ob eius humidum naturale, radicaleque vocatum, ne sine eo humido oleoso nimis siccabile esset illud calidum innatum, vt proprio loco dicam. Mollis autem ea est substantia caloris naturalis; cum ea sit humida, nam omne humidum molle habetur, vel propriè, vel impropriè dicatur: Nam propriè molle duro contrarium est, vt Aristoteles statuit, facilè compressioni cedens, in se ipsum secùndum superficiem, durum vero nihil cedit: Cum itaque spiritus substantia non sit eius naturæ cedentis, ideo mollis impropriè dicitur, sicuti nec aqua mollis est ait Aristoteles vnde non nisi impropriè Hippocrates ait fętum in vtero matris motu cordis viuescere; & inquit quòd fætus postea *alimentum ad se, ab ijs, quæ in mulierem ingrediuntur cibo, & spiritu attrahit*, & paulo inferius ait. *At per humida, & mollia potest, quod hæc ipsius sint alimenta* qua Hippocratis autoritate, Galenus impulsus libro de marcore capite quarto, ait *Quare sapientissima natura humidam à principio, mollemque materiam sibi præparauit* sicuti ergo Diuinus senex, & Galenus quatenus Medici vocarunt spiritum mollem, sic etiam calidi innati substantiam vocare mollem

C decet.

1 Aph. 14 & 3. de causis puls. c. 11. & 6. epid. com. 5. cont. 5.
4. De tuen. san. c. 4.
6 Epid com 4. cont. 35.
6. De simp. med. fac. c. de glicirr.
6 Epid com 5. cont. 32.
2. De gen anim. c. 3. & li. de sensu & sensili c. 4
4. Mensũ summa. 2. c. 2. p. 770.
1. De victus ratione p. 306.

Calidi innati substantia mitè, ac suauiter dulcis tenor est sanitatis sensibilis, ea vero substantia ignea reddita tenor est sensibilis ægrotationis.
Calor igneus etsi cum febre semper non sit, attamen is sub genere caloris febrilis reponendus.
Dulce alimentum mitè, & suauiter dulce esse debet, non autē exactè dulce.
Calidi innati substantia cur oleosa.
Oleositas de essentia dulcoris est.
Omne dulce leue, & oleosum est.
Mollis est calidi innati substantia sed impropriè dicimus.

C A P V T X X X I V.

Rationes statuuntur, cur calor naturalis calidus, & humidus sit.



Calor autem innatus calidum continet temperamentum, cum omnia eius corporea opera secùndum naturam obeunda ab eo temperamento exerceantur calido: vt abundè antea iam ostensum est, vbi demonstraui, ea corporea calidi huius opera, vt salubria ab eius calidi substantia gubernari. Quæ opera, corporea ab Hippocrate iure vocantur, vt aduertit Galenus, quia ab operibus animasticis contradistincta sunt: Quandoquidem huius calidi opera isthæc corporea Animæ instrumenta seu organa vndique perficiunt: ac ita omnia Animæ organa perficiendo, etiam Animæ facultates omnes dispo-

D nit ad omnes animasticas actiones agendas, vt postea his perfectis instrumentis, Anima eius munera adimplere valeat: tamen à Medico factiuo opera hæc vt corporea, sensilia, & salubria desumuntur; à primo agente administrata corporeo sensibile, & salubre: non autem vt ab animasticis operibus contradistincta sint, quoniam Medicus, vt Artifex operatius sua mente factiua, nec Animam speculatiuam, nec Animę opera similiter speculabilia dignoscit: sed menti phisici speculatiui Medicus fidem præstare tenetur: Ideoque Medicus quoque phisicus esse cogitur; vt per accidens Mens speculatiua Menti factiuę inseruire possit, vt instrumentum cognitione disponens Mentem operatiuam, ad rectè operandum: dum menti factiuę speculata, demonstrata, ac definita salubria, vel insalubria porrigit. Cæterum calidum innatum humidum esse deuincitur pluribus rationibus, quarum prima est, ratione eius humidi naturalis pinguis, seu oleosi, dulcis ei calido proportionati; ne calidum corrumperetur, vt ait Gal. & ne facilè siccabile esset, vt Aristoteles censuit, & ne facilè infrigidibile sit: hinc neq; leui de causa corruptibile, nec insuaue fieret: nempe mordax seu acre, quia tunc nocuum esset. Calidum itaq; assiduè alte-

6 Epid com 5. cont 5.
1 Aph. cont 14. com. 2. de natura hum. cont 5.
Lib de marcore. c. 4. & 3. de causis pulsium c. 10. li. de longit. & breuitate vitæ c. 1 p. 953.

Calidũ innatũ cur calidum & humidum.
Calidi innati corporea opera ab operibus animasticis contradistincta sunt.
Calidi innati corporea opera Animæ organa corporaliter perficiunt.
Medici mēs factiua mēti phisici speculatiuæ fidem præstare debet, res speculabiles a mente speculatiua demonstratas, ac definitas accipiendo.

rando, in humidum agere debet, & in humidum paſſionem imprimere, & humidum paſſionem recipere debet. Vndè quouſque æqualis actio calidi, & paſſio humidi eſt, & humidum ceu calidi pabulum, & ab eo calido recipitur proportionatè, calidum innatum viuidum, & viribus validis decoratum habetur. Multis autem modis calor innatus exſiccatur. Nam, & aſſiduè è corpore huius caloris ſubſtantia halituoſa efflatur: Vnde in ea exhalatione aliquid humidi euaporare neceſſe eſt: & eo, quòd perpetuo eius ſubſtantia humida æquè tum in Animæ actionibus, tum in calidi innati corporeis operationibus conſumitur: Vnde quoque in Animi, & corporis quiete, dum totum corpus, & corporis quæcunque pars à calido eo conſeruatur, & fouetur, extinguitur. At quoque dum calor naturalis in humidum agit nutrimentum coquendum, exſiccatur, per reactionem humidi nutrimenti, cum omne agens agendo repatiatur, & extenuetur, hinc etiam exſiccetur: & licet calor naturalis dum in nutrimentum agit, in nutriti ſubſtantiam id conuertendo, ab ipſomet etiam nutrimentum humectans capiat, & hinc humectetur; nihilo ſecius ſemper calor naturalis ratione eius ſubſtantiæ aereæ, & aqueæ oleoſæ ſuauis, lenis, & mollis debilitatur, & aduentitius fit: hinc aridus, & ſqualidus, ne ſiccum dicam, euadit, per nutrimenti reactionem: Cum itaque ſiccitas, ſeu ſqualor adeo noſtræ vitæ oppoſitus ſit, vt iure aſpera, & mordax lima, & inſtrumentum mortis vocari poſſit, cum in toto noſtræ vitæ decurſu quotidie vitam offendat. Proinde ſumma Dei, & Naturæ prouidentia factum fuit, vt ortus, & interitus longiſſimè ſeorſum ſuis fundamentis diſtarent: quia genitura in plurimo humido, & minimo ſicco igneo, non autem terreo ſolido reſidet, mors vero in minimo humido, & in plurimo ſicco fundatur vt Galenus ſtatuit: vt diutius vitæ noſtræ periodus protraheretur, quo protrahi poſſe; quoad poſſet potentiæ vitalis: Quocirca per humidum, & ſiccum generatio, & interitus hominis ad inuicem tam longè diſtant, quam tardius calidi innati ſubſtantia ſpirituoſa allata à minimo ſicco, & à maximo humido, ad maximum ſiccum, & ad minimum humidum labitur, concurrente ipſo calidi innati oleoſo, & radicali humido: Proinde quandam in noſtræ vitæ decurſu aſſiduè in dies magis, magiſque his cunctis modis calor noſter naturalis ſua ſubſtantia languens ſiccam, aridam, terreamque acquirit conditionem, Ideo calori ipſo iunctum fuit humidum naturale iam declaratum pingue, copia ſubſtantiæ calidi huius proportionatum; quod difficilè diſſoluitur, ob eius pinguitatem, & craſſitiem, hinc calor naturalis nutritur, vt flamma ab oleo, ab humido radicali vt ſtatuit. Galenus de vtil. reſpiration. capite primo. Ex quo vt ait Ariſto. vitæ longitudinem infert, calidum innatum ab iniurijs enarratis cuſtodiendo, ac reparando, vnde cauſam breuitatis noſtræ vitæ ſcire oportet, quæ eſt quòd humidum naturale continuè à calido innato, dum his varijs modis aſſiduè exſiccatur is calor; abſumitur: & licet humidum quinque perpetuò reſtauretur nihilo minus nunquam integrum reſtituatur, ideo humidum deſinit, & hinc morimur.

Margin notes: Calidum innatum multis modis exſiccatur: ideo humido naturali eget. — 2. Aph. 14 & 1. de tuen. ſan. c. 3. & 7. aph. 59. — A — Ariſt. 4. de gen. animal. ca. 4. & Gal. 1. de ſimpl. cauſis c. 3. — Ariſt. lib. de longitu. & breuit. vitæ c. 3. p. 953. — B — Ortus in maximo humido, & minimo ſicco. Interitus in maximo ſicco, & minimo humido eſt. — Lib. de marcor. c. 4. 1. De tuen. ſan. c. 2. & 1. aph. 14. — Cauſa breuitatis vitæ. — Ibidem nempe de long. & breu. vitæ c. 3. — C

C A P V T X X X V.

Cur calidum innatum potiſſimum in partibus ſpermaticis inſit, & quomodo in ſpecie carnoſa ſit, explanatur.



Alorem autem naturalem, membralem à quibuſdam vocatum, omnibus membris inſitum eſſe, iam ante oſtendimus, cum nulla pars noſtri corporis, etſi viliſſima, & minima fuerit, inueniatur, quin eius proprium, ac ſibi inſitum contineat calorem: Verùm quoniam partes vel ortum ſuum ducunt à ſemine, & hę partes ſolidę, & ſpermaticę appellantur: vel earum originem à ſanguine habuerunt, & hę partes ſanguineę, ſeu carnoſę nuncupantur: At vero cum membra plurima ex vtriſque compoſita ſint, Ideo partes ſpermaticæ, & corpora ſolida, & partes ſolidę vocatę fuerunt à Galeno: partes vero ſanguineę, & ſpecies carnoſa, & genus carnoſum appellatę ſunt. Nam, vt antea diximus, omnia noſtri corporis membra ſecundum filamenta, ſeu fibras ſuas, ex ſemine primordium habent, & hęc ſolida vocantur corpora, quę ſpecie carnoſa indigēt, tum vt ea ſpecie carnoſa, veluti indumento induantur, vt ab iniurijs defendantur tum vt in ſuo calore naturali viuido, valido conſeruentur, vt ſuis operationibus corporeis fungi valeant: vt capite 15. iam dixi; calor itaque horum membrorum corporibus ſolidis ineſt, & generi carnoſo, ſed potiſſimum his ſolidis ineſt corporibus; Cum calor naturalis maximè harum ſolidarū partiū corporeas regat operationes: quoniam hę partes vt calori naturali ſeminis congeneę, & familiares vt ſeminales partes vim attrahendi, coquendi, retinendi, & expellendi, & aſſimilādi cōtinēt, non autem ſpecies carnoſa: Hinc ait conciliator, Deum, & Naturā poſtremū conatum feciſſe ad partes ſolidas conſtituendas, omnibus corporeis deſeruientes operibus, vt cap. 15. etiam dixi:

Idcirco

Margin notes: Partiū vel ſpermaticæ ſeu ſolidæ, vel ſanguineæ ſeu carnoſæ. — Calidum innatum quomodo in partibus ſolidis & quomodo in carnoſis. — 1. De ſemine c. 6 — D

A Idcirco natura semper protensa est, pro his seminalibus conseruandis partibus; quæ si in habitu iam ægrotauerint, non amplius sanari æger potest. Proinde pus in quacunque parte, etiam in hepate genitum, & concoctum, non est rubeum, quia à specie carnosa rubea non gignitur, sed à corporibus solidis albis conficitur, & ideo album est, pariter in febribus hypostasis alba fit, in concoctione putrescentium excrementorum, à partibus his albis spermaticis tantum, non autem à specie carnosa: Ideoque Hippocrates inquit vt Galenus adnotauit, naturam corpora solida regere, ad omnia corporea eorum munera rectè molienda; quam naturam asserit calorem naturalem esse vt salubrem, ait enim Galenus: *& eam, quæ solida corpora regit, naturam quæ secundum Hippocratem, est calor naturalis*. Hinc Galenus scriptum reliquit *spiritus substantia aetea declarata vnà cum solidis corporibus sic nobis custodienda in morbis sunt, vt tum qualitate, tum quantitate, quo ad fieri licet naturaliter se habeat*: eo, quia spiritus seu caloris naturalis substantia omnia corporea regendo munera, quatenus ea præcipuè familiaritate, & affinitate quadam sibi insita, corporibus his solidis inest, ea quoque spermatica gubernat corpora. Ideo in morbis ea omni ingenio custodienda est, cum ipsa sit, quæ primo naturaliter sanat.

6. Aph. 17.

Ibidem, 12. Meth. c. 5.

B

CAPVT XXXVI.

Cur calidum innatum ex spiritu, semine, & sanguine menstruo, tanquam ex causa materiali exoriatur, ratio redditur.



Calorem autem naturalem in nobis, ex tribus suam originem habere clarum est, nempe ex spiritu seminis, & seminis, & sanguinis menstrui aquea portione depuratissima, quæ aptissima est, vt ipsa vnà cum spiritu aereo huius caloris commisceri possit, vt ex his consurgat ea calidi innati substantia, aerea, & aquea, iam statuta, ex Galeno: Quòd autem calor innatus ex iis tribus emergat, ceu ex causa eius materiale, sibi propria, & Autoritatibus, & rationibus non difficilè mihi probandum erit. Quandoquidem Galenus inquit, *Prima enim eius* nempe hominis *constitutio ex sanguine, & semine est*, & alibi ait: *Ex quo primam sortiuntur generationem: quod quid aliud quaeso sit, quam sanguis menstruus semenque*. Pariter

C habet. *Sanguis, semenque genitale generationis nostræ primordia sunt, ille cen materies*. Et postea scriptum reliquit *& ne temere tibi persuadeas, ex sanguine menstruo, & spermate immortale successiua speciei perdutatione animal posse constari*. Sed cum in semine & spiritus sit fecundus, & semen, ergo tria isthæc, nostræ generationis principia materialia existunt, quo ad calidum innatum primogenitum, nam quo ad corporis membra calidum ingenitum principium est, corporeum, primum, effectiuum, vt dispositiuum introductionis Animæ, & nostræ generationis corporaliter, & perfectè corpus nostrum organizando; Hæ nanque Galeni sunt autoritates, ab aliis quoque comprobatæ. Herodoti enim liber, qui Galeno attributus est, & ascripta introductione capite 9. hæc continet verba, *Quoniam fœtus in prima sui formatione ex genitura, & sanguine, qui à matre est*, & libro alio Galeno ascripto secretorum cap. 1. habetur *principium nostri est ex sanguine, & spermate*. His autem constitutis autoritatibus, idem rationibus confirmare enitar, & primo hoc argumento. Omnia enim quæ principia sunt nostræ generationis constitutiua, debent esse quoque principia constitutiua primi agentis corporei, nempe calidi innati: Sed spiritus seminis, & semen, & sanguis menstruus sunt ea, quæ prima principia sunt nostræ generationis constitutiua: ergo hæc tria quoque habent esse prima principia constitutiua calidi innati. Maior probatur sic. Prima principia corpus nostrum constituentia, tenentur etiam primum

D corporeum motorem corporis nostri constituere, sed calidum innatum est primus corporeus motor totius corporis humani: ergo prima principia corpus nostrum constituentia, coguntur etiam calidum innatum constituere. Minor autem clara est Galeni autoritatibus: Secundum argumentum erit id: Ad calidi innati constituendam substantiam aeream, seminisque spirituosam difficulter dissolubilem, requiritur crassamentum aqueum, ei substantiæ iunctum, vt Galenus statuit: Sed crassamentum id aqueum non sufficit spermaticum, cum requiratur etiam partim sanguineum, ergo ad caloris naturalis substaneiam construendam, & spiritus seminis, & seminis, & sanguinis menstrui aquosa portio optatur: Maior enim iam nota patet: & Minor ita probatur: Quot sunt partes genere generalissimo vicissim distinctæ à semine, & sanguine obortæ, tot esse debent crassamenta aquosa, quæ eam seminis spirituosam reddat, parum crassam, seu minus tenuem substantiam: Sed duæ sunt partes genere generalissimæ seiunctæ, nempe spermaticæ, & sanguineæ; ergo duo quoque crassamenta allata flagitantur, vt caloris naturalis substantia spirituosa, à crassamento pro-

Margin notes (left): 5. Aph. 14. 5. De simp. me. fac. c. 9. — 2. De temp. c. 1. Aduersus Lic. c. 7. — Primo de sanit. tuen. c. 2. idem 3. aph. com. 14. 3. De vsu part. 10. c. 13. 3. D. — 25. Ag. f. 51. L. F. Sp. f. 96. lit. H. — Lib. aduersus Lycum com. 1. aph. 14.

Margin notes (right): Cur calidū innatum ex spiritu, semine, & sanguine menstruo tanquam in materiali ex residcat Autoritates. — Calidum innatum ex spiritu, ex semine, & ex sanguine menstruo fieri, primum argumentum. — Secundum argumentum.

prio ſpermatico partibus ſpermaticis inhæreſcens exactè, & facilè craſſetur; ſicuti etiam alia A
ſubſtantia caloris innati ſpeciei carnoſæ annexa, à craſſamento proprio ſanguineo craſſari debet: Ac ita perficitur calidi innati ſubſtantia aerea, eo vtroque aqueo craſſamento decorata, cuiuſcunque viſceris muſculi, & membri cum in his partibus, & corpora ſpermatica ſolida vocata: & ſpecies carnoſa ſimul iuncta, & ſimiliter caloris innati ſubſtantia aerea ſpirituoſa vtroque craſſamento referta inſint. Vnde ſicuti ſpecies carnoſa vt indumentum ſolidorum corporum ſe habet, ad ea corpora ſuo valido robore calidi innati manu tenenda: ita craſſamentum ſanguineum, craſſamento ſpermatico conducit eadem proportione, quaſi ſanguineum craſſamentum indumentum ſit craſſamenti ſpermatici, ad totam integram caloris cuilibet parti complantati aeream, & ſpirituoſam in ſuo robore conſeruandam ſubſtantiam; Quocirca hic

Tria notatu digna. tria perpende: primò enim quòd craſſamentum aquoſum exoptatur ratione dicta, vt ſpiritus minus tenuis factus, non ita facilè ſolubilis ſit, & vt motui eius in corde deorſum facto aquea portio ponderoſa inſeruiat.

1. Notandum. 2. Notandum. Secundo quòd craſſamentum aquoſum proportionatum eſſe debeat partibus primis, ex quibus membra emergunt, & cum duæ partes ſint primæ, nempe ſpermaticæ, & ſanguineæ, proinde duo craſſamenta aquoſa adeſſe debent.

3. Notandum. Tertio calor innatus ita eo triangulo conſtitutus, in membris ineſt, vt in organis animæ perficiendis, conſeruandis, & reſtaurandis eadem proportione, quæ inter partes ſpermaticas, & ſanguineas exiſtit, quo ad ea duo craſſamenta; B

Tertium argumentum. Poſtremum autem argumentum erit hoc. Quot ſunt ſubſtantiæ virium calidi innati cuſtodiendæ in morbis in qualitate, & quantitate ſeorſum diſtinctæ ratione principij earum generationis, tot eſſe debent principia conſtitutiua huius ſubſtantiæ virium calidi innati: Sed tres ſunt ſubſtantiæ virium calidi innati in morbis cuſtodiendæ viciſſim diſiunctæ ratione principij earum generationis: nempe ſpiritus, corpora ſolida, & ſpecies carnoſa, vt Galenus ſtatuit vt antea capite 15. aſſerui: Ergo tria principia ſunt conſtitutiua ſubſtantiæ calidi innati, his tribus ſubſtantijs virium caloris innati noſtri corporis: vt ſunt ſpiritus, & ſeminis, & ſanguinis pars aquoſa. (11. Met. c. 5.)

Dubium. At vero dubium conſurgit: cum dixerit Galenus *non enim ſanguis quidem menſtruus prima, ac propria eſt gignendi animalis materia.* Cum omnia corporis noſtri membra ſuam originem à ſemine ducant; (14. De vſu part. c. 3. 2. De ſemine c. 6.)

Reſponſio. Cui reſpondeo vt antea dixi craſſamentum ſanguineum non eſſe primum nec proprium incraſſamentum caloris naturalis ſubſtantiæ, & illud potius adeſſe incraſſamentum ceu indumentum craſſamenti ſeminei.

Dubium ſecundum. Sed adhuc maius dubium mihi ſeſe offert, cum Galenus ſcriptum reliquerit *ſiue enim fœminæ ſemen, ſiue ſanguis qui in matrice promanat, motus principium quoddam conferat, omnino motus principium idem cum maris ſemine habere eſt putandum,* & poſtea conſcripſerit. *Quare nihil mirandum eſt, ſi in prædictis flexibus ſanguine velut ſtagnante ſuccus ſpermaticus congeratur.* ex quibus verbis videtur Galenum dubitaſſe, an ſanguis menſtruus, vel ſemen fœmineum eſſet principium noſtræ generationis. (14. De vſu part. c. 7. Cap. 10.) C

Solutio. Cui reſpondeo his in locis de ſemine fœmineo Autorem exaraſſe, quod in generatione tanquam alimentum ſeminis viri ſe habet, vt iam demoſtraui, & de ſanguine, qui dum in flexu eo diu manet, & hinc à membranis albis eius flexus albeſcit, & ſemen euadit: cum exararit hæc verba *carnes humorem, qui in primis flexibus habetur, ad huc ſanguineum, in ſequentibus deinceps magis, magisque albeſcere, quo ad in omnium poſtremis totus albus omnino fuerit redditus, qui flexus poſtremi in teſtes terminantur.* (Cap. 10.)

Concludit̃ in ſtitutum certũ eſſe. Quam certè ob rem manet veriſſimum eſſe, calidum innatum ex his tribus promanare, veluti ex triangulo: qui etiam triangulus à corde effluit, dum calor influens emergit, ac ita triangulus ad cæteras noſtri corporis partes aſſiduè tranſmiſſus, hoc eodem triangulo calor cunctis membris inſitus in ſuo viuido, & valido robore ſubſtantiale manutenetur, fouetur, ac reficitur, etſi nunquam integrè reſtauretur, ob exſiccationem partium, quæ à membris quotidie recipitur ob tractionem nutrimenti recepti, & alijs de cauſis antea poſitis: At vero non defuerunt aliqui tentantes hunc triangulum euertere; Quorum opinio, quia à Caimo, & à Brozerio vndique repulſa fuit, ideo circa eorum exiſtimationem nihil dicam, ne in aliam incidam diſputationem, neque tempus conteram. D

✠

CAPVT

A

CAPVT XXXVII.

Calidum innatum in nobis primum naturalem corporeum salubrem esse motorem, ad omnia corporea obeunda salubria opera, accommodatissimum.



6. Epid. c. 1. cõt. 5. & 6 epidem. com. 4. contex. 25. Et 8. de decret. Hippo. c. 7. & 1. aph. 15.

Calidum innatum primum agens naturale corporeũ salubre est pro omnibus operibus corporeis faciẽdis.

Duplicem vero caloris naturalis esse constituit vsum, vel finem: scilicet, vt artificialem medicinalem salubrem, & speculatiuum physicum: Ex quo primo eum medicinalem explanabo vsum, mox alium declarabo finem: Quoniam iam dictum est calidum innatum à Deo, & à Natura constitutum fuisse, vt id primum naturale corporeum esset agens, vt salubre per se; quod à Deo, & à Natura factum est, pro vitæ muneribus exercendis, vt id omnia corporea opera salubria secundum esse naturale, semper præstaret; vt huius primi corporei agentis ope, omnia Animæ instrumenta semper perfecta, & ad animasticas actiones administrandas concinna, &
B
paratissima haberentur: etsi à Medico fictiuo hæc speculatio minimè examinetur, vt antea tetigi. Vnde calidum innatum est etiam primum naturale corporeum propugnaculum salubre nostri corporis à læsionibus cunctis reparatiuum, quod per se, & primo naturaliter sanat, coquendo cruda, & vtilia ab inutilibus segregando, inutiliaque expellendo, vtilia vero retinendo, & partibus alendis assimilando: Ideo iure à Galeno, & ab Hippocrate primum naturæ instrumentum vocatur; cum illud omnium operum naturalium Autor sit. Verum ne dum eas naturales corporeas exercet operationes, sed etiam cætera omnia corporea præstat opera, actionibus æquè tum vitalibus, tum animalibus obeundis inseruientia, vt abundè antea demonstraui: Idcirco calor naturalis primus etiam in quacunque salubri, vel insalubri consideratione, & in qualibet operatione salubri, à Medicis perpendendus venit, vt is qui corporea omnia opera salubria, à Medico administranda, regit: Quibus de causis summo iure ait Galenus substantiam calidi innati, vt virium roboris substantiam ad vnguem tum qualitate, tum quantitate primo custodiendam esse, quia etiam Aristoteles *semper ferè vel*
C
insitum calorem, vel spiritum innatum vel bonam temperaturam firmitatis, ac roboris membrorum causam esse statuit, vt Galenus adnotauit: cum huius calidi innati substantia, ea quidem sit, quę vt primus motor corporeus, omnia corporis humani corporea vndique regit, ac perficit munera. Eamque sanè ob causam hunc primum corporeum motorem tanti Antiquiores fecerunt, quòd stoici putarunt, calidum innatum Animæ essentiam esse, vt refert Galenus, & Galenus ipse statuit, quòd calor innatus, nisi sit Animæ essentia, saltem primum sit Animæ instrumentum, cum sit virium substantia secundum plures, & summos veteres medicos. Vnde is quoque potentiæ vitalis essentia clarè perspicitur: Quo fit, vt Hippocrates non solum calidum innatum primum esse agens corporeum censuerit, verum etiam substantiam esse corpoream perfectiuam, conseruatiuam, & restauratiuam, & vndique gubernatiuam virtutum Animæ subiectiuam, quæ si ignescat vnà cum morbo, etiam Anima, & corpus necessario depascatur: Aristoteles vero etiam terminat calorem nobis insitum ferè animam esse pro sui nobilitate: tum quia est Animæ proximum instrumentum, tum quia est materia subiectiua virium omnium naturalium Animæ vegetatiuæ, & cæteris omnibus viribus Animæ rationalis, & sensibilis accommodatus. Quibus de causis calor naturalis, & spiritus insitus: & Anima, & natura à Galeno vocatur, quoniam subiectiuè corporaliter, & salubriter in arte medica idem sunt, & in eo quòd in eodem instrumento, & anima, & natura, & calidum temperamentum, ac temperamenti spirituosa substantia simul sunt; etsi ratione diuersa seorsum seiuncta sint apud naturalem philosophiam. De Anima tamen vegetatiua, vel sensitiua, aut motiua hic loquitur, non autem de rationali quæ, cum deforis emanet, immortalis est.
D

✠

24. De vsu par. c. 6.
2. De dec. Hipp. cap. 7. & 6 epid. com 2. cont. 32. & 5. aph. 18. 21. & 22. & 1. aph. 15.
12. Meth c. 5.
2. De fœmine c. 25.
5. De symp. me. facul. c. 9.
6. Epid. com. 3. t. 38.
6. Epid. com. 5. context. 5.
Problematib sectione 26.
1. De simp. me. fac. 9. & 1. aphor. 14. & lib. de rigore c. 6.
2. De generatione animalium c. 1.

Calidum innatũ animæ essentiam esse stoici putarunt.
Calidum innatum primũ Animæ instrumentum.
Calidum innatum essentia est potentiæ vitalis.
Calidum innatum totum corpus gubernat in corporeis operibus exercendis.

A

CAPVT XXXVIII.

Calidum inſitum, & Naturæ, & Animæ proximum eſſe inſtrumentum; Ac etiam Dei inſtrumentum eſſe, probatur.



Ecundus vero finis gratia cuius calor naturalis creatus eſt, vtique reperitur, vt is inſtrumentum ſit proximum tum Naturæ hominis corporeæ, tum Animæ: Naturæ ſanè corporeæ ad cunctas corporeas moliendas operationes, Animæ vero pro animaſticis omnibus fungendis muneribus: Vnde Natura hoc modo aſſumpta ſubiectiuè corpus perficit organizatum, etiam ante Animæ ingreſſum, in embrione gignendo; & ſicuti ante Animæ deductionem calidum ingenitum inſtrumentum fuit proximum Naturæ ad embrionem exactè organizandum, dum *primum quidem formantur membranæ, tunicæ, item viſcera, & ſanguinis vaſa; vltima vero perficiuntur oſſa, & vngues, & cartilagines*, ſic poſt Animæ aduentum in corpore humano penitus regendo calor innatus primogenitus, & cunctis membris inſitus inſtrumentum eſt proximum naturæ humanæ corporeæ: Quocirca vbi calor naturalis vt naturæ inſtrumentum omnia membra optimè organizata ſuo viuido, & valido calido conſeruat ſubiectiuè definit: ibi illico tranſitum facit, ad Animæ actiones obeundas, & Animæ primum inſtrumentum euadit: At vero nunquam Animæ inſtrumentum is eſſe valet, quin prius vt inſtrumentum naturæ, & quatenus primus naturalis autor corporeus omnia corporea præſter officia, ad omnia organa, ſeu inſtrumenta perfecta reddēda, & parariſſima, ad quamuis Animæ actionem præſtandam, tam naturalem, ab Anima vegetatiua obeundam, quam vitalem ab Animæ potentia vitali, pulſatili, & iraſcibili agendam, quam etiā animalem, ab Animæ voluntariæ facultate ſenſitiua, motrice, vel principi adminiſtrandam. Et ſic beneficio vnius caloris naturalis, non modo natura, ſed etiam Anima, ſimulque corpus ſuauitate ſalubri gaudet. Vnde huius caloris emolumento multa, & varia conſeruantur, cum eius eſſentia inter Animam & Naturam, & corpus ſit, ceu vinculum iungens Animam, & naturam, cum corpore. Præterea is ſemini, & hominis varijs ætatibus varijs temperaturis accomodatur. Ait enim Hippocrates *Quibus ſic habentibus ſe multas cuius vis generis tum ſeminum, tum animalium formas nihil inter ſe, neque vſu, neque facultate diſſimiles à ſe inuicem ſecernunt.* Non differt enim calor innatus ſeminis, à calore nobis inſito, quia vſu, & vi conueniunt; cum calor naturalis, qui modo in ſemine reſidet, mox in corde hominis ſuam ſedem continere valet, & ſic ille calor naturalis cordis in ſpiritum vitalem tranſmigrans, poſtea in ſemine fęcundo exiſtere poteſt. Ea propter mihi ſunt connumerandæ calidi innati acceptiones variæ; & in omnibus his varijs differentijs inuenies calorem naturalem ſemper inſtrumentum eſſe vel naturæ, vel Animæ, & naturæ ſimul. Prima igitur acceptio eſt huius caloris in ſemine quomodo Ariſtoteles eum aſſumit. Secunda acceptio eſt in embrione organizando, & is calor à me ingenitus vocatus eſt, cum non dum genitus ſit: Tertia acceptio inuenitur in fętu, accepta ab Hippocrate, & Galeno, dum terminarūt primum caloris naturalis cordi inſiti motum *foras, & extra* eſſe, & is primo: genitus eſt: cum ante omnia cætera genitus ſit. Quarta conſideratio huius caloris, eſt in pueris, in quibus plurimum ineſt calidi innati; cuius ſubſtantia calida, & humida, ſuauis, mollis, lenis, oleoſa, & euaporabilis, cum pueri propè genituram ſint, quæ in plurimo humido conſtat: ſicuti interitus in plurimo ſicco exiſtit. Hinc optimè exarat Gal. *Homo primo die quo naſcitur, calidiſſimus vltimo quo moritur frigidiſſimus exiſtit.* Vnde ex Hippocratis decreto calor innatus puerorum aereus eſt, & aqueus ſimul vt antea vidiſti; Quinta eius caloris naturalis deſumptio, quæ caloris naturalis aduentitij vocatur, habetur partium ſolidarum in hominibus, florente ætate gaudentibus; vbi calor is ſubſtantia eius aerea, & aquea deficit; quia tunc ex acriori, & ſicciori ſanguine vltrarationes alias poſitas, ob reactionem alimenti quotidie in ſanguinem conuerſi humidum radicale deperditur, in dies magis magiſque languens, & mutatio fit in ſiccum: Vnde calor is naturalis aduentitius vocatur, cum ætatis decurſu deficiente ea humida aquea, & aerea ſubſtantia, quaſi igneam, ac terream acquirendo ſubſtantiam, aridam, ſiccam, fumidam, & fuliginoſam, aduentitiam, & nouam acquirit ſubſtantiam. Quocirca calor ille in medio periodo exiſtit vitæ hominis, & in gradu latitudinis naturalis periodi medio inter genituram, & interitum, hinc etiā in medio gradu inter plurimum humidi, & minimum ſicci geniture, & inter plurimum ſiccum, & minimum humidum mortis: vt ex his Galenus verbis elicere potes *Puerile quidem corpus in ſe ipſo continet aereæ, & aqueæ ſubſtantiæ minimum terreſtris: Contra vero eorum, qui in ætatis vigore conſiſtunt, à terreſtri ſiccitate obtinentur, deficit autem aquoſa, & aerea ſubſtantia*, cum autem id fiat ex ſpiritibus, & ſanguine, modo narrato, quotidie ex alimento aſſumpto reagente oborto, qui per venas, & arterias ad omnes corporis partes nutriēdas accedit, & cum non amplius gignatur aereus, & aqueus, vt in puerili ætate, immo acer, & ſiccus, ideo ob ſanguinem aduentitium calor naturalis quibuſcunque membris inſitus aduentitius euadit, dum eo ſanguineo vapore caloris

ſuius

Calidum innatum Naturæ & Animæ primū inſtrumentum.

Gal. 14 de vſu, par. c. 6. 5. De ſimp. me. ſac. c. 9. Gal. 2 de temperamentis c. 2.

B

Lib. 1. de victu ratione p. 305. In Foeſio.

C

2 De gene. animal c. 3.

Lib. 1. de victu rat. pag. 306. & Gal. 3. de cau. pulſu c. 9. 1 Aph. 14. & 11. contra Lucum.

8. De decret. Hipp c. 7. 1 De natura humana tex. 15. 1. Aph. 14. & 31. aduerſus Lu. 6.

D

1 Aph. 14.

A huius substantia nutritur, regignitur, ac reficitur in partibus solidis existens. Proinde Galenus ait *Acquisitinum sanè à sanguine* habemus *non proprium, non insitum, vt iecur, & cor possident*, & alibi ait. *Verum nihil prohibet sanguineam substantiam, simulque aeream vna cum spiritu calidum inaudire innatum*, quia per sanguinem, & spiritum sanguinis calorem naturalem aereum in adultis aduentitium euadere constituit: Sexta vero nostri caloris acceptio est, in senibus, vbi minimum de humido radicali adest, plurimum siccum in periodi vitæ fine; vbi frigidissimus & siccissimus homo existit. In omnibus itaque ijs acceptionibus calor innatus vnus specificè est, qui variatur postea ad varios vsus, & varias ætates hominis: & semper est instrumentum Naturæ etiam in seminis calore naturali, & in embrione: in reliquis vero acceptionibus calor is non solum naturæ corporeæ primum instrumentum est, verum etiam Animæ proximum instrumentum se habet: Eâq; sanè ob causam nec Natura, nec Anima vllam earum moliri possunt operationem, nisi auxilio calidi innati, ceu primi agentis corporei, omnium corporeorum operum præstandorum in corpore humano quatenus id primum corporeum agens omnia tum Naturæ, tum Animæ organa perficiat, & vndique regat, subiectiua corporea gubernatione; & ita regendo omnia Naturę, & Animę opera agenda disponat. Calidum vero innatum *Aethera* vocatum *Dei in-*
B *strumentum est* ad omnia inferiora viuentia gignenda & conseruanda vt infra c. 40. videbis etsi impropriè id contingat, quia Deus sine instrumento agit: nisi dicatur, dum Deus vnà cum natura sua ministra agit, naturaliter.

6. Epid. com. 1. com. t. 15. 3. De simp. med. fac. c. 9. Lib. de marcore c. 4. 8. De dec. Hip. & Plat. 7. & 1. de natura hom. t. 12. Lib. De princip. seu principijs Atca exordiis.

C A P V T X X X I X.

Calidum innatum elementare igneum esse; Paparellæ, Carpentarij, & Rudij rationes statuuntur.

SEd superest non exigua physica disputatio; Maximum enim mihi negotium facessere videtur: cum apud aliquos grauissimos autores calidum innatum aereũ haud esse existimetur, immo igneum: Paparella enim ait. *Dicimus nanque, quod calor ignis aliquando est naturalis, quando scilicet dirigitur à forma veniens ipso per se, pro instrumento ad generationem mixti verbi gratia, calor, qui est in spiritu genitiuo est idem specie cum calore ignis, & idem est naturalis, quia agit directus à vir-*
C *tute formatrice seminis patris ad generationem fœtus, sicuti testatur Auerr. 4. col. & 4. meteo. vbi dicit, quod digestio, & generatio mixtorum, quæ fit per digestionem efficitur ab elemento ignis, & Auicenn. ad hunc sensum scripsit prima primi capitis de elementis, quod ignis dicit qualitatem elementorum de proprietate elementari ad complexionalitatem, quod non est, nisi per digestionem; ac ideo calor ignis dirigit instar naturalis, & similiter calor actualis, qui est in seminibus animaliũ dicitur cælestis, quatenus agit virtute cælestium: vt 2. de gen. enim refert Philosophus, & tamen est naturalis, & elementaris. Calor igitur quilibet, qui est qualitas prima prout operatur, principaliter dirigitur à forma ignis, & etiam quatenus operatur virtute ignis, eatenus ignis, igneusue dicitur. Quatenus verò dirigitur a forma mixti ad mixti procreationem naturalis nominatur, & prout a super cælesti hoc modo dirigitur, cælestis appellatur. Hoc idem perspexit Plato in Timæo, dum ait omne animal in sanguine, & venis calorem quasi ignis quendam fontem habere, & eodem lib. Quod igitur ex ignis excessu præcipuè ægrotat corpus manifestum est, quod quinque causarum generibus contingere potest Gal. 2. de cau. morb. cap. 4. vel enim ex motu quodam caliditas augetur, vel ex angustione, vel ex putredine, vel ex vicinio alterius corporis feruidioris vel ex alimento ad calefaciendum accommodato.* Carpentarius quoq; huic existimationi fauet, cum dixerit. *Vis autem ipsa regens consistentiam vt primarium Animæ instrumentum in calore igneo pabulum suum habente, in humore pingui, & oleoso, quem ab aqueo distinguentes aereum solemus nominare. Calorem verò hunc igneum, & elementarem dicimus, quia substantia sua*
D *eiusmodi esse videtur, etiamsi ab Arist. diuinus nonnunquam nominetur. Quia dum forma diuiniori in nostris corporibus, vel etiam in solo fœcundo semine subseruit, actionum quoque diuinarum causa est, quam in puro, & simplici ignis elemento.* Quam opinionem nunquam satis pro dignitate laudatum Rudium Præceptorem meum sequutũ fuisse, notum est, exarantem. *Innatus itaque calor, qui etiam natiuus, aut naturalis, nec non etiam proprius nuncupari potest. est calor igneus, virtute cordis genitus, & frigiditate attemperatur. Porrò ipsum igneum, sed attemperatum dicentes esse, primam eius originem, & formam præcipuam, attigimus. Ipsum enim non quidem cælestem, vt quidam falso arbitrati sunt. sed elementarem, igneumque quoad primam sui radicem esse ne dum Hippocrates, & Platonis: Verum etiam Aristotelis atque Galeni clarissimum testimonium reddidere.* Prima igitur ratio ex Hippocratis autoritate est, omnia mixta ex igne, aere, aqua, terraque, vt ex calido, frigido, humido, & sicco suum primordium trahunt. Verum ignis est magnam vim calidam actualem habẽs; ergo sequitur institutum. Preterea Hippocrates ait massam humoralem sanguinis vnà cum pituita, ac bile, tum flaua, tum atra mixti in nostro corpore calidam actualiter esse, cõspicuum est, & hinc ipsa ęgra, vel sana est, non autem potentialis est, vt communia elementa nobis insunt.

Lib. Alcioni Introductio ad dictionem Pisa. sumut. 14. p 180. 1. De natu. humana c. 1. Ibidem.

Paparellæ verba. 1. Ratio. Cum sit instrumentum effectiuum facultatis formatricis agens in mixti, & fœtus generationem directũ à formatrice virtute seminis ex quo calor actualis, qui spiritui fœcundo inest, est idem specie cũ calore actuali igneo. Auerr. confirm. & Auicen. Generatio etenim mixti. & fętus per digestionem caloris elementalis ignei fit principali, ac actuali simul. Qui calor actualis vt in perducatione sempiternus ac æthereus in seminibus animalium prout cælestiũ ope agit. 2 Ratio: calor elementalis æthereus essentialiter idem est: respectu vero operandi modorum valorum à varijs agẽtib. vt diuersa instrumenta sunt discrepant. &c. 3. Ratio ex Plat. 4 Ratio. 5 Ratio. Quinq. causarũ generib ex Gal. calor naturalis nostro igneus fieri hinc etiã corpus ęgrũ effici. Carpentarij opinio eadem est. Rõ est quia vt primũ agẽs corporeũ, ac Animę instrumẽtũ sua vi in calore igneo se habet, & igneus appellatur calor, & elementaris sua substantia. Rudij sententia.

Flanę

Flauæ autem bili, ignea vis, melancholiæ terrea, pituitæ aquea, sanguini verò aerea spirituosa proportionatur, & concludendo ait. *Colligimus vniuersam hominis naturam ex quatuor elementis constare, & proinde calorem ipsum, quem etiam naturam Hip. appellauit elementarem, & igneum, non autem Diuinum.* Postmodum verò idipsum ex Plat. affirmare nititur. Verum prius ego Rudij tanti mei Præceptoris opinionem Hip. autoritatibus fouere volo, vt ordine pergam. Quandoquidem Hip. cum natiuum calidum quatenus per se mobile, ac motiuum simul constituerit hoc sanè tale inueniri statuit in eo, vt ignis sit; igni enim veluti proprium est omnia, & per omnia mouere, sicuti aquæ est omnia, & per omnia nutrire, vt nanque tale ex igne & aqua simul commixtis, ac refractis, vt sufficientibus tantum constare decreuit, quia habet *omnia igitur tum animantia, tum homo ipse ex duobus facultate quidem diuersis, vsu verò consentientibus constant, ignis, inquam, & aqua. Quæ duo simul iuncta tum alijs omnibus, tum sibi inuicem sunt satis. Ignis siquidem omnia semper mouere, aqua verò omnia semper nutrire potest. Igni quidem calidum, & siccum: aquæ verò frigidum, & humidum. Quibus sic se habentibus multa eiuis vis generis tum seminum tum animalium formas nihil inter se neque vsu, neque facultate dissimilis à se inuicem secernunt.* Deinde verò inquit. *Cum humidũ existat, ab igne mouetur. Motum verò viuescit, & alimentum ad se ab ijs, quæ in mulierem ingrediuntur cibo, & spiritu attrahit.* Ecce igneum, calidum innatum constitutum fuisse ab Hippocrate qui & dixit. *In hoc autem triplices ignis circuitus fecit, in se inuicem intro, & foras*, vt iam enarratum fuit: & paulo inferius inquit. *Medios autem intro, & foras tendentes calidissimum ignem continentes*, eò quia medij circuitus ad ventriculum, & hepar præsertim accedunt, in quibus partibus calor maior requiritur pro coctionibus celebrandis, etsi ad omnia cætera membra quoque labatur. Neq; huic obijcias, si dixeris, librum eum minimè fuisse Hippocratis eò, quia hippocratica doctrina in eo libro tradita fuit à Dexippo, & Apollonio Hippocratis discipulis. Rudius verò Platonis sententiam posuit hoc modo: *Idem clarius ex Platonis decretis licet colligere, is enim inquit. Ex ignis excessu animal ægrotare, & rursus ait omne animal in sanguine, & venis calorem quasi ignis quẽdam fontem habere. Unde eum non dicat ignem, sed quasi ignem male carpitur à Galeno Dum 8. de plac. Hipp. & Plat. ait, melius tamen erat non ignis, sed innati caloris fontem dicere in corporibus nostris esse. Nam Plato cum dicat quasi ignis ignem sed refractum calorem innuit. Vnde illud quod Gal. innatum vocat calorem, ex cuius excessu animal ægrotat. Plato ignem vocat indicans calorem innatũ igneum esse.* Deinde Rudius idem ex Aristotelis mente affirmat, in qua parte tria facit; in primis Fernelium, & Antonium ab Altomari cum alijs reprehendit; de autoritate Aristotelis perperã explanata, vbi ait. *Inest in semine omnium, quod ea fœcunda facit, quod calor vocatur, idque non ignis, non talis facultas aliqua est; sed spiritus, qui in semine, spumosoque corpore continetur, & natura, quæ in eo spiritu est, proportione respondens elemento stellarum: Ideò ignis nullum animal generat.* Et postea aliquibus verbis interceptis, inquit Aristoteles. *Cæterum calorem in animalibus contentum, nec ignẽ esse, nec ab igne originem ducere apertum ex ijs est.* Secundum autem à Rudio in hac parte proditum est, quòd ipse ostendere nititur, Aristotilem alijs in locis calorem innatum ignem nominasse. Quandoquidem contra Antiquos statuit ignem augmenti causam principalem minimè esse, verùm concausam, & animæ organum. Pariter depromit Animam operari mediante igne: & subinde inquit Animam vegetatiuam sine igne naturali consistere non posse: Porrò opera, quæ animalibus, stirpibus, & partibus ipsorum insunt, nempe generatio, corruptio, & concoctio caloris opera sunt, qui prima qualitas est, & propria elemẽti ignis, ergo ex Aristotile tã calor igneus, quam calor elementaris nihil differt. Tandem locum Aristotelis, suo iudicio dilucidat Rudius exarans. *Aristotelis autem dicta non vt isti opinantur, sed ea ratione interpretanda sunt: Voluerit calorem in semine contentum quoad virtutem agendi, & quatenus generationis autor, & penes gradũ, & mensuram, qua reperitur in semine ab igne non promanare, quia sicuti comburendi vim ab igne sortitur, ita agendi vim, & vt ex semine animal generet, ab igne non habet, sed à generante cuius virtute agit, animamque traducit: quemadmodum etiam calor innatus in viuente residens, vt nutritionis causa est ab igne ortum non ducit, sed ab anima cuius est organum, nam esse attemperatum habet à generante, & à corde ipso, quia ab igne nonnisi esse immoderatum, & intensum habere potest, cum enim anima neque ex semine traduci, neque in materia conseruari possit, nisi naturali calore mediante, & eo attemperato: Ideo necesse est, vt in semine calor attemperatus sit: Quemadmodum etiam calor ignis cibaria concoquens, quamuis essentiam suam igni acceptam referat, attamen quoad esse temperamentum, & prout concoquit non pendet ab igne, qui se potius combureret, sed ab ipso coquo, & artifice, qui eum attemperat, & coquendi vires elargitur, originem ducit. Quare calor, vt igni inest ab ignis forma regulatur, & ab ipsa dependet.* Galeni autem prima ratio colligitur à Rudio concludente, calorem naturalẽ elementarem, & igneum esse (tametsi Galeni mens fuerit asseuerare eum aereum esse, vt antea demonstraui) quæ talis est: Galenus febrem mutationem esse innati caloris in igneum, ait at mutatio hæc non secundum esse simpliciter, sed secundum graduum modum, & excessum, cuius ratione ad igneam qualitatem accedit, & hinc præternaturalis fit: Quamobrem calor naturalis ab igneo tantum discrepat per graduum excessum. Vlteriùs influentis caloris vtilitas à corde proficiscentis, est quidem innatum calorem fouere, & augere, vt opera vitæ exactè emoliri queat: sed calor is influens elementaris est ex sanguine, ac aere, & cibarijs corpus ingressis ortus; ergo sequitur

Marginal notes (left):

Autor Rudij opinionem amplificat varijs Hip. locis.
Tertia ratio ex Hip. habita calorem innatum elementarem igneum esse.
Hip. verba.

2. Ratio ex generatione.

1. Autoritas ex motione, & viuificatione prima vt in fœtu.
3. Autoritas ex triplici circuitu motus calidissimi ignis in corde contenti sursum, ac deorsum foras, & intro fluentis.
Obiectio.
Solutio.
Rudius ex Plat. idipsum affirmat.

Rudius idẽ ex Arist. probat cõtra Fernelium, & Altomarem.

1. Autoritas calorem innatum ignem nomina[illegible] ait Ru[illegible]
2. Autoritas.
3. Autoritas.

Locus Arist. 2. de gen animal. c. 3. a Rudio declarat cõtra Fernel. & Altomari interp. sententiam
Rudij verba.

Causam generãdi nempe causã fecũditatis spiritus seminis paterni intelligere voluisse Arist. nempe virtutẽ vitalem cordis.
Exemplũ de calore igneo cibaria coquẽte qui ab artifice temperatus est.
Idem ex Gal. autoritatibus ostẽdit.
Rudius.
1. Ratio.
2. Ratio ex Gal. desumpta.

Marginal notes (right):

A
Lib. de vict. rat. p. 105.
Eodem li. p. 306
B
Eodem l. p. 309. Cap. præced.
Gal. com. 3. de vict. rat. in mor. ac t. 40.
In Timæo.
Altom. de med. feb. c. 7.
2. De gen. animal. c. 3.
C
2. De anima t. 41.
Lib. de respi. c. 4.
4. Metheor. ex princip.
D
Lib. 1. de sanit. tuen. 6.

A tur assumptum. Mox corpora nostra ex sanguine, ac semine genitale, tanquã ex materiali principio gignuntur. Cęterum vtrunque hoc principium ex aqua, terra, igne, & aere constat; ergo elementaris calor se habet, & quidem igneus, cum in semine plus igneæ substantiæ, & aereæ: in sanguine verò plus aqueæ, ac terreæ substantiæ sit: postea multa dicit de partibus solidis, & de specie carnosa omnium membrorum, quo ad suas vires. Non tamen concludit de insito spiritu cordi, de quo est sermo nunc apud nos, sed videtur vt aliquid concludat ijs verbis. *Quare sapientissima natura humidam à principio, mollemq; materiam sibi praeparauit in eãque tantum ignis immisit, vt non torreatur, sed tractu temporis probè siccescat: Quantum autem hęc natura sit, siue mens quadam Diuina per vniuersum diffusa, quæ omnium causa existat, vt cuidam Platonico placuisse testatur Gal.* Ex quibus concludere voluit Rodius innatum calorem in sua radice igneum, & elementarem esse.

Tertia ratio.

Gal. lib. de marcore, c. 4.

Galeni verba.

C A P V T XL.

B Calor quomodo naturalis, quomodo elementarius & quomodo æthereus, sit, declaratur Caloremq; innatum vt elementarem, non quidem igneũ; immo aereum esse sua forma substantiali elementaria, suaque vi essentiali elementaria, demonstratur. Quotque modis calor naturalis à cęlo promanet ostenditur.

Calidi innati sunt quatuor acceptiones.

VErùm isti Viri, quamuis eximij fuerint, attamen decepti fuere: cum innatus calor in eo, vt elementarius, non igneus certè sit, quippe qui aereus est, non modo sua substantia, verum etiam sua forma substantiali elemẽtaria, viuida, & actuali, necnon sua vi elementaria tum prolifica, tum mobili, tum vitali, tum deniq; sua vi corporea naturali omnium operum corporeorum prima motrice cõtrarijs resistente. Insuper aereus est sua vi, substantia, & forma substantiali vt instrumentum præcipuum coctionis, & aliarum omnium virtutum naturalium. Præterea etiam cum aereus sit, vt metaphoricè Æthereus se habet, vt elemento mobili stellarum proportionatus. Quod mihi non difficilè erit, Hipp. Arist. & Galeni rationibus, & autoritatibus demonstrare. Et primo Hipp. decretis id colligam; cum spiritus seminis, ceu natura genituræ Patris facunda, à vi vitali calidi insiti cordi vtrique orta, vt primus autor, ac instrumentum primum genituræ formatricis facultatis; & corporis organizandi, & partes omnes constituentis, & formãtis, aerea quidem sit, nullatenus verò ignea: Eamque aliquo modo diuinam esse asserere possumus. Quandoquidem Hipp. inquit. *Humidum in corpore calescit, & diffunditur, & à motu conquassatur, ac spumescit, quemadmodum etiam alij humores omnes conquassati spumescunt.* Et paulò inferius. *Cum humidum in corpore diffusum, & calefactum fuerit, siue ex labore, siue aliqua alia re spumuerit, dum ab ipso secernitur, coitus imaginem representat.* Per quæ verba Hipp. nobis declarare voluisse patet, semen veluti spumam ob spiritus insiti, (qui aereus est, & qui à corde prodest) introclusionem, & album eadem ratione, & fęcundum fieri: Quod clarius explanauit, vbi ait spumam albam ob aerem introclusum gigni, cum dixerit. *Aer enim purus pertenues membranas pellucidas apparet, eamque sanè ob causam spumæ omnes albæ conspiciuntur, & ait genitura conseruatur, & crassa per calorem euadit. Deinde spiritum concipit, nempe in calido existens, & postea matre spirante: Deinde vbi spiritu repleta fuerit, viam hic ipsa sibi ipsi foras facit.* Et postea habet: *Calida autem est, vt pote, in calido existens, & nunc sanè spiritum habet, ac emittit, atque ipsa genitura inflata pelliculam acquirit,* quæ pellicula circa quartam diem fit, & etiam corium; & circumuolucrum appellatur, de quo Arist. & Galen. tractarunt: Vnde & calorem, & spiritum innatum idem esse voluit, nam modo calorem, & modo spiritum accipit, inquit enim; *Et ossa durescunt à calore conglutinata. Et sanè ramificatur, velut arbor.* Et postea pergendo habet. *Postquam iam articulatus fuerit puer speciebus membrorum ipsius augescentibus, tunc & ossa duriora fiunt, & cauantur, atque hęc à spiritu fiunt.* Spiritus autem aer quidem est sua natura calidissimus, vt ait Hipp. Quo nihil vacuum est, extra enim corpus visile aer, in corpore verò aut calor innatus, aut flatus se habet, qui calor naturalis, seu spiritus, & substantia aerea ex ijs, quæ bibuntur, ac eduntur, gignitur ait Hipp. qui sua natura formaliter semper mouetur Hipp. autem statuit calidum innatum immortale esse, & licet ibi Hipp. de calido vt forma sit omnium elementorum, quatenus de meteoris est acturus, & Marinellus adnotauit, tamen hoc institutum etiam calido innato inseruit, cum postea exarauerit. *Arteria vero calidi plus continet quam vena caua, & spiritus plenus est.* Paulo verò inferius habet. *Calidumque plurimum in venis, & corde inest, eamque ob causam spiritum cor in se continet, quod sit omnium quæ in homine sunt membrorum maximè calidum. Quod autem spiritus sit calidus facilè intelligas: cor, & venæ cauæ semper mouentur, calidúque plurimum in acnis inest, & quia ex omnibus hominis membris cor sit maximè calidum, eam ob causam spiritum attrahit.*

Duo

6. epid. com. 5. cont. 5. & 8. de doc. Hipp. ca. 7. & alibi.

C

Calorem innatum elementarẽ aereum esse, & sui substantia, & sua forma, & sua vi, tam secũda. quam sua vi actuali, & viuida & mobili vitali, &c.

Hipp. decretis calorem innatũ spiritus seminis generantis prolificum aereum esse non autem igneum.

Hipp prima ratio de spiritu seminis fecundo aereo.

Lib. de nat. pueri qui legitimus est Hipp. lib. & de nat. fœtus, vt vult Gal. in 6. de morb. vulg. c. 9. a. 1. vide Ideò Hipp. ex Corn. fol 40. & 44. 45. & 47. ex Foes. 207. & ex Marinello fol 15.

Lib. de flatibus ex Foes. 280. & legitimus est liber.

Hippo. secunda rõ de spiritu aereo genituræ organicæ vbi calidæ illius spiritus aerei.

Spiritus ille aereus calorem cõtinet per se naturalem organizandi genituiã.

D

Lib. de nat. pueri seu fœtus in principio.

Lib. de nat. fœtus. p. 44. ex Cornar. ex Foes. 187.

Arist. 7. de hist. animal cap. 3. ex Gal. 1. de sem. c. 7. & 14. de vsu part. c. 21. lib. de nat. pue. in cor. 45. 47.

Lib. de flat. ex Foes. 270.

Eodem lib. 276.

Lib. de carn. aut eodem lib. 206.

Ibidem 208.

Calidum innatum immortale Hipp. ac confirmatur ex Arist. 2. de gen. anim. c. 3. vbi ait cum elemento stellarum proportione respondere.

Hipp. 3. ratio.

Calidum innatum cordi implantatum eius corpoream vitalem viuidam & actualem calefaciendo habet vitam & pulsationem per arteriarum tonicas influentem omnibus partib. præsentẽ, necnon nostrẽ corporeũ & influentẽ calorem in sinu arteriarum, gig. ẽ tẽ esse spirituum elementarẽ aereum non autẽ igneum.

A In Heurn.p.159

Duo autem Hippocrates, immortale constituendo calidum, facit; Primo enim ait. *Videtur sanè mihi id quod calidum vocamus immortale*; Cuius vires explanando subdicit *& cuncta intelligere, & videre, & audire, & scire omnia* facit *tum præsentia, tũ futura* quatenus corporeis omnibus operibus perficit, conseruat, ac reficit assiduè cuncta organa cuiuscunque viuentis omnium potentiarum tum Naturæ, tum Animæ. Heurnius verò hanc primam explanat partem hoc modo *causa corporum ortus efficiens calidum. Nam id dicit videtur mihi ortu immortale: Ab æterno enim Deo veluti riuus à fonte, veluti radius à sole dimanant. Dei, & creata natura* & Animæ *organum. Est enim humidum spermaticum spiritu vituli, ac calore genuino perfusum: Hoc cuncta functionis autor, vegetat omnia, brutis, ac ratione præditis (quæ futura intelligunt etiam) commune. Vti itaque Anima D.D. Zuin. propriè videt oculus is est, quo videt: ita etiam calor tanquam Dei instrumentum, qui prima est causa, dicitur hæc cuncta facere* organicè, *quorum Deus causa est prima*. In secũda autem parte inquit Hippoc. *Huius itque plurima pars cùm conturbata essent cuncta, recessit in supremam peripheriam, atque id ipsum videntur mihi veteres nominasse ætheru* quam secundam dilucidando partem Heurnius, depromit *Generandi facul as, quæ in semine præssu iacet, erigitur pro proprietate* ad embrionem gignendum *& calore vtero insito. Tunc archite&rix præclara illa vis efficinam fabricatur suis edendis actionibus conuenientem. Id cum efficere nequeat sine apto instrumento spermatico spiritu* fæcundo *singularum partium delineatore vtitur. Spiritus hic quoquo versum per semen se pandit. Hic homogeneas partes fingit, ac format. Hic itaque corporum primordia describit, id est calidum, & humidum, chaos id est perturbatio, & confusio horum primordiorum*. Vnde primus autor est nostræ generationis vt Galenus ait ità exarans *nostræ creationis autorem, vt omnibus hominibus mos est, naturam appellant*, cum calorem innatum, Pergit vero Heurnius. *Nam calidum in ocio est nunquam, cuius cuncta est mouere, vt humidi omnia nutrire. Humidum variè excipit caloris actionem, & ad varia loca recedit* variaque naturæ, & Animæ organa perficiendo, conseruando, & restaurando ad omnia vitæ obeunda munera. *Post turbationem* ait Heurnius *consectanea separatio, homogenea consociat: vt Empedoclis amica quadam discordia cuncta fabricata videantur, & elementa producta. Aridior enim euadit mador caloris energia. Et ita cum calor uersat materium tenuissimum, & purissimam eam euehit ob leuitatem in superam plagam. Ita Aether prodijt*. Volens autem ostendere calorem naturalem, vt elementarem aereum esse, ac spiritum cordi implantatum, cui formaliter sua propria vi sit, essencialiter semper mobilis, & sua sponte, non autem vt igneus, vt alibi dixit, vbi vi originali ante misti generationem, vt ex causa originali mouente, quæ ab aquæ frigiditate, ac humiditate per diametrum omninò refracta, ac mortua mansit, vt nullam vim amplius igneam obtineat: immo quoddam tertium sensibile, aut gustabile resultet ex Hippocratis mente, sicuti ex duobus elementis dissymbolis simul mixtis, & confractis semper medium sortitur, vt Arist. statuit, ex igne nanque, & aqua vnà commixtis, & refractis, si frigidum aquæ vicerit, & siccum ignis superauerit tunc terra fit. Si ignis vero calor præpolluerit, & humidum aquæ exuperauerit, tunc procul omni dubio semper aer gignitur, & ait *Quomodo erit aliquid ex ambobus, aut igne, & aqua, quia cum miscentur corrumpunt excellentias adinuicem, neque contrariorum, sed medium*. Vt igitur declararet rẽ sic se habere Hippocrates, ex exemplo etiam ab igne lucernę desumpto dilucidat caloris innati substantiam per se mobilem, simul per se esse spiritum aereum, non autem igneum, hoc modo. *Si quis ignem in domo, in qua nullus ventus spiret accendere volet flamma modo minus, modo magis mouetur: Sed & lucerna accensa ad eundem modum modo magis, modo minus agitatur nullo, quem quidem spirare sentiamus, vento mota, frigidumque calido alimentum est: At puer dum in vtero est compressis labijs ex matris vtero tum alimentum sugit, tum etiam spiritum*, nempe aereum, *qui in puero calidissimus, vbi sanè mater respirat, in cor attrahit, quin etiam hoc calidum* aereum *reliquo corpori, & omnibus alijs partibus motum præbet, ac de cordis quidem venarum motione ad hunc se res habet modum*. Quo in loco statuit omnes partes vniuersi corporis, & etiam sanguinem, suum proprium calorem viuidum, & actualem possidere, propter spiritum aereum per se actualiter calidũ, veluti harum partium calidi viuidi, & actualis substantialis substantia est, cuius ope sanguis in venis, & arterijs, & calidus, & liquidus se habet, ac etiam carnosę omnes speciei partes, & calidę, & molles existunt, at spiritu eo euaporato, sanguis suis fibubus concrescit, & caro non amplius mollis est; vt est videre Hippocratis locum; ac tandem ait. *Quod autem humidum sit calidum sic ostenditur, si quis corporis humani particulam quamcunque volet, siccet, sanguis calidus effluet, & quandiu quidem calidus fuerit liquidus erit: vbi verò tum ab insito, tum ab extraneo frigido perfrigeuerit pellicula, & membrana subducitur*. Insuper Hippoc. plurimum calidi innati quo ad ætatem, anni tempora, & somnos longos, In quibus crescunt in hyeme, & vere, ac somno longo statuit esse, quatenus est substantia sua aerea simul cum aquea particula halituosa magis, & suaui in pueris; in florescentibus verò exiguum calidi innati sua substantia minus aerea, minus spiritale, nec ita suaue: immo prout aduentitij calidi substantia ignea, fumida, fuliginosa, & acris exiguus calor naturalis est: quę omnia ait Gal. in comm. & alibi cum non nisi natiuus spiritus sit is calor innatus, & natura ipsa, quę corpora solida regit ex Hippocratis mente, cuius dum meminit Diuinus senex in quolibet homine ait. *Morborum natura Medica*, Nobis autem cum voluerit patefacere, eam quidem, vt elementarem, non modo aeream esse, verum etiam cõtradistinctã esse ab ignea,

Ibidem.

B

9. De dec. Hipp. c.8 & 2. aph. 37.
Ibidem.

Lib de vict. rat. p.307.
Lib. de prisc. me. p. 11. ex Foes.
2 De gen. & corrupt. t.27.

C

2. De ge. & cor. t.48.
Li. de carne 209

D

Eodem loco p. 209.

In com. Gal.
Gal. 2. de temp. & 3. de sim. cur. c. 9.
5 De sinp. med. fac. c. 9.
Com. 4. aph. 37.
6. Morb. vulg. sect. 5 t. 2.
T. 5.

Ex duab. elemẽtis dissymbolis seorsum cõtexctis medium resultat, substãtia forma, & vi ab ijs diuersum.
Hip. 4. ratio.
Calidũ cordi insitum spiritum esse aereũ vndique, nihil verò igneum semper per se, & sua spõte mobile, & primo primitate corporea forma li, & essentiali.
Ex duob. elemẽtis dissymbolis nempe vicissim contrarijs simul refractis semp aliud medium elementũ formaliter, & virtualiter fit, vt ex igne, & aqua vel terra vel aer fit, non amplius manet ignis, nec aqua.
Hip. autoritas.
Quinta Hippo. ratio.
Idem quoque Arist. asserit. 2. de par. animalium c. 2. & c. 3. & c. 4.
2. Aph. 14. & 1. aph. 15.
Sexta iõ Hipp. de qualitate accep. calidi innati primo motoris seu agentis corporei omnium operum corporeorum.

A ceu ab insalubri, pergendo inquit. *Hominis animá semper producitur vsque ad mortem, sin autem ignescat simul cum morbo, & Anima corpus depascitur.* cum sit substantia subiectiua virtutum animæ, & primum agens corporeum, quæ substantia hyeme, & vere concentratur circa ventriculum, huic tunc ventres calidissimi, & fiunt optimæ coctiones, sicuti etiam in somno concentratur, vt antea Hipp. & Gal. sententia explanaui: Ideo in somno coctiones, in vigilijs verò digestiones celebrantur. Demum patet Hipp. decretis, vt si quidem substantia calidi innati spiritalis suauissima, ex mistione substantiæ aquæ tenuissimæ, & carissimi ignis simul commixtorum, ac omninò confractorum suam primam, & communem omnibus mixtis originem traxerit, tunc & bonum, & saluberrimum habitum, & prudentiam, sapientiam, memoriam, & ad virilem, animosamve naturam ducit: ibi tamen supposuit Hipp. quæ dixerat in vniuersali de natura hominis, & de quocunque mixto cum omne tale ex mixtione omnium quatuor elementorum sui originem ducat. Quo supposito, exinde de vict. rat. salubri, aut dissimili verba facit. Hinc calidi innati naturam originalem cordis, quatenus manutenendam alimentis sibi similibus statuere tenebatur.

vide Gal. in cō. 13. meth. m. c. 3.

2 de vict. ratio. 344.

Septima Hipp. ratio.

2. de nat. hum. c. 3.

2. de vict. rat.

B Cum autem genita fuerit ex aquea substantia per se nutrimentali, vt humida, eamque ob rationem humido aqueo, vt salubri eam calidi innati naturam tuendam esse depromit: Nō tamen plus quo eam humectare nos decet, ne pars ignea sua originalis in aeream vndique cōuersa, & per se motiua facta, vt aerea sit, extinguatur. Quocirca si hanc rem peniciori studio introspexeris, procul omni dubio inuenies, partem igneam, & aqueam, simul ita commixtam, & cōfractam esse, vt neutrum istorum in mixto genito amplius sit rationibus iam in medium allatis, neque mole corporea, substantiave, neque virtute vlla ignea feruet: immò natura aerea penitùs; tum quia igneus calor ignis appellatus ab Hipp. si formali essentia, & virtute sua propria destructiua accipiatur, febris vehemens est, vt in Metone, & in alijs ęgris magna febre vexatis statuit Hip. Nam si calor naturalis ignescat, Anima quidem cum corpore in morbo depascitur, vt antea dixi. Ignis pręterea, medicamentum est, inter extrema medicamenta validissimum, ait Diuinus senex; Quare vult Hipp. ex igne, & aqua calorem naturalem oriri suo exordio originali, & hinc optimè Arist. ait calorem naturalem nihil ignis habere, nec ab igne suam originem

Lib. 1. de morb. vulg. ægrot. 7. 6. de morb. vul. lect. 5. tex. 5. sect. 7. aph. vlt.

Idem dixit in Silero, in Philisco, in deunat. de in Erasino in Calsomenio, & in muliere quæ in littore de Iobente, qui ægrit. sunt primo libro de morb. vulg. ijs. in locis ait Febrem igneã appellauit, ubique etiam alibi.

2 de gen. anim. c. 3. & 6 de hist. anim. c. 18.

C ducere virtualiter, cum sit nobis quasi anima, calor suauissimus aereus sua nobilitate. Eamque sanè ob causam quatenus tantum aereus sua raritate eget pabulo nutrimentali aqueo, & humido pingui, & oleoso; ne facilè corruptibilis, nequè facilè dissolubilis sit. Vnde prout aereus maximè quoque calidus sit, inter omnia, quæ in nostro corpore inueniuntur, nec non mobilis per se sua sponte, suaq; essentia, & sua vi, & mole corporea. Insuper aereus est calor innatus noster elementaris, ob aerem, qui mixtum ipsius caloris ingreditur, non refractum à terra, eius contraria; cum ibi nihil vt Hipp. ait terræ, aut ferè nihil maneat eo, quia siccitas minima, quæ hunc nostrum calorem ingreditur, non certè à terra emanat; cum ibi sicco solido opus non sit: siccitas enim minima ignea non consumpta proficiscitur, nihil verò terrea solida, vt etiam affirmauit Gal. Quapropter eo magis plus aereus est spiritus insitus, quo alij parti aereæ substātiæ ex mixtione, & compulsione ignis, & aquæ genitæ, ipsa quoque pars aeris annectitur, à terra nō retusa. Vnde licet *caliditas ignis sit in materia magis disgregata, & sit caliditas dominans, caliditas verò aeris sit in materia minus disgregata & sit caliditas dominata*, vt Cæsar Cremoninus de form. elem. sect. 3. cap. 5. ex Alex. 1. meteor. com. 13. statuit tamen cum plurima aerea pars sit, ideo ea pars aerea certè est. Nona Hipp. ratio sit, quod calor innatus massæ humoralis sanguineę viuidus actualis est, & omnium ceterorum in nostro corpore existentium calidissimus: Verum calidissimus talis aereus est; non autem igneus, cum dixerit Hipp. sanguinem esse calidissimum, bilem aliquanto sanguine frigidiorem, ob spirituum à corde genitorum commixtionem: sanguis enim

Arist. de lōg. & breui vitæ c. 3. Lib. de carn. & lib. de nat. pueri vt antea in hoc cap. dictum est. 2. de vic. rat. 306 Hipp. ibi leno. Lib. de nat. c. 4.

Hip. octaua rō. Quæ vt Achilles inuincibilis est.

Ex Hip. 2. de diæta ex Gal. 8. de dec. c. 7. & 1. de san. tu. c. 3. nota in plurimo humido ac minimo sicco genitū ra consistere. Ideo ibi ignis siccum minimū est, minimū aeris humido frāgere neq; ut.

Nona Hipp. ra. Arist. melt Vn mente hane optimè affirmãs.

1. de morb. pag. 448. 449.

D aereus, bilis verò ignea, pituita aquea, melancholia verò terrea est; ergo calor naturalis aereus est, non autem igneus. Peripateticorum autem Princeps apertissimè statuit album colorem tū in semine, tum in alijs suom ortum sumere ob spumæ generationem, ex spiritu aereo calido, & raro introcluso, & vna cum aquea humiditate commixto, quæ à motu conquassante ex parua fit ampla, dum paulatim spumescit, vt in spuma, niue, lacte, & semine apparet. Hinc seminis fęcunditas à calido spiritu aereo prodit, quo spiritu à semine segregato, tunc semen nigrescit, & infęcundum euadit. Quapropter dum asserit Arist. quod semini spiritus, qui calor vocatur, ceu spumoso corpori contentus inest, qui semini fęcunditatem prębet, & natura ei spiritui inest, quę proportione respondet, perpetuitate elemento mobili stellarum; tunc certè non vt Rudius ait, quod virtutem specificam actiuam generantis gradu, & mensura in semine existentem, id explorandum venit: Verùm tantum respectu virtutis genericæ actiuæ, elementariæ omnibus mixtis communis, & ex parte originis primi elementarij mixti; tum quia spiritus aër est per se calidus vt patenter naturæ indagator statuit, tum etiam eò, quod spiritus iste, qui aer calidus, & humidus, raras, tenuis, & leuis per se, non modo semini introclusus suo calore interiori multum spumosum corpus, album que facit: Verum etiam quatenus natura eo prolifica inexistens semen fęcundum reddit, & spissum: *sed egressum vbi calor euanuit, & aere refrigeratur, humidum, seu liquidum nigrumque euadit. Remanet enim aqua; semen igitur commune est spiritus, & aquæ, spiritus autem aer calidus est.* Eamque sanè ob causam, hoc iam statuto, subinde statim asseueras cum spiritum,

2. de gen. anim. c. 3. & 3. de gen. anim. c. 6. Vide Albertum magnū 3. de animalib. c. 7.

Vera interpretatio sententiæ Arist. ab alijs diuersa diffi. 2. de gen. animal. c. 3.

2. de gen. anim. tex. 3.

Ibidem.

c. 3. li. de 2. gen. anim.

penitus

penitus aereum esse, nihil verò igneum, nullamque virtualiter ab igne originem ducere posse calorem innatum. Ea propter ibi de agente specifico, quod est virtus vitalis cordis Patris, ac virtus testium, & flexus variformis generantis, verba facere nunquam intendere voluit Arist. At solum de elementari agente generico. Idipsum autem ex Gal. assecutare poteris, ex vberrimis etiam rationibus compilatis antea statutis & Gal. autoritatibus quamplurimis, cum exarauerit Gal. calorem innatum substantiam calidam, & humidam, aeream particulæ aquæ insitam, halituosam, seu spirituosam euaporabilem effluentemque cordi implantatam, perenniterque, & semper sua sponte, mobilem, temperatam, elementariam, ex calido, frigido, humido, & sicco esse, ceu primum agens corporeum, & eum esse natiuum spiritum, de quo ait, Aristotelem verba fecisse; & postea ait. *Verù nihil prohibet sanguineam substantiam simulq; aeream vnà cum spiritu calidum inaudire innatum, & quem spiritum in omnibus animantis contineri partibus: sed non vndequaque esse sui similem.* Octauo autem de dec. Hipp. cap. 7. fol. 277. F. ait. *Nam si ab igne ciborum concoctio, digestio, sanguificatio, & nutritio fieret, meliùs, & citiùs etiam in febrientibus omnia conficerentur absolui sed insitus calor temperatus cum sit substantia quidem in sanguine, & pituita subsistit.* Vnde concludit innatum calorem nullatenùs igneum se habere. Cæterum etiam Galeni mente calorem naturalem æternum sua successiua perduratione esse, statuere valemus, quatenùs ingenitus à Galeno vocatus plurimis in locis, in corde existens veluti in foculare suo, pariter in semine ad cor, & à corde ad semen iterum redit, & ijs circuitibus successiuis, ac succedentib. sempiternè perdurat. Propterea quòd eum calorem innatum quadantenus Æthereum se habere, negare minimè poteris, quatenus à cęlo proficiscitur, ac etiam stellarum elemento mobili sempiterno, atque incorruptibili proportione respondet, vt Arist. statuere placuit: Attamen calor quatenus calor cęlestis, nonnisi metaphoricè, seu effectiuè per accidens esse potest; nihil verò formaliter, seu virtualiter per se: Cum cęlum à quacunq; qualitate alterabili, & generabili, & corruptibili prorsus immune sit. Quocirca naturalis est formaliter, ac propriè per se, & primo primitate generica, & communi mixtioni omnium mixtorum corporum, vt instrumentum operæ genericè, & communis elementariæ: & pro vt elementarius caloris; est, quoniam temperamento, substantia, & vi aereus est; ergo aereus iure dicitur; Æthereus autem solum, quatenus calor noster naturalis communi quodam cælesti beneficio, vnà cum cæteris omnibus rebus generabilibus, & corruptibilibus ab influentijs æthereis quadãtenus promanat. Ex quo sanè quot modis cælum agendo istis inferioribus, auxilium impertiat, disquirendum venit, tot enim quoque modis calor naturalis à cęlo proficisci notum erit: Verùm relicta quęstione de Platonis ideis quas etiam Auicennas amplexus est, quasque in vniuersali colcodeam appellauit, & Albubachar: Nam ab Auerr. ipsorum sentẽtia; sicuti ab Arist. ea Platonis refracta fuit. Cum virtus hęc iuncta esse Animæ debeat, non autem separata, cum forma, nõnisi materiæ annexa adesse queat. Ideo dicam cum Auerr. per motum primi mobilis, qui diurnus motus appellatur, & magnus, ac velocissimus reperitur, cæteras omnes sphæras moueri, & velociter ab eo motu etiam moueri. In quo quidem primo mobili etiam lumen maximum adest. Ex quo motu figura circulari perpetuò, & lumine simul calor maximus (etsi per accidens) oritur: ex quo hercle calore vnà cum alio calore, qui ex lumine, luceue aliorum corporum cęlestium, non modo elementa, in suis spheris, ac in suo esse conseruantur. Verùm etiam mixta, & composita ex materia & forma corpora gignuntur, & conseruantur. Prodeunt itaque isthæc omnia sublunaria à cęlo, ceu à corpore quinto simplici veluti ab elemento stellatum: Auerrois mente; cuius substantia neque grauis, neque leuis, neque vlla aliarum qualitatum elementorum prædita est. Reguntur autem à cęlo ipso hæc inferiora, cæli ope quatuor modis: tribus namque regulis à cælo, alio item modo à forma generica omnium elementorum actiua, quæ à lucis, luminisve ætherei beneficio promanat, quæ forma etsi ab Arist. & Auerr. antiquorum more, igneus calor, seu ignis vocatus fuerit: nihilominus, vt aereus vndequaque se habet ipsorum sententia. Quandoquidem cęlum isthæc inferiora gubernat plusquam ignis, & plus per figuram, quam per lumen, aut motum. Cęli namque lumine fiunt conseruationes in esse; motu verò alterationes in actu de potentijs materialibus fiunt, sed per figuram fiunt generationes, & corruptiones, & conseruationes: Cęli verò particularia minimè intendunt, verùm species tantùm conseruare intelligunt; spiritus itaque insitus qui fæcunditatis seminum causa est effectiua, ac formalis simul, non virtutem aliquam, neque facultatem: imm ò naturam in se continet proportione respondentem corpori Æthereo; Anima indigente solùm mouente in loco, ad largiendam permanentiam æternam, motumq; æternũ: Quod sanè figuræ circularis cęli rotunditate fieri pro comperto habetur: qua quidem figura cęlum illis inferioribus suam nuans influent ijs impertiendo natura ceu Dei ministra merè naturaliter cum agat; etsi eius actiones diuinæ esse videantur, permanentiam sibi æternam quoq; successiua, ac mirabili serie seruat. Alias etenim hanc naturam spiritui prolifico seminis patris, alias vero spiritus cordis primo embrionis, subinde fętus inesse intueris: Exinde interim ex spiritu cordi hominis adulti, insiti, spiritum fęcundum in semine generantis introspicis: Hinc ob hanc perpetuitatem meliendam modo facultate formatrice eget, modo verò ipsa Anima, cuius est præcipuum instrumentum: Sicuti etiam quintum stellarum elementum motore primo, ceu ani

ma

Margin notes (left): Idem in Galeni autoritatibus satis demonstratũ fuit. — Galenus calorẽ innatum aereũ esse non autem igneum. — Calor naturalis æthereus pattim ac metaphoricè tantum elementaris vero realiter, & formaliter, & virtualiter, calor q naturalis non est cõpositus ex substantia elementaris & æthera. Calor quomodo naturalis q̃toq; elementaris & quomodo cęlestis sit. — Qũo superiora in inferioribus cõfluendis & generandis, & conseruandis. — Qũo ideæ cõcedendę sint sẽm Arist. vide super Picol cõ 2 Phys. f 140. 1 & f. 30. Et figura & motu & lumine cęlum in sublunaria agit. — Singlora influendo inhæc inferiora tribus modis agunt sed ex iis tribus cõsurgit alter modus elementarius genericè. — Calor insitus qũa à cælo sua figura circulari regatur. Natura à cęlo gubernatur et merè naturaliter agit, & quæ munera per figuram cęli quidam natura cõtineat.

Margin notes (right): A — 5. de simpl. med. f. c. 9. — B — Ex Gal. aut calorem innatum æternum esse vel ligas. 5. de simp. med. fac. a 6 & ca. 9. & in 6. de mor. vulg. com. 3. t. 18. & 6. de vsu partiũ c. 7. — 2. de gen. anim. c. 3. Arist. & Auerr. cont. 2. cęli t. & cont. 42 & 2. de gen anim c. 1 & 4. meteor. t. 25. — C — Sup lib de ani. 2 metaph. c. 2. & in eius com. 1 metaph. in sua paraph. metaph. c. 4. — 3 cęli com. tex & de hist. animal. cap. 15. — Auerr. 2. metaph. t. 25. com. med. cap 14. Auerr. destru. disput. 16. cau. 37. F. — Auerr. 2. de sub. orb. cap. 12. B.

A ma in loco mouente indiget. Quandoquidē calor is naturalis ei proportione respondet, non nisi per eam naturam, quatenus instrumentum est formatricis facultatis, quæ ab Arist. vocatur virtus animata, & ab Auerr. potentia animataque quidem etiam, efformato corpore; organizatoq; ad huc manet in eo calore naturali, & nutritiua, & augmentatiua euadit, Anima iam ingressa; At etiam temporis decursu cessante augmentatiua, sola manet nutritiua: & ab Arist. etiam loco citato formatrix facultas, & virtus effectiua principij vitæ nominatur, quę non est separata, vt Auicen. & Abubachar existimarunt, cum suum opus non nisi spiritu insito fęcundo, ceu instrumento efficiat: substantia enim separata ex se agit, sine vllo organo: Vnde hoc modo generatio, viuificatio, nutritio, augmentatio, & conseruatio omnium viuentium in sua specie fit. Per motū vero cęli ex aereo spiritu seminis fęcundo, fit spiritus aereus cordi fętus insitus, ac denuo ex spiritu cordi implantato, hominis spiritus prolificus aereus seminis gignitur: non ex facultate organizante, nutritiua, & augmentatiua oritur; Et hac serie omnia in sua specie successiuè per singularia viuentia cōseruātur. Motus. n. cęli est, q ea, quę talia potentia sunt, talia actu quidē semper efficiat: Cum talem vim in se contineat, & cū motus cęli circularis aliorum motuū mensura sit, & simpliciter naturalis, & primus motuū aliorum; Lumine verò Æthereo specierū rerum naturaliū conseruationes fieri Auer. autumat in suo esse, quatenùs singularia ab eo prodeunt, suo nāque lumine lucens quartus Planeta, sol nimirū fęcundat, viuificat, & conseruat: Cū dicat Aristo. solē rerum procreandarū autorem esse, solemq; aut spiritus dare cunctis vermibus generationis primordiū. Caloremq; solis, & calorē animalium principiū vitale seminis, & excrementi quoq; seminalis proportionalis seminis pręberé: ibi *At vero solis calor, & animalium &c.* Quocirca statuit solem, & hominem generare hominē: Auerr. quoq; animaliū calorem, & calorē, qui ad solē relatus est, animata corpora constituere, inquit: Nihilominus oēs stellas calidas esse depromit. Arist. tametsi vt stellæ sui natura nulla qualitate participent, cum neq; igneæ sint, neq; in ignē ferantur; attamen cū stellę aerē moueant, quo moto ex calore agunt, licet stellę, & sol aerē non tangant, nec ignem: Stellę. n. & lumen, & calorem generant attrito aere ab illarū latione: *Ea propter* iure merito aliqui asseuerant, formatricem facultatē, quoad calorē externum plus in aere esse, q̄ in cæteris elementis, sicuti ēt de calore interno dixit Arist. vt ante diximus, & vt Auerr. ait nēpe parti aereę tm̄ spiritus seminis ipsam facultatem inesse, non aūt vlli alij seminis parti. Calor aūt stellarum iste est vniuersalis, & ęquiuocus cum calore animantiū naturali, non aūt sunt vniuoci, cum ille ęthereus sit, iste verò elementatius. Nihilominus quia in fęcundando, viuificando, & conseruando quoad operationē simul conueniunt, & quoniam ab vno illis respondet cōceptus vnus, non aūt natura vna, vt ait Zimara ex autoritate Themistij: Proindeque etsi duę naturę sint

C æquiuocę, nihilo secius, vt in vno conceptu operandi ad facultatē formatricē, & ad embrionis genituram coagulandam ambo cōueniunt, ab vno quoq; esse dici possunt. Ex ijs verò hactenus statutis patet ignem perperā appellatum, ad corpora nostra relatum, aut ad animā, aut ad genitură tum intrinsecè, tum extrinsece reuera calorē aereū penitus esse tā mole, seu substāria, q̄ essentia, & virtute, non aūt igneū esse Hip. Arist. Gal. & Auerrois decretis, sententia, statutis, & cōfirmationibus, Hipp. enim ait *Senibus parū inest calidi innati, paucis propterea fomitibus egent.* Et expositores, inter quos Capiuaccus est: asserunt Hipp. respexisse ad dogma Philosophoru, qui vitā cōparatiuè in igne posuerunt, quatenùs ignis maximè actiuus est, inter hęc oīa inferiora agentia, & prō vt vita in actiuitate cōstat. Ideoq; *fomitibus* dixit. Quocirca Hip. ipsorū antiquorū mentē de prima parte calidi immortalis aperit, hoc modo, *cuius pars maxima, cū oīa perturbata essent, in supremū ambitū secessit, quod mihi veteres videntur Aethera appellasse,* cū prodeat a calore æthereo à lumine, & a motu corporū æthereū nō aūt ab igne, cum ignis in sua sphęra ob eius nimiā raritatē; nulla vim habeat agendi in hęc inferiora, vt Alexander testatur, & vt aduertit Buccaferreus. Quippe q calidū vt aereū agit, & oīa regit quia ait. *Quod. n. cælum, ac terrā interiacet id omne spiritu ne pe aere, plenū est. Idq́, hyems, & æstatis causa existit per hyemē quidē condensatū, & refrigeratū, per æstatē verò leue, ac tranquillū. Quin ēt Solis, Lunæ, & astrorū viā spiritus dirigit. Igni. n. spiritus*

D *nutrimētu prabe:, eoq; priuatus ignis viuere nō pōt. Atq; adeò perennē solis cursū aer perēuis, ac tenuis esse facit. Neq; . n. natantia animantia sine spiritu eo viuere possent. Quonā aūt alio pacto cū illo cōmerciū habeant, si non per aquā, & ex aqua spiritū attrahant. Et luna in eo sedes est, ac fundamentū.* Quod aut aer nos ambiens, qui vt spiritus calidus p e est, ex Hip. decreto, vt antea exploratū habui. calidior quoq; à calore æthereo luminis solis euadere possit, cognouit Hip. hinc morbi regionales ab eo inuenti fuere, & morbi ēt in spiritu lib. de alimento 361. & ex spiritu. *Ab externis partibus alimentū ab externa superficie ad intima peruenit confluxio vna, conspiratio vna, consentientia omnia.* Ex quibus collige Hip. voluisse calorē æthereū in elementariū transmigratū, non quidē igneum esse; imo aereū: tametsi quatenus is maximè actiuus calorē naturalē p analogiā tantū, quādoq; ad ignem maximè actiuum, more antiquorum comparatū, ignem appellauerit Hip Verū Arist. ēt idē confirmat, cum voluerit q stellæ oēs, verum potissimum sol, tum motu, tum lumine, etsi p accidens tm̄, & effectiuè ipsis inferioribus, aere mediante, calorē prolificū, viuificatiuū, & conseruatiuū impertiant: aerē. n. mouendo, tenuando, rarefaciēdo, ac tandē calefaciendo solis lux sua natura perfectissima, ceu naturę instrumentū nobilissimū, ad perfectissimas Naturę operationes exercendas, isthæc producit: Quandoquidem calore æthereo in aereum calorem transmigrato,

Margin notes (left):

2 De gen ani. c. 3. In com. 3. de gen. anim c. 3.

Arist. 8. phys. t. 70. Auerr. 8. phys. com. t. 37. Arist. 8. phys. t. 25.

2. De ge. & cor. c. 8. 4. De hist. anim. c. 19. p. 178. 2 De gen. anim. c. 2. vide Gal. 8. de dec Hip. c. 4. 2. Phys. t. 26. 2 De gen. anim. comm. 3. Sect. 15 prob. 18 2. Cæli t. 43. Ibidem. Eodem loco.

Auerr de substantia orbis c. 2. p. 323. B.

1 Aph. 14. Fol. 10. col. 2. 2. Locus. Lib. de carn. principio. 20. Lib. de anima Buafer. com. 1. de gen. & corru. f. 208. par 5. Hip. lib. de flat. p. 274.

Li. de carn. 108 & seq. & lib de natura pueri in principio. Sec. 3. tota aphorismorū & lib. de loc. aere, & aquis & alibi Vide Gal li. de tremo. & palp. c. 6 f 34 B. Lib. de victu rat. lib. 1.

Margin notes (right):

Q̄m̄o à motu cæli gubernantur inferiora viuentia, & calor naturalis.

A motu cæli ea quę talia potentia sunt talia actu redduntur. Q̄uo per lumen cæli viuētia, & calor naturalis prolificantur.

Calores isti duo cælestis & naturalis elementarius, æquiuoci, & ab vno euā sunt.

Calor solis, ac stellarū Æthereus est quia à Gal. cęli flatus appellatur 9. met. c. 5. vbi ait voco cæli flatū ipsum ambiētis nos aeris tēperiem. Idē vide 10. me. c. 5.

Ignis appellat⁹ more antiq. qui agit in inferiora minus quam cęlū non esse calorem igneum sed aereum. Hip primus locus.

3. Locus lib. de flat. 274. Aeris præstātia ad totū mondū gubernandum ex Hipp.

Alij loci 3. de morb. vul. lect. 3 Hip li de alim. ex Foes. 361.

Id ipsum ex Arist. mente, & autoritatib. cōfirmatur Cū calor æthereus aereus sit nō aūt igneus.

vt naturæ instruméto vnà cũ calore innato seminũ intrinseci spiritus ꝓlifici annexo, & cũ calore naturali cordi, aut proportionali cordi implantato iuncto, oĩa fęcunda, viua, & perfecta in suo esse conseruãtur, gubernãtur, & regũtur. sin aũt causã cur suo motu, & lumine, seu radijs lux ętherea solis aerẽ moueat, & calefaciat quęsieris? scito quidẽ hoc esse, ob radiorũ maximã penetrabiliũ perluciditatẽ, depuritatẽ, ac diaphaneitatẽ, nec non aciẽ, & præficatiã refractã, præsertim per diametrum, atq; ob ipsorum motũ actionemve retusam à terræ superficie densa, necnon per eorum collectionem, & multiplicationem: Ab intrasparente.n. atq. terminato radij reflectuntur, cum eorum efficacia quidem tunc vllatenus vlterius permeare nequeat: Quæ efficatia antea radijs pronis inerat, deinde aũt retusis, atq. supinis inest: Vnde radiorũ præficatia, & vehementia aerem versus repulsã, aerem ipsum per suum motum rarefacit, tenuat, necnon calefacit: & collectione radijs impellentib. & pronis terrã versus simul cũ radijs repulsis supinis, & aerem versus se habentib. ibi quidem ita multiplicantur radij in terrę margine, vt ẽt quędã flãmę igneę flagiãtisq; rei vibratio tũc imagoq; esse videatur, dũ linea ipsa recta multiplicantur hi radij, vt ęstiuo tẽpore patet; & vt ẽt à specilli repulsione quadantenus cõuexitate figurati, solis radios repellẽtis in quacunq; re arida, & cõbustibili ignẽ produci intuemur. Neq; tñ dicas calorẽ solarẽ ignescere exsiccato aere, in horis meridionalib. tẽpore æstiuo cũ superueniente nocte, absenteq; sole mirabilissima quidẽ Dei prouidentia, humiditas non exigua à cęlo profluit, vnà cũ frigiditate; & hinc calor is solis omnino contẽperatur, vltra Lunæ frigiditatẽ, & humiditatẽ, q̃ sola squalorẽ contẽperat: ex quo nota, Lunã noctis tẽpore effectiuè refrigerare, ac humectare prout à terra vapores ad aerẽ trahat, qui à noctis humiditate, & frigiditate, frigidi, ac humidi euadunt, cũ hi vapores in aerẽ attracti à Lunæ lumine extingui nequeant, hinc Luna refrigerat, & humectat, non tñ per se. Quã ob causam calor solaris nihil ignescit, immò prorsus aerescit; sicuti ẽt piscib. in aquis natantibus, ac degentib. vllo modo calor solis ignescere, immo neq; in aquã vertitur; verũ tm̃ aerescit, cũ sine aere pisces neq; gigni, neq; cõseruari possint Hipp. decreto. Calor.n. solis in pisciũ cordis caloris innati spiritu aerescit, q̃a pisciũ cordi calor insitus aereus inest, etsi ibi pulsatilis vis non adsit, cũ solus dexter cordis ventriculus sit, non aũt sinister, nec respiratio, nec pulmo vt Gal. aduertit Auerr. aũt dũ ait ignẽ in inferiora agere, tunc ex Platonicorũ sñia dixit, vt est videre, cũ dicat. *Et dicũ, quod plus agit cælum in inferiora, quam ignis.* Sicuti ẽt alibi, vt suo loco dicã. Nã Antiquorũ more Arist. ẽt ignẽ non modo, vt formã mixtorũ, verùm ẽt vt formã aliorũ elementorũ nominare consueuit, quatenus analogicè ignis maximã vim actiuã possidet inter oĩa agentia sublunaria, vt adnotauit Franc. Vicomercatus. Plato.n. putauit calorẽ prolificũ concoquentẽ, & conseruantẽ quoad suã maximã actiuitatẽ, tũ extrinsecè, tũ intrinsecè, igneum esse: ac talẽ quoq; Platonis more contra Heraclitum vocauit Arist. & Auerr. in comm. Nihilominus reuera igneus non est vt Alb. Magnus, & Buccaf. explanarunt. Quin ẽt Auerr. asserit, vt vidisti, ex calore ad solẽ relato, & ex calore innato simul viuentiũ oĩa animata corpora promanare. At calor solaris aerescit, ergo sequitur institutũ Gal. verò plusq̃ alij idẽ manutenet. Vñ aerẽ nos ambiẽtẽ dicit, esse vt causã sine qua, neq; morb. tolli neq; sanitas cõseruari põt, cũ à cęlo aer alteretẽ.

Quo sol lumine & motu efficit aerem calefieri ac terram.

Idem in morb. lib. 1 de colore, c. 14. dixi.

Obiectio; Solutio.

Lib. de flat. 174

Idem Auerr. sum calorẽ igneũ Antiquorũ more vocans non vt igneus calor is ab Auerr. existimatus sit, quod patet: et. m.

6. de vsu part. c. 1. & 8. de dec. Hipp. c. 3. Auerr. 1. metap. t. 25. co. 14.

Com. 3. meteo. f. 46. fol. 187. 2 de ani. tex. 40. & 41. 2 de ani. c. 8. c. 9. & 10. Bucaf. com. 2. de ani. t. 40. & 41. comm. 2. de ani. cap. 9 metho. med. cap. 14.

CAPVT XLI.

Alia fundamenta, calorem innatum vt elementarem sua forma substantiali, simulq́; vi essentiali aereum omnino esse ostendentia statuuntur Argumentaq́; Paparelæ, Carpentarij, ac Rudij partem oppositam tenentia. Vndique profligantur.

CÆterum, vt penitus, penitusq; formam essentialẽ substantialem, vnà & virtutem essentialem caloris innati vt mixti elementaris aerei non igneã quidẽ, quippe tãtum aereã esse pateat. Proinde altiori studio, prius genericè mixti elemẽtaris formã essentialem substantialẽ, simulq́. eius facultatem essentialẽ in mediũ afferã. Qũquidẽ mistio non est, nisi elementa simulq́. primæ elementorũ qualitates, ita vicissim confringuntur, cõmiscentur, alterantur, ac terminantur simul, vt forma noua media, & cõis, tẽperata, substantialis, ac essentialis corporis misti emergat: tñ in mixto genito in forma ea media temperataq́. substãtiali essentiali ꝓdominãs resultat vel igneũ, vel aereũ, aut aqueũ, seu terreũ, In quo tũ substantialis forma misti, tũ facultas essentialis alteratiua manet vt mixti forma substantialis, & mixti facultas, vel ignea, vel aerea, aut aquea, seu terrea necessario sit. Quocirca ea mixti forma, nonnisi hercle mixti tẽperamentũ substantiale, ac elementare à prædominio vel calidũ & siccũ, hinc igneũ, aut calidũ, & humidũ, hinc aereum, siue frigidum, & humidum: ideoq́. quoq. aqueũ, seu frigidũ, & siccũ, vnde terreũ esse põt. Quatenus rõ, seu actus, vel terminus, aut perfectio corporis mixti introspicitur: quatenusq́. simul dispositio est corporis ex materia, & forma cõpositi supergenerãdi: Eãq́ sanè ob causã virtus essentialis mixti elemẽtaris, rõ nisi vtiq. facultas elemẽtaris in eo tẽperamẽto ꝓdominãs, & substãtialis esse põt vel ignea, aut aerea, seu aquea, siue terrea; Quæ oĩa Peripateticis tũ rationibus, tũ

autorita-

A autoritatibus demonstrare conabor. Nam Arist. ait. *In hac mixtione fuit inuentum quod calor, & frigus sunt: quæ coniungunt, & applicant elementa verum ad se inuicem, & admiscent quousque generetur ex illis elementis res noua.* quæ forma omnium quidem est; sicuti etiam elementa, ac omnia tum naturalia, tum artificialia suam formam continent. Vt vero sit forma media ex Arist. habetur: *quia quæ miscentur corrumpunt excellentias adinuicem; tunc neque materia erit, neque illorũ contrariorum vtrunque actu simpliciter, sed medium:* & antea dixerat eam formam mediam, & cõmunem esse, hoc modo. *Quando autem potentijs adæquantur quodammodo, tunc mutatur quidẽ vtrũque in dominans ex sui ipsius natura non generatur autem alterum, sed medium, & commune.* Mediũ nanque reperitur in eo, vt ex extremis elementorum substantijs, formis, & potentijs emergat: cõmune autem dicitur quatenus communiter ex ijs oritur, ac etiam in ea elementa iterum si corrumpatur, resolui potest: Vlterius ea forma temperata continetur, cum mixtio in eis fit, in quib. æqualiter, & vicissim fit actio, & passio quousq; temperata forma producatur, quæ substantialis inuenitur: At verò quænam forma mixti elementaris substantialis sit ex formis elementaribus exorta, ex harum formarum elementarium cognitione manifestum erit: Nam tametsi aliqui teneant elementorum formas substantiales non primas qualitates esse, immo qualitates innominatas:

B nihilominus partem oppositam, vt certiorem amplecti cogor cum per has in suo esse substantiali constituantur elementa, & eum per eas elementa vt simplicia corpora distinguantur, vt Alex. 12. Metap. com. 12. c. 4. Quæst. Nat. & Auer. Ammonius c. de sub. in Præd. Curtius, & Zimara. 2. de Animat. 18. verum potissimum inter omnes magis hãc rem sustinet Cremoninus Præceptor meus pro dignitate, ac sapientia nunquam satis laudatus in sua disputatione de formis elementorum inscripta. Ergo si formæ elementorum substantiales primæ qualitates sint, & mediæ inter substantiam, & accidentia sint, quia tum substantialiter, tum accidentaliter inesse possunt vt Cremoninus asserit quod Auer. etiam dixit; vt adnotauit Bucaferreus inquiens. *loquitur tantum de substantia imperfecta quæ est substantia mixti ex quo autem dicitur esse imperfecta? quia media est inter vere substantias, & accidentia: duo autem media, quia formæ elementares ex quo dant esse simpliciter ipsis elementis, actenus sunt substantiæ seu sunt similes substantiæ: quia autem suscipiunt magis & minus sunt similes accidentibus.*

C ergo quoque formæ substantiales mixti erunt vt Bucaferreus statuit. si temperatæ, ac refractæ fuerint, vt in mixto euenit. Cæterum ipsa forma essentialis est. Cum mixti corporis essentiam declaret, & includat. Prædominans autem illa forma, vt substantialiter accepta ęquè tum diuidens id mixtum ab alijs mixtis, tum id mixtũ constituens essentialiter, vt elementare reperitur, quia vt Arist. ait in mixtione *tunc mutatur quidem vtrumque in dominans ex sui ipsius natura, non tamen generatur alterum, sed medium & commune:* ideo dominans id vel igneum, vel aereum, aut aqueum, seu terreum erit: sin autem accidentaliter dominans id suscipiatur: tunc vtique non forma mixti erit, sed facultas, seu virtus essentialis mixti elementaris haberetur. *Nam secundum quod est potentia magis calidum vel contra* magis frigidum, vel humidum vel siccum, *secundum hanc rationem duplo calidum potentia aut frigidum,* seu humidum, vel siccum: *vel triplo, vel secundum alium, talem modum,* & Auer. inquit *generabitur ex eis aliquod medium, sed tamen inclinans ad partem dominantis & ideo hoc medium cum eo quod est declinans ad alterum duorum extremorum habet aliquam latitudinem recipientem magis, & minus.* Ea propter forma mixti quinta forma re distincta à quatuor formis elementorum fractis, & castigatis, & illis superaddita quidem esse nequit. Verum mixti forma solũ ex congressu quatuor formarum elementarium, sortita certè est; vnde hoc modo, vt ait Zabarella, Aristot. intelligit: *mixtum moueri iuxta elementum præualens.* cum ea forma quinta si daretur quidem otiosa esset, nec materiæ proxima esset, sicuti sunt primæ qualitates, vt formæ elementares. eamq; sanè ob causam vt aduertit Bucaferreus, Arist. voluit *quod ex hoc elementa inuicem agunt & patiuntur, vt*

D *ex ijs resultet temperamentum, quia in mixtione oportet, vt elementa omnia sint alterata, vt inde resultet temperamentum, quod est ratio formalis mixtionis:* quæ ratio formalis mixti, determinatio quidem, & actus mixti à Cremonino appellatur, simulq; dispositio corporis compositi, supraueniendi, cum exararit. *Determinatio. n. fit partim ab agente partim ex temperamento qualitatum elementarium prout aliud temperamentum requirit aurum, aliud argentũ, aliud os, & aliud caro: pro varietate. n. qua temperantur simul prima corpora acquirit materia determinationem ad esse huius, aut illius mixti,* & postea ibidẽ habet, *actus. n. antecedens, qui est cum imperfectione est medius inter materiam, & vltimum esse formæ compositum,* corpus ex materia, & forma conflatum quæ dispositio subinde ita vocatur ab eo cum Ioanne Gram. & alijs, *dispositio* determinata *autem* ad corpus cõpositũ perficiendum, *non aliter est vt supra dictum fuerit ex temperamento qualitatũ elementariũ.* Si itaque illhæc oĩa calori innato seu corpori mixto elemẽtari coarctaueris, procul omni dubio caloris naturalis rõnem formalẽ phisicè acceptã substantialiter desumptã, simulq; ipsius caloris facultatẽ accidentaliter relatã essentialem, non nisi temperamentũ elementare aereũ calidum, & humidũ esse intueberis, vt vberrime ex iã iam dictis patenter manifestũ est. Cũ calor innatus humidũ naturale sibi iunctum, iungat, applicet, ac retineat, vt Arist. statuit hoc modo. *quoniã calor naturalis est cõprehendẽs & retinens humiditatẽ naturalẽ & cõcludens ipsam:* vt passiuã qualitatẽ cõpræhensibilẽ, retinibilẽ: ibi. n. philosophus calorẽ naturalẽ nedũ calidũ, & humidũ, hinc ẽt aereum esse statuere intendit, sed etiam declarare vult quomodo in calore naturali misceantur,

Margin notes: 1. de gen. & cor. t. 88. — 2. de gen. & cor. t. 89. & 4. met. t. 2 — Sect. 3. c. 7. com. 5. de gen. & cor. Fol. 134. tergo. — Primo de Gen. & cor. t. 89. — Arist. 2. de gen. & cor. t. 48. — in Com. 48. — De Motu grau. & leu. com. 3. & com. 6. — Com. 3. de gen. & cor. f. 205. — De formis ele. fectione. 2. c. 6. — 4. Meteorum. t. 6

vt in mixto corpore simul calor vt actiuus, & humiditas vt passiua; agendo ambo, ac patiendo A
simul dominantes, vt ante efficere proposuerat. Vnde *quando calor naturalis recedit à generato,*
non est retentor humiditatis naturalis, ac tunc dissoluitur, in igneum conuersus, & arescit generatum & Textu 1.tex.6.
post dessiccatur, & dissipatur. Cæterum præterea speculor nedum vt corpus mixtum ex quatuor
elementorum primis qualitatibus calorem innatum formaliter aereum esse, verum etiam alijs
duobus perfectioribus modis aereum formaliter esse, nempe vt corpus ex substantijs elemento-
rum mixtum, atque vt corpus ex materia, & forma perfecta compositum sit. Quandoquidem
multa sunt, quæ temperamento aereo qualitatum primarum insunt, non tamen respectu elemē-
ti substantiæ aereę inueniuntur, vt sanguis qui ponderosus, ac aereus, & caro musculorum non
modo grauis, ac etiam consistens, ex quo terrea, & aquea simul est. Cæterum ad mixti corporis
ex elementorum substantijs consurgentis cognitionem capiendam, elementorum substantię di-
goscendæ prius sunt. Ignis namq; substantia vtique leuis, & rara magisque quam aeris sub-
stantia; præterea pungitiua, aspera, acris, & mordax, nec non denique combustiua apparet. Ae-
ris verò substantia lenis, & rara minus tamen, quam ignis substantia; insuper nihil consistens, le- 2.de Gen.& cor. t.21.
nis suauis ac per se, & ubique mobilis fluxilis est, ut maximè humida maximeq; alieno termino
terminabilis, non autem ut humectet seu madefaciat ut aqua efficit. Aquæ uero substantia, gra-
uis, ac densa, minus tamen quam terra persentitur partimque lenis, ac suauis est, madefaciensq; B
inspicitur. Terrę autem substantia grauior, densiorq; est aquea substantia porrò suauis non est,
immo insuauis, & aspera percipitur. Calor itaque naturalis sua substantia quidem cum leuis,
rarusque sit, præterea lenis, & suauis facillimè terminabilis fluxibilis, simulque ubique, & sem-
per mobilis; sequitur necessario ut in mixtione substantiarum elemētorum quoque formaliter
aereus sit. Quocirca non modo calor naturalis prima mixtione quatuor qualitatum elemento-
rum; sed etiam alia mixtione quatuor substantiarum elementorum prorsus sua forma aereus est
nihil verò igneus. Verum calor is naturalis quoq; aereus est sua perfecta ratione formali corpo-
tis, ex materia & forma compositi, quoniam vt talis sua substātia calidus, humidusq;, lenis, sua-
uis fluxilis, & mobilis per se introspicitur, coquentem facultatem etiam, attractricem, retentri-
cem, & expultricem possidens, nec non omnes cæteras facultates corporeas ab Hippocrate ei
assignatas, & à Galeno confirmatas obtinens, seu primū animæ instrumentum, eamq; sane ob 6. Epid.com.5. t.5.
causam penitus aereus est calor naturalis, omnibus ijs tribus modis allatis, quod de nullo alio
asserendum esse, in corpore humano, inuenies: quia sicuti duæ illæ harum duarum mixtionum
formæ non perfectæ dispositiones sunt aereæ ad corpus compositum forma perfectum attingē- C
dum, ita etiam tertia forma quę perficiens est corporis corporea compositi caloris naturalis vti-
que etiam vndiq; aerea inuenitur: Deniq; iam contemplor ex hactenus iam statutis fundamen-
tis manifestum esse, calorem igneū in caloris naturalis prima sua origine mixti generatione re-
fractum, & remissum, qui in mixto quatuor qualitatum primarū genito formaliter manet, vt ve
rior doctrina tenet, vt D.Th.1.p.q.76.art.4.ad 4.& Caie.2.q.52.art.2.& alij dico.ibi formā ele-
menti ignei refractā, ac mortuā esse; non aūt formam mixti corporis ex quatuor qualitatibus;
neq; vt formam mixti ex quatuor substantijs elementarib. exortam, neq; vt formam corporis
compositi perfectam, sicuti calor innatus ijs tribus formis aereus habetur. Verùm iam tempus
est vt rationes in oppositum recensitas profligamus. Ad primā igitur Paparellę rōnem dico, fal-

Ad pri Paparellę rationem, responsio.

sam esse, & ad Auerrois autoritates male citatas respondeo, nunquā ex propria snia dixisse calo-
rem naturalem à formatrici facultate seminis patris ad fętus generationē gubernatū ab elemē-
to ignis, nisi more Heracliti & Platonis; vt Bucaf.ait, qui inter Auerroistas eximius quidē vir fuit Com.2.de ani. t.40 & 41. 1 Meteor.c.4.
nec tamen Auerr. nec Arist. fatetur calorē naturalē igneū esse: cū sit calidus, & humidus. hinc
Bucaferreus statuit eū aereum esse: immo ait Arist. calorem igneum appellasse consuetudine D
accepta sub eruditione Platonis eius præceptoris, in digestione, & in mixti generatione, non ta-

Ad Auicennę autoritatem eadē responsio valet. Ex Hipp. deest eadem responsio roboratur. Hipp. verba.

men esse igneū. Idemq; de Auicennæ autoritate asserendum esse colligas. longè namq; plus Hip.
quam nulli alio, in hac re, credendum est, qui libro de natura pueri statuit omnia membra geni-
turæ coarticulari, & concrescere per digestionem caloris spiritus seminis, in quo formatrix fa-
cultas residet, & si nō propriè calor igneus appellatur ab aliquib. Platonis & Heracliti more ait
enim Hipp. de natura pueri Cornario interp. fo.46. *Atq; hæc omnia membra spiritu coarticulan-*
tur & Foesio interp. 190. & 191. *Et vero caro dum increscit à spiritu discernitur, &c. caloreq; ipsius*
spiritus ossa condensata durescunt & postea *fœmina quidem primam concretionem duobus, & quadra-*
ginta diebus mas vero triginta duobus, prout spiritus in genitura masculi calidior habetur, ideo q;
digerendo, membrorum omnium concretionem, & articulationem facit: Pariter de alio calore

Secunda rō Paparellæ enervatur.
Ad 3.4.& 5. soluuo.

ętereo qui æquiuoce seu vniuersaliter ad animalium generationem concurrit asserendū venit,
cū ille sit aereus, etsi quoad actiuitatē analogicè igneus ab ijs veterib. vocatus fuerit. Ad Plato-
nis autoritatē respondet 8.de Dec.Hipp.& Plat.c.7.Gal. Platonem voluisse ignē esse, nō reuera,
at solum antiquorum more, per analogiam. nam sicuti ignis maximè actiuus est, inter omnia
agentia inferiora: sic etiam calor naturalis maximè actiuus sensibilis viuidus, & actualis corpo-
reus, vt etiam Hipp. vult inter ea oīa, quæ in humano corpore inueniuntur. Hinc iure merito ait
Gal. contra Platonem *Melius tamen erat non ignis sed insiti caloris fontē dicere in corporibus nostris.*
Nec ægrotāt corpora ex ignis excessu, at solū igneo facto calore naturali ex aereo. Qd̄ quin q;de
caulis

A causis contingere potest Galeni mente. Carpentarius itaque coactus fuit calorem ipsum aereũ nuncupare, cum ex igne, & aqua simul prorsus confractis, atque mortuis medium, ac tertium resultet, vicente ignis caliditate, & aquæ humiditate; nec tamen igneus sua substantiali forma, nec virtute, neque essentia vllo pacto esse valet, nisi communi originali mixtione tum igneus ęque tũ aqueus, & plus aereus appellari potest sua origine. Vnde tametsi calor innatus ex igne, vt mixtum est, suam primam radicem actiuam calidam actualem habuerit elementarem; tamẽ cum omnino ignis conuersus fuerit in naturam aeream suauem, calidam, actualem, & humidã, non amplius ignea virtus seruatur, immo aerea virtus, aereaque forma naturæ æthereæ calidę in aereum calorem quoque conuersæ coniuncta. Ad secundum Rudij ex Hipp. deductam rationẽ, dico cum ipsomet Hipp. sanguinem ob spiritus commixtionem calidissimum esse omnium cęterorum humorum aeri proportionatum, bilem vero Igni proportionatam aliquanto sanguine frigidiorem esse, vt antea dictum est Hipp. autem respiciendo in igne esse vim maximam actiuam, Antiquorum more, inter elementa, & etiam attractiuam, & nutritiuam vim quatenus in mixti generatione se habet veluti talis in corporibus anima carentibus; vnde eodem modo Arist. ait *ignis enim acretio tendit in infinitum, quousque affuerit combustibile*. Vnde videtur quoque Hipp. voluisse Animam esse spiritum, & calorem, sicuti Heraclitus ignem rerum esse principium propter eius maximam vim: quam sententiam reiecit Arist. hinc Hipp. igni dat primã vim motiuam originalem in mixti generatione communem etiam inanimatis corporibus, & nutritiuam, quæ in nobis materialis causa est, formaliter vero vult spiritum aereum per se calidissimum eam vim motiuam habere, & simul nutritiuam, & augmentatiuam, vt concausam ait Arist. non autem vt causam primariam, cum talis anima vegetatiua sit. Quocirca respondeo formaliter simulque virtualiter spiritum quidem vt mobilem aereum esse, ex Hipp. vnde tantum origine, & metaphoricè, non autem forma, nec vt ignis calorem innatum mouet; immo calor naturalis aereus vt mobilis ab anima cordi insita mouetur. Hinc antiqui vocarunt animam ignem ob animæ actiuitatem. Alia responsio est, Hipp. calorem ignis vt actiuam qualitatem, & aquæ humidum, vt passiuam qualitatem considerauit vt etiam deinde Arist. fecit 4. Meteor. t. 5. & 6. vt per mouere, intelligere, debemus etiam coniungere, retinere, commiscere, ac in aereum terminare dum mutatus est; per nutrire vero facillimè terminabile, coniungibile, & commiscibile esse; nam aqua per se sola vera nutritione nutrire nequit, vt Aristot. de sensu & sensato c. 1. nec aqua ignem nutrit; immo aer ignem nutrit vt Gal. de vtilit. respirationis f. 64. B. ergo sicuti aqua non nutrit, ita nec ignis mouet. Ad Platonis rationem iam patet responsio, & ad Paparellæ Platonicam rationem eandem antea statutam ex Galeni sententia, laudata à Bucaf. & à Capiuacco: Quocirca Rudius Galenum carpendo, Capiuaceum quoque eius preceptorem reprehendere intendit. Quod sanè perperam facit, vt vnicuique hanc rem intuenti patebit. Neque valet Arist. prima ratio, & autoritas malè explanata: Nam explanatores dicunt, per ignem allocutum Arist. fuisse more Platonis ad Heracliti errorem dilapidandum, vt Bucaf. & Capiuaceus asserunt, cum voluerat Arist. innatũ calorem aereum esse, vt etiam Galenus voluit Cæterum ait Aristot. *Quia hinc principium omnibus dependet caliditatis, & anima tanquam ignita in his particulis* cum antea dixerit *omnes autem particulæ, & totum corpus animalium habent quandam caliditatem naturalem*: & capite sequenti calorem cordi implantatum comparat ad lucernæ ignem; sicuti etiam fecit Hipp. & quid tum deniq; ? sequitur ne, ex hoc, innatus calor igneus esse? minimè profectò, ac id per ipsummet Arist. exploratum habeas, qui dum pluribus in locis sub nomine ignis more Platonis eius Præceptoris, ob eius consuetudinem, calorem aereum reuera depromere voluit ijs verbis, hanc rem & promulgare, & dilucidare intendit; cum dixerit. *circa hac autem & attigua, his & aer & quod propter consuetudinem vocamus ignem, non est autem ignis, excessus enim calidi, & veluti feruor est ignis*, ex qua autoritate, tertia ratio Aristotelica à Rudio non benè iacta profunditur, neque asserendum venit eo Rudij sensu seu iuditio intelligere voluisse; immo solum ea explanatione rationibus, & autoritatibus enarrata. Verum video aliquem amicum huic responsioni obijcere: quoniam Aristotelis sententia calor innatus secundus toto organizato corpore, Animaq; iam corpus ingressa euanescit. Si itaque is euanescit calor, non est verum, eum calorem proportione respondere elemento stellarum mobili, per motum perpetuum reflexiuum secundam perennem singularium successionem. Cui obiectioni licet cap. 29. satisfecerim, attamen diligentius iterum respondeo, calidi innati seminis prolifici, quod cordi implantatum progignit calidum, duas esse partes, quarum vna est causa efficiens, quæ in generatione exhalatur, dum iam omnino facta est generatio: vnde hæc euanescit, vt corrupta, superueniente noua forma, & effectu manso causæ efficientis corruptæ: Hine ipsa pars in complantato non manet cordi calido, ratione eius formæ corruptæ, nec manet vt causa efficiẽs in suo effectu. Alia vero pars causa materialis est, ex qua tãquam ex primo subiecto cordi insitũ gignitur calidũ; Nam vt iam fusè ostẽsum est c. 36. calidũ id ex seminis calido innato fęcundo, producitur, ideo calidum id seminis in calido cordi inato manet: de qua parte Gal. intelligit. Aristoteles vero de alia parte intelligit. Ad Galeni vero primam iam allatam rationem cum Aristotelis sententia dico ex excessu caloris aerei, & suauis calidi, & humidi veluti ex feruore

Marginal notes (left): Arist. 1. meteor. c. 4. Hip. & Gal. 6. de morb. vul. sec & com. 5. t. 5 & alibi. — 2. de causis morborũ c. 4. — Lib. de morb. 44. & 448. — 2. de anim. t. 40 — 2. de ani. t. 4. & 2. de part. anim. cap. 7. vide com. Buc. & Hipp. 2. de ani. t. 41. — 3. de Glauis 12. & lib. de form. fœtus. c. 2. de an. t. 41. com. 12 Al p. 14. fol 305. 2. de anim. t. 4. & 2 de part. an. c. 7. eodem loco f. 405. col. 2. — Lib. de resp. c. 2. Lib. de resp. c. 3. — Lib. de Col. 109

Marginal notes (right): Ad Carpentarij rõnem responsio qui calorem innatum aereum esse asserere coactus fuit. — Rudij prima rõ euellitur quę rõ ex Hippo male citatur. — Ad p. Rudij Hippo. rat. perperã collectam. — Sanguis calidissimus actuali sua, ac sensibili caliditate sua vi & virtute, & hoc mobilis sanguine frigidior. — Ad 3. autoritatẽ — Alia responsio ad tertiam autoritatem. — Ad Rudij Plat. rationem. — Prima Arist. rõ frangitur à Rudio perperã exposita. Secunda euertitur. — Tertia aut. depellitur. Interp loci 2 de gen. cap. 3. à Rudio perperã intellecta diuellitur. — Rudij rõ Galeni extinguitur. — Calidum innatum seminis fœcundum in generatione calidi cordi filij cõplantati quo maneat, & quo nõ. — Ad Galeni primam rationem à Rudio deductã responsio.

Ad Galeni primum rationem à Rudio deductã responsio. Calor naturalis, & præternaturalis quomodo contrarij sunt. Rudij secunda ratio conuellitur. Tertia iõ Galenica dissipatur male à Rudio citata. Siccum minimũ in genitura gignendo non est terreum, immo igneum.

igneum calorem fieri, aere tenuato, rarefacto, & humido, in siccum transmigrato. Vnde vt caloris mutatio relata est ad graduum modum, vt calor sit qualitas suscipiens magis, & minus. Verum enim vero vt substantiales calores, in secundis qualitatibus, sunt contrarij seorsum, nam ille aereus est, suauis, ac suauiter dulcis, & naturalis, & Euchymus, atque salubris; iste verò igneus, acer, & mordax, & præternaturalis cacochymus, & insalubris: vt iam vberrime ostendi. Pariter calor influens nihil igneus est immo aereus cum sanguis, cuius calor influens est, aeri proportionatur, ob spiritum sua natura aereum, & maximè calidum sanguini annexum. In semine vero in genituraque adest minima ignis siccitas mollis, cum genitura in maximo humido; & minimo sicco consistat, hinc siccum terreum esse nequit, tunc enim siccum solidum esset, ex quo calor innatus geniturę constare nequit vt Hipp. ait. Præterea etiam alibi Hipp. vult formatricem facultatem, in igne constare, verum id sanè tantum originali prima elementorum mixtione, communi etiam inanimatis, impropriè attrahentibus, & nutrientibus, antiquorum more, & metaphoricè tantum, substantialiter verò, & essentialiter, nec non virtualiter asserit formatricem facultatem, in calore aereo spiritus seminis Patris esse, vt in principio istius capitis ostensum est à quo quidem calore *fæmina quidem primam concretionem duobus, & quadraginta diebus, cũ longissimè accipiat: mas vero triginta diebus quod longissimum*: Cum fæminę generatio ob minorem calorem genitura masculi imbecillior, ac humidior sit. Originali itaque elementariaque prima mixtione, & facta comparatione inter semen, & sanguinem metaphoricè non autem simpliciter, nec virtute in semine ignea substantia est, quæ tamen omnino suffocata ab aquea substãtia & ab aerea humida, nullatenus ignea manet, in seminis spiritu omnino aereo; præterquam quòd in caloris innati generatione non modo seminis masculi spiritus adest, verum etiam concurrit seminis aquea pars magis tenuis, & sanguinis etiam menstrui portio tenuior aquosa vt ait Galenus: ex quibus patet, quod licet ignis refractus, & mortuus formaliter in mixto maneat vt forma elementi mortui, in ignem iterum conuertibilis, non tamen manet vt forma mixti, nec vt forma nec vt virtus caloris innati elementaris: Quocirca omnium asserentium opinionem calidum innatum formaliter, seu virtualiter igneum esse existimantem, falsam esse patet, reprobandamque, vndique eam esse.

A Hipp. & Gal. 6. epid.com. 4. t6t. 25. & 6. Epid. com. 5. cons. 1.

8. De plen. c. 10.

2. de diets & 1. de dec Hipp c. 8 & 2. de sanit. tuenda, c. 1. Lib. 2 de vit rat. 106. & Gal. lib. de Marc. c. 4. Lib. de nat. pu. 44. & 45. ex Coc n. & Foes. 188. 189. 190.

B 191.

193.

1. De temp. sanis c. 2. & 3. de simp. med. f. a. g. 8. ca. 14. & comm. 2. aph. 14.

Fœminæ generatio est, quia eius calor innatus debilior ac humidior calore naturali masculinæ generationis.

Finis Libri Primi.



DE



DE MEDICINÆ CERTITVDINE

Liber Secundus, Tertius, Quartus, Quintus, & Sextus.

IN QVIBVS.

Medicinæ pars ſpeculabilis vt ſcientifica certa conſtituitur.

Alia vero ſpeculabilis pars coniecturalis, quomodo prudentiæ inſtrumentorum ope certa euadere poſsit, dilucidatur

Vlterius Medicinæ principiorum certitudo explanatur.



Porrò. Quomodo Medicina certa, aut fallax ex virtutibus, ſeu vitijs moralibus eſſe valeat, oſtenditur: hinc de vitijs moralibus à Medico euitandis, & de virtutibus moralibus amplectendis agitur,

Denique quomodo alia pars Medicinæ quæ cognitione anceps eſt per accidens, ratione alicuius impedimenti, metaphyſica actione D.O.M. aſſidua recognitione, certa fieri poſſit, examinatur.

Cui additur, Encomium certitudinis Medicinæ.



Præfatio in qua huiuſce operis vtilitas oſtenditur.




Vm hactenus in primo libro, Artis Medicæ partis principalis ſenſibilis cer- A
titudinem iam ſatis demonſtrarimus: Ideò in hoc ſecundo volumine de medicinæ certitudine inſcripto, alios quinque ſtatuam libros, vt in primo tomo pollicitus ſum; in quibus omnes eripiam ambiguitates, vt vndique pro noſtro poſſe, omnia, quę generaliter æquè tum certitudini, tum fallaciæ artis Medicæ conducere poſſunt, explorata habeamus. Primo itaque ſecundam nempe ſpeculabilem Medicinæ partem in ſcientificam, & certam, nec non in coniecturalem, & fallacem diuidam: in ſecundo libro vero ſcientificam conſtituam methodum, qua Medicinæ ſpeculatiuam certam, ac infallibilem reddere valeamus partē: In tertio autem libro plenam tradam doctrinam inſtrumentorum omnium prudentiæ, quibus Medicinæ aliam ſpeculatiuam coniecturalem, & fallacem, in pleriſque certam efficere poſſimus partem.

partem. De hac verò parte difficile aie Hippocrates *cum itaque eiusmodi accurata certitudo in arte medica existat, difficilè fuerit semper assequi, quod rectissimum est. Multæ autem species in medicina tantam certitudinem petunt, de quibus dicitur. Non puto itaque propterea artem medicam veterem, velut nulla foret, nec prudenter inuestigata, reijciendam esse*. Vt Gorgias Leontinus, & Poli discipuli sophistæ falsò putarunt, vt Heurnius ait. Verum Hippoc. pergendo, habet, *quod non exquisitam illam certitudinem vndique præseferat. Quin potiùs quod recto vicinum sit, si quis ex ignorantia tenebris ductu rationis aliquo vsque progrediatur admiranda existimo artis medicæ inuenta, quòd scilicet prudenter, & rectè inuenta sint*. Hinc etiam Diuinus senex inquit *firma enim ars tota medica*. Quocirca modos, quibus ars medica certa, et inculpabilis prudentiæ auxilio se habet, patefacere deuincar. At verò cum Artis Medicæ principia sensibilia non sint, immo speculabilia, & vt talia quoque in certa videantur; Proinde horum certitudinem in medium afferam, & hoc in libro quarto exequi conabor. Mox vero quia, vt ait Hippocrates, aliquis Medicus infidus esse posset, ob vitium quodpiam morale, ratione cuius Medicus talis finem Medicinæ peruertendo, miseros interficere posset ægros. Iccirco vt quilibet huic Arti operam dans, penitus huius artis fidus collega, & sponsus semper esse possit, omnes morales constituam virtutes, quibus is perpetuo vndiq; decorari valeat, & vt hę virtutes eo magis elucescant, per earum vitia contraria; ideò isthæc moralia euitanda enucleabo vitia: non autem quòd hic Venetijs quispiam ita infidus reperiri possit Medicus, existimem; etsi extra hanc optimam vrbem, in hoc maximo terrę circuitu plures forsitan infidi inueniantur Artifices. Quam certè ob rem in quinto libro hanc non inutilem, & curiosam aperiam certitudinem. Tandem eo, quia interdum tum morbi, tum causæ, tumque loci affecti adeo nobis latent, ob impedimentum aliquod, vt lob densitatem corporis, aut propter harum rerum implicationem, vel quia in aliqua parte prauissimum aliquod inclusum est excrementum, vel solum, aut flatuoso spiritui comistum, vt ratione huius impedimenti, ex accidenti, horum certam adipisci nunquam valeamus cognitionem, nisi impulsus diuini auxilio, Proinde vt horum morborum, harumque causarum, & simul partium læsarum rectam æquè tum cognitionem, tum curationem assequi possimus, necessarium est, quòd assiduam D. O. M. habeamus recognitionem: Quocirca in sexto libro ostendam quemcunque ægrotantem maximi facere debere inter Medicum pium, & impium; pium inquam, qui eam allatam Dei tenet recognitionem; impium vero repetam, qui eam recensitam negligit recognitionem. Vnde de medicinæ certitudine agam, ex parte metaphisica. Cum autem isthæc omnia vtilissima Medico fido sint; ideoque de ijs cunctis verba facere tentabo.


A Li. de prisca medicina in Heurnio 70. & 72. in Foes. 18. in cornario 14. in Mercuriello 5. pag. 25. Ibidem.

Lib. de locis in homine p. 412. in Foesio.

B



DE ME-



DE
MEDICINÆ CERTITVDINE
LIBER SECVNDVS.

In quo

Medicinæ pars ſpeculabilis, vt ſcientifica certa conſtituitur.

Pro qua re agenda huius partis Medicinæ Galeni decretis.

Methodus ſcientifica ſyndromis diagnoſtica conuertibilis affirmatiui ſcientifici, & ſpeculatiui formatur.



CAPVT PRIMVM.

Methodus conſtituenda in hoc libro primo proponitur, qua prima Artis Medicæ ſpeculabilis pars ſcientifica, & certa euadere poteſt.

A



Voniam omnes ferè Medici aſſerere ſolent, totam artem medicam ſpeculabilem vndique coniecturalem eſſe, fortaſſis ex illa Galeni autoritate ducti, vbi inquit, ſolam pleuritici, & dyſenterici doloris cognitionē ſcientificam eſſe, reliquorum vero internorum morborum notas coniecturales tantum haberi, *Ergo enim ait ne requiras in omni affectu eiuſmodi notas, quales in pleuritide, vel dyſenteria apparent Quippe ſcientifica eſt morborum id genus agnitio, cæteris videlicet, definitisque notis comparata: cum eorum, qui proximè ſunt dicti, coniecturalis agnitio ſit*. Nihilominus ibi Galenus ſtatuit ratione doloris partis affectæ ſecundum ſenſum acutum, & grauem percepti, aliquibus alijs notis annexi, horum affectuum cognitionem ſcientificam eſſe, quoad ſenſum doloroſum certum à calidis præſidijs augeſcentem; & hoc modo morbi ſpeculabiles nihil ſenſibiles ab ijs duobus contradiſtincti, coniecturales ſunt: non tamen coniecturales exiſtunt, ſi ex ſyndrome diagnoſtico conuertibili affirmatiuo hi morbi omnino ſpeculabiles demonſtrati fuerint; Proinde methodum conſtituam ſcientificam huius ſyndromis diagnoſtici reciprocabilis affirmatiui ſcientifici, ſimulque ſpeculabilis conficiendi.

11. Meth c. 7.

B

CAPVT

A

C A P V T II.

Artis Medicæ certitudo,& fallacia, tametsi,tum in cognitione,æquè,tum in curatione, seu præseruatione consistat, attamen frequenter à sola cognitione certa, aut fallaci promanat.

NEgotium autem Artis Medicæ principale, ad eius finem semper assequendum, vtique factionem salubrem curatiuam, seu præseruatiuam methodo moliendam esse, vnicuique Arti Medicæ operam danti iam,ex antea rationibus ostensis,patenter notum esse reor. Salubremque certam nos assequi posse manifestũ est, solummodo ex præmeditata morbi præsentis loco affecto inhærescentis per suam causam syllogisticam,demonstrati cognitione certa ipsius operationis salubris peragendæ. Quocirca operatio salubris à Medico perito exercenda omnino cognitioni certę, & salubri præhabita adæquata esse debet: Eamque sanè ob causam ex cognitione certa, B
quoque non nisi operatio salubris necessario emergit: ex cognitione vero ancipiti etiam factio ambigua consurgit. Ideoque de speculatiuę Artis medicę partis certitudine, ex certa, vt communiter scientifica cognitione desumpta, agere deuincat.

C A P V T III.

Cognitio certa, ac demonstratiua, circa morbum,locum affectum,& causam syllogisticam versatur.

VT autem assiduè certam Artis medicę rerum salubrium, & insalubrium, neutrarumque cognitionem consequi valeamus, morbum quidem de parte lęsa ostendere, ac per eius causam syllogisticam nempe immediatam demonstrare tenemur,tanquam passionem demonstrabilem subiecto inhęrescentem,propter eius causam immediatam,& proximam. Ea propter in Arte Medica tria hęc semper dignoscere cogimur,Cęterum quispiam dubitabit,cum Medicus non modo cau C
1.Dubij ratio. sam contentiuam,seu coniũctiuam syllogisticam,à me vocatam, cognoscere deuincitur, verum 1.Ad Glauconẽ c.8.& c.2. & co.
2.Dubij ratio. etiam alias causas internas antecedentes, seu pręcedentes, aut pręincipientes appellatas, quę 2.de nat. hum. t.1.& 6. epid.
causę remotę sunt, vel humorales, aut complexionales, seu compositionales sint, atque etiam com.3.t.20.
Solutio. alias causas externas,procatarticas,& primitiuas nuncupatas excogitare debeamus;Cui respon 4 Meth.c.3. &
deo,ad exactam causę immediatę cognitionem acquirendam, harum aliarum cognitionem sup 6. de loc. affect.
poni; tanquam cognitionem disponentem syllogisticę causę cognitionem: Quandoquidem c.4. & li.de cau.
causę morbum pręincipientes,corpora disponunt, & mouent pręter naturam ad ęgritudinem, procatarti.c.2.&
non autem immediatè morbum principaliter efficiunt: Procatarticę vero sunt quę extrinsecus c.2.
aduenjunt, corporaque nostra transmutant vehementer, & occasiones à nonnullis nominantur: non tamen immediatè morbum gignunt. De morborum causis c.2.
Ibidem.

C A P V T IIII.

Morbi, causæ syllogisticæ, locique affecti cognitio scientifica maximè ex syndrome conuertibili cognitionis sedis læsæ,ex quinque signorum diagnosticorum generibus formato promanat. D

QVoniam omnis morbus fere à parte patiente nominatur, ac omnis causa morbi syllogistica, non nisi à parte lęsa, tum essentialiter constituitur, rectè, simulque scientificè dignoscitur;Proinde iure optimo Galenus quinque signorum diagnosticorum genera(quibus ne dum sedes lęsa,at vero etiam ęquè,tum morbus,tum morbi causa proxima deprehendi potest) constituit: ex quibus certè syndrome affirmatiuum scientificum, & reciprocabile certę cognitionis horum trium vt plurimum consurgit. Quandoquidem Galenus ait. *Verum superioribus duobus libris hunc præcedentibus,nisi fluxa admodum fuerit memoria,didicistis affectas sedes quinque modis posse deprehendi. Nempe ab excrementis* exeuntibus,*atque ijs quæ affectis partibus adnascuntur:vim actione læsa, & color præter naturam,& figura* naturali,*sed excrementa trifariam diuiduntur: aliquando enim affectarum sedium partes,ipsarum videlicet essentia vel soluta,vel dissecta concernuntur,interdum ea, quæ in ipsis continentur;nonnunquam aliquid quod morbosas dispositiones sequitur: idque vel solas,vel semper,*

1.Ad Glauconẽ cap.1.
1.De locis affectis cap.1.

Ibidem. A *semper, vel magna ex parte*. Notitiam vero, quæ hoc modo attingitur, scientificam quidem esse statuit, vt etiam libris de cruditatibus rectè curandis iam quoque dixi; cum exararit, *Proinde primum inuestigaui quomodo cognoscendæ sunt, inueniique earum quasdam scientifica deprehendi posse notitia*. Et licet dixerit, *nonnullas vero artificiosa vbicata coniectura* tamen hanc dubitationem soluendo, depromit; *Itaque idcirco ipsas magna ex parte rectas. Eiusmodi enim est artificiosa coniecturæ vis*, quam responsionem roborando inquit *Verum, & has ipsas, & dispositiones eis priores, quæ videlicet scientificam notitiam admittunt, indigere semper inueni affectarum partium notione*: Eamque sanè ob causam, ex ipsa certa cognitione, vt communiter scientifica Galenus subinde gloriatur, inquiens *Itaque Medicinam professus, vsque ad senectutem, nullam in hodiernum vsque diem calumniam subij, neque curando, neque præsagiendo, id quod celeberrimis quibusdam medicis interdum accidere memini. Quod si quis gloriam ab artis operibus, non à sophysticis sermonibus &c.* Sed à syndrome scientifico, ac methodo, acquisito, certam cognitionem semper assequi poterit. Cæterum sedes læsa etiam à partis situ, & natura formationis eiusdem partis desumitur, Hippocratis, & Galeni præcepto, vt libris de cruditatibus rectè curandis iam quoque dixi. Nihilominus ait Galenus *in quibusdam affectibus, nulla alia mihi præter via, sola actionis læsio, satis conducebat ad affectarum partium inuentionem*. In aliquibus autem partibus actione propria carentibus, tameo aliquem vsum habentibus, ab eo vsu affecto partes hæ læsæ dignoscuntur; cum Galenus dixerit B *ob alias quasdam particulas, quæ licet actionem non habeant, vsum tamen quendam præstare videntur*.

Dubium. Solutio 1. Solutio 2.

.8. De loc. aff. c. 3

Ibidem.

CAPVT V.

Cum morbi, vel insoluta vnitate, vel in mala compositione, vel intemperie sint; duo priores tantum omnino habent scientificam cognitionem, ex syndromme conuertibili, ex ijs signorum cunctis generibus facto, exhaustam.



Voniam morborum tria genera sunt, nempe malæ compositionis, solutæ vnitatis, ac intemperiei; Atque morbus in intemperie non nisi difficilè indagatur; ideoque tantummodo aliorum duorum generum quandoque morbi scientifica notitia; ex syndromme recensito, adhibita, acquiri valet: Morborum vero C intemperiei notitia quidem coniecturalis est, non autem omnino scientifica; sicuti per eam doctrinam omnium partium temperamenti, ac intemperamenti, à Galeno institu tam libro de Arte parua exploratum habere poteris: Mihi nanque satis erit demonstrare quomodo aliquarum partium interoarum thoracis, & abdominis Artis Medicæ speculabilis, ob quas partes læsas à morbo magno ægri in plerisque intereunt nisi notitia scientifica modo allato habeatur, in morbis malæ compositionis, instrumentalibus appellatis, ac in morbis solutæ vnitatis. Nam etsi Hippocrates dixerit de morbis internis *at obscurissimos, & maxime difficiles morbos, opinio magis quam Ars iudicat*: & ait sobinde *etsi in his plurimū imperitiæ peritia præstat*: tamen id solum de morbis similaribus intemperiei forsassis intelligit; quem locum Galenum dilucidare voluisse inuenio, vbi ait *Qui omnes morbi adeò sint euidentes, vt neminem possint latere* de morbis instrumentalibus tam externis, quam internis tactu sensilibus, intelligendo. *At quos sola intemperies primarum committit qualitatum, ij non omnibus ita patent, nisi cum plurimū à naturali pars recesserit*. De his tamen obscurissimis Hippocrates ait illico. *In quibus sanè hoc præcipuum est, quænam sit morborum causa* nempe syllogistica, *& ex quo principio, ac veluti fonte* D *corporis vitia oriantur, Qui enim morbi causam* syllogisticam *cognouerit, is vtique ex his, quæ in corpore insunt, adepta per contraria morborum cognitione, facilè poterit, quæ conferunt offerre. Ipsa enim Ars Medica maxime à natura inest*. Tamen etiam morbi instrumentales, & solutę vnitatis aliqui terminis conuertibilibos carentes obscurissimi, & coniecturales conspiciuntur, vt infra dicam. Aduerte autem aliquos morbos in intemperie certos esse, vt febres omnes; & intemperies cum materia, vt sunt tumores, qui etiam morbi sunt in intemperie cum materia, vt ait Galenus de morborum differ. cap. 5. & de morb. causis c. 6.

Li. de Aatib. in princ. 273.
De diff. morb. c. 5.

Ibidem,
Ibidem 271.

CAPVT

A

CAPVT VI.

Sicuti pleuritis per syndromme conuertibile, & scientificum signorum indicantium notificatur; ita peripneumonia quoque eodem modo patefit.



Æterum, cum iam pollicitus fuerim, Artis Medicæ partem speculabilem, non quidem coniecturalem omnino; immo in plerisque scientificam communiter esse, sicuti pleuritidis cognitio communiter scientifica habetur, syndrome affirmatiuo reciprocabili, & scientifico. Eamque sanè ob causam, eadem methodo, qua pleuritidis cognitionem certam esse demonstrauimus, aliquorum quoque morborum partium læsarum propositarum, notitiam certam esse ostendere deuincar: Quandoquidem thoracis, pulmonis inflammatio, quę vtique non minus periculosa quam pleuritis cōspicitur, eodem fundamento elucescit, ex syndrome horum signorum, nimirum ex febre assidua, ex difficultate spirandi vehementissima, & longe maiori, quā in pleuritide, ex dolore thoracis grauatiuo; ex pulsibus mollibus, languidis, & inęqualibus; ex tussi principio sicca, temporis vero processu multa, vt varia, modo cruenta, modo flaua, modo alba, modo nigra, pro varietate succi in inflammato pulmone collecti; & ex maxillarum, & faciei rubedine, tanquam ex signo huius affectionis proprio: Quorum signorum, cum rationes eximij scriptores practicantes explanarint, breuioris sermonis studio, eas non tangam. Quocirca vbi erit talis concursus signorum, semper, & vbique etiam peripneumonia erit; & è contra quoties fuerit peripnenmonia, quoque conuertibiliter tale signorum syndrome erit. Vnde pulmonis inflammationis cognitio perpetuo certa, vt communiter scientifica semper deprehendi potest: Aduertere autem per hoc syndrome ne dum eum morbum dignosci, verum etiam locum affectum, simulque causam immediatam notificari; Vnde pręsente eo syndrome necessaria hęc tria etiam adsunt, & his tribus existentibus, etiam id syndrome semper erit.

Lib. 1. de medi. certitudine.

3. De loc. affec. & 4. De causis pu. c. 12. & de pulsi bus ad tyrones c. 4.

B

CAPVT VII.

Peripneumonię cognitio certa, vt communiter scientifica, ex demonstratione propter quid desumpta habetur.

C



Æterum morbo pulmonis inflammatorio ceu effectu vnà cum suo loco affecto, & eius causa iam illo syndromme noto, & à Medici Mente speculatiua veluti ab instrumento Mentem aliam Medici factiuam disponente, ad certam operationem, & curationem illius morbi iam noti moliendam cognitionem; Ideo exactam cognitionem demonstratiuam per demonstrationem regressiuam proprie scientificam speculatiuam; per accidens vero, & impropriè Menti operatiuæ inseruientem, acquirere necesse est, à morbo ipso, ceu ab effectu, ad eius causam contentiuam, à posteriori prius, & subinde à causa ipsa, ad morbum progrediendo à priori, vt à notiori, ad ignotum discursum efficiendo. Quocirca tria hic perpendēda semper veniunt, nempe signorum syndrome, & morbus allatus, qui tumor quidem pulmonis inflammatorius habetur: & causa huius morbi syllogistica, nimirum sanguis in pulmone iam fluxus, simulque collectus, tumefaciens, ac inflammans ipsum pulmonem, vel sanguis probus sola copia peccans, aut sit excrementosus, vel biliosus, vel pituitosus, vel melancholicus, seu atra bilaris, siue serosus fuerit: Vltra sanguinem, tum ad huc fluentem, tum fluxurum, qui causa est potentia, & in via, & remota causa introspicitur. Præterea morbus primo confusa notitia per syndrome dignoscitur; secundo causa pręcognoscitur per morbum, tertio morbus per causam cognoscitur distincta, ac perfecta cognitione. Immo si exactius id perpendam quatuor processus requiruntur ad morbi, loci affecti, & causæ morbi syllogisticæ certam, vt communiter scientificam cognitionem, certæ curationi moliendę inseruientem; Primo nanque à syndrome iam ruditer cognito, ad morbi essentiæ cognitionem progredimur. Secundo à morbo ipso ita cognito, ceu effectu, vt à signo per demonstrationem etiam ad morbi causę cognitionem deuenimus; ac tunc ipsa causa nobis notior, naturaque prior est, immediata, vera, & conclusionis faciendę causa conspicitur. Tertiò vero iterum demonstratione regressiua propter quid appellata, à causa ita pręcognita, ad morbum ipsum discursu accedimus. Quartò deniq; à morbo ipso, simulque ab eius causa, & vnà à loco lęso, ad syndrome ipsum conuertibile cum ipsis, nempe cū morbo, causa, & loco affecto simul progredimur, causas reddendo cuiuslibet signi illius syndromis; ac tunc syndrome omnino certū vt demonstratum à priori, & vt communiter scientificū est.

4. De tuen. san. c. 4. & 5. de loc. affec. c. 2.

D

A est, ficuti morbus quoque certus est, vt demonstratus, & vt communiter, & conuertibiliter scientificus; quia pulmonis tensio, & inflammatio non potest esse, nisi quoque sit sanguis in pulmone collectus, vt causa immediata pulmonem ipsum tumefaciens, & inflammans; & conuersim sanguis hic vt causa in pulmone fluxus, pulmonem tumefaciens, ac inflammans adesse nequit, quin etiam pulmonis tumor, & inflammatio sit. Pro cuius explanatione ponamus ✠ esse Pulmonē inflammatione læsum, A. esse sanguinis collectionem, vt causam, B. esse morbum, nempe pulmonis inflammationem, & C. esse syndrome conuertibile cum morbo, vnà cum suo loco affecto, & cum sua causa, notificans; In primo processu progredimur à C. ad B. A. & ✠, in secundo processu progredimur à B. & ✠ ad A. In tertio vero processu progredimur ab A. ad B. & ✠ sicuti in tertio processu progredimur à ✠ A. & B. ad C. Vnde tunc ostendendo B. esse in ✠ propter A. vt in tertio processu contingit, doctrina discursiua, & demonstratiua factus: tunc inquam in quarto processu rationes redduntur, cur hæc omnia signa, ex quibus construitur illud syndromme, adesse debeant, vt omnes practici scriptores eas assignant rationes. Vnde has non recensebo. Et isthæc omnia quoq; de pleuritide, quæ membranæ costas subcingentis tumor, ac inflammatio est, à sanguine excrementitio vel bilioso, aut pituitoso seu melancholico, aut seroso membranam allatam tumefaciente, ac inflammante emergens est; tametsi peripneumonia à sanguine prædominante B emanet, hinc propriè inflammatio est: Pleuritis vero à sanguine subdominante, prædominante frequenter bile pungente, oboritur; ex quo inflammatio quidem est impropriè, vt lib. 2. de magnitudine sanguinea iam ex Galeno dictum satis esse reor. Quocirca morbi illi, qui terminos ita reciprocabiles habent, certi sunt sua cognitione: illi vero hos terminos conuertibiles non possidentes coniecturales sunt, etiam si morbi instrumentales, vel solutæ vnitatis fuerint: Vnde aliquos morbos ponam reciprocabiles; ad hanc methodum nouam dilucidandam.

C A P V T VIII.

Sanguinis sputi è pulmone immediatè égredientis cognitio certa eadem methodo desumitur.



Anguinis autem sputum à pulmonis foramine egredientis, vel è vasis, aut à propria pulmonis substantia educi posse; Gal. fassus est: si à vasis namq; sanguis exierit, tunc sanè sanguis tenuis semper erit, rubicūdus, ac floridus, atq. sæpe multus, si vas magnum perforatum fuerit, non spumosus, cum sanguis tantum spumosus à pulmonis parenchimate profluens sit; Præterea cum tussi minori educitur, q̃ si ex thorace eijcietur. Quoties vero ex pulmonis substantia fluat, tunc etiam sanguis tenuis, rubidus, floridus, exiguè, & parcè, cum eadem minori tussi, & spumosus educitur ex Hippocratis doctrina: Cæterum si modo vtroque fluat sanguis à pulmone, ægri quidem nullum ferè dolorem percipiunt, vt ait Galenus; Vtrunque autem horum signorum syndrome, perpetuò cum sanguinis sputo pulmonis conuertitur; Quocirca, sine eo signorum concursu, nunquam ea sanguinis pulmonis excretio adesse valet, & è contra vbi erit talis excretio, necessario quoque tale syndrome semper erit: Verum video Massariam asserere. *Quo primum loco memoria est repetenda sententia Galeni in lib. de plenitudine ad finem, & alibi, partem artis medicæ, quæ agit de signis, admodum esse coniecturalem, quam quidem sententiam experientia confirmat, præ cæteris omnibus morbis in sputo sanguinis verissimam esse, quandoquidem sæpenumero non solum vulgares, sed etiam præstantissimos Medicos falli, adeo ut nonnulli quandoque existiment, sputum sanguinis difficillimum esse, quod deinceps sine vllo negotio, & periculo sanatur, vel contra nonnulli censeant sputum sanguinis esse leuissimum, quod temporis progressione grauissima pericula, & ipsam mortem solet afferre*. Cui respondeo hanc artis medicæ partem coniecturalem esse, quoties syndrome conuertibile non fit, & dum non habeantur illi quatuor processus recensiti, in quibus ne dum signorum diagnosticorum syndromis habetur demonstratio regressiua propter quid appellata, scire certum pariens, D communiter scientifica; in primo, & in quarto processu; Verum & morbi seu symptomatis de genere excretorum mutatorum toto genere præter naturam, qualitate, & quantitate peccantis, vt est sputum sanguinis, demonstratio allata ex terminis reciprocabilibus formatur, ac possidetur, scientiam infallibilem gignens instrumentaliter artificialis certa, vt communiter scientifica, in secundo, ac tertio progressu, constructa. Quandoquidem indistincta cognitione, & extra hanc methodum, coniecturalis est, si quodlibet signum ad syndrome tale non relatum, immo confuso modo, confusaque cognitione signorum omnium generalis sputi sanguinis, tum à capite, tū à thorace, tū à pulmone immediatè (de quo dixi) tum à pulmone mediante capite, ad pulmonē sanguinem extrauenatū transmittente, desumpta doctrina, & experientia absolutè, ad nullā methodū certā limitata; Eāq. sanè ob causā, hac methodo quatuor progressuū iā statuta, sanguinis sputi à pulmone fluentis cognitio certa, artificiosa, vt cōmuniter sciētifica sēper, & vbiq. introspicitur;

Marginal notes: C — 5. Aph. 13. & 7. aphor. 10. & 5. aph. 19. Iisdem locis. — 5. Aph. 13. — 4. De loc. affect. c. 5. — Lib. 2. suæ practicæ c. 6. — Solutio.

ſpicitur; vt cæterorum penè affectuum internorum, in mala compoſitione, & in ſoluta vnitate, A deſumptorum, ſcientifica vt artificioſa, & communiter ſcientifica, & certa, ratione, & experimento confirmata notitia perpetuo deprehenditur Galeni ſententia; vt c. 4. iam ſatis demonſtraui. Coniecturalis vero, & confuſa cognitio ſputi ſanguinis erit; in ſputo ſanguinis à gurguglione fluente, non immediatè, immo à capite deſcendente, ad aſperam arteriam primo; & poſtea glutinatus ſanguis excernatur; ſicuti etiam à pectore ita quandoq; fluere poteſt; ideo cum ibi conuertibilitas terminorum non adſit, ideo ambigua cognitio habetur. Cæterum qui ſo hanc methodum, ex his quatuor proceſſibus obortam ſputi ſanguinis à pulmone immediate egredientis, ingrediamur. Vbi nanq; ſyndrome, ex ſanguinis nō vomitione, ſed ſputo educti, tenuis, rubei, floridi, ſæpè plurimi, non ſpumoſi, cum tuſſi non multa, & cum nullo ferè thoracis dolore cōponitur, ibi quidem perpetuo ſanguis ab aliquo non paruo vaſe pulmonis perforato, vel aperto, vel abraſo, non aūt tranſcolato, cum tunc non niſi paucus ſanguis egredi valeat, profluatq; & è contra vbi talis ſanguis excernitur, etiam tale ſyndrome adeſſe neceſſe eſt. In ſecunda autem progreſſione, à ſanguinis ſtatuti cognitione, ad foramen ipſum vaſis, ceu ad cauſam ſyllogiſticā eius, facta, præcognoſcitur cauſa ipſa, vt vera, nobis notior, naturaq; prior, & concluſionis eliciendæ cauſa immediata: In tertia vero progreſſione à cauſa ipſa, ad ſanguinis excretionem allatam diſcurſu regredimur: & cauſa ipſa, & ſanguinis excretio ſimul conuertuntur. In quarta vero progreſſione, B iterum à ſputo ipſo, à vaſe forato, ſimulq; à foramine ipſo, vt à paſſione, loco affecto, & à cauſa ſyllogiſtica paſſionis, ad ſyndrome recenſitum rationes cuiuſcunq; ſigni illius ſyndrommis reddendo, cognitio vndiq; certa, conuertibilis artificioſa, vt communiter ſcientifica acquiritur: Idemque de alia methodo ſanguinis excretionis à pulmonis ſubſtantia educti, aſſeuerandum venit; ne tempus fruſtra conteram, in alia ſuperflua explanatione.

CAPVT IX.

Ventriculi tumoris certa cognitio, eadem methodo præſtatur.



Entriculi tumoris quoque certam, hac methodo, cognitionem deprehendere nos poſſe, manifeſtum faciam, ex ventriculi poſitura, natura formationis, facultate chylificatrice læſa, ab excrementis exeuntibus, à læſa ea facultate, genitis: & à colore mutato corporis, ſimulque accidentibus, quæ ex læſo hoc modo ventriculo ſubſequuntur; Nam ventriculi ſitus quidem in medio animali ſupra vmbilicum C conſpicitur; quatenus ventriculus *promptuarium quoddam omnium particularum commune, in medio animali poſitum* eſt, vt aſſerit Galenus. Vnde ventriculus quaſi penu ſe colliu inter ſeptum tranſuerſum, & abdomem, nec non inter hepar, & lienem iacet; figuræ merito *rotundus ſimul, & oblongus: rotundus quidem quòd hac figura minimum omnium læſioni obnoxia, atque capaciſſima ſit, omnium enim figurarum æqualem habentium menſuram, planarum circulus, ſolidarum autē ſphæra maximè ſunt: oblongus autem quoniam inferne quidem ad inteſtinum eſt, ſuperne autē ad œſophagum ipſe idem progreditur.* Verum ventriculus potius ad partem dextram vergit, quā ad ſiniſtram, cum ventriculus ipſe ad hepar, in dextra corporis parte reſidens, chylum pro ſanguine gignēdo tranſmittat. Ideo ait Gal. *propter eam, quā paulo ante dicebamus, cauſam; ratio fuit ad dextrā fundū ventriculi extendiſſe: otioſus. n. fuiſſet locus iſte, & omnino vacuus, vt pote ad quem hepar non ēt perueniebat.* Formatio vero naturalis ventriculi eſt hæc, nam licet ſolidarum partiū ſit, nihilominus, cum ei ſpeciei carnoſæ caro inhæreſcat, & ſpongiformis quadantenus inuenitur; Quocirca ventriculi ſubſtantia partium vacua, rara, mollis, ac parua ſua natura tangenti apparet; At vero humores ventriculi ſubſtantiæ infixi, ſua copia *tumorem faciunt, ſui enim copiam, tum viſu, tum tactu durities, & mollitudo ſentiatur,* vt Hip. exarauit; quoniam tunc vētriculi formatio, ex vacua, rara, molle, & parua, neceſſariò quidem plena, denſa, dura, & ampla fit, vt apertiſſimè ait Hip. his verbis, D poſteritati prodendo. *Neque. n. ſi in ventriculo humor inſit, eumque foris contineat, & ſingulis diebus, euacuetur, verū cum enim in ſeipſo receperit, eumq. vacua, rara, ac parua penitus imbiberit; pro raro, & molli, durus, & denſus, euadit neq; concoquit, neq; emittit: Itaq; illis ex figuræ nēpe formationis natura contingunt.* Per figuram. n. formationem intelligit Hipp. Ergo ex ventriculi ſitu tumefacto: ex ventriculique formatione quoque tenſione, denſitate, duritie, plenitudine hinc, ſimulq; amplitudine affecta, ventriculi tumoris dignotio deprehenditur. Vlterius à facultate chylificatrice obleſa, ceu à propria ventriculi virtute affecta, vt ſatis antea oſtendimus, idipſum inueſtigare quimus; Porrò à pituita copioſè excreta, ab ea chylificatrice obnoxia vi oborta, & à corporis vniuerſi ferè colore albo; atq; ex accidentibus alijs, quæ ex hoc ventriculi tumore gigni ſolent; nimirum ex inappetentia, rugitibus, ex grauatiuo ventriculi ſenſu; ex ſanguificatione quoq. cōſequēter deprauata, hinc etiam ex mala totius corporis nutritione, ex prauoque corporis habitu, & à viribus læſis idem colligere poteris; Eamque ſanè ob cauſam vbi tale ſyndrome ſignorum erit, conuertibiliter quoq; ventriculi tumor ædematoſus erit, & è contra vbi talis tumor inuenietur,

etiam

Margin notes: Gal. … 4. De vſu partiū c. 1. — 3. de ſan. tuen. c. 9. — 4. De vſu partiū c. 7. — Ibidem 4. de vſu partium, c. 4. — Pag. 26. — Lib. de priſca med. pag. 26 ex Foeſ. interpret. — Libris de cruditatibus teſte ca[r]randis.

A etiam reciprocabiliter tale syndrome semper reperias. Vnde ex quo ventriculi huius tumoris co gnitio certa, secundo certitudinis gradu communiter scientifico acquisita, semper habebitur, quoties hæc tria explorata habeamus; nimirum syndrome allatum, tumorem recensitum, nec non causam istius tumoris syllogisticam, hoc est, pituitam in ventriculi substantia collectam, ac infixam tumefacientem ventriculi membranas; ijs quatuor progressionibus c.7. antea statutis; Quoniam primò à syndromme eudicet noto, ad ipsius tumoris essentialis formalis, & loci affecti, simulq; causæ immediatæ dignotionem progredimur: Secùndo vero à morbo ipso ita per syndromme eius proprium causa est præcognita; vt à signo proprio, tanquam ab effectu reciprocabili, per demonstrationem à posteriori molitam quiaq; appellatam, ad ipsiusmet morbi causę stillo gisticæ cognitionem pergimus; quę præcognitio quidem est & ab Aristotele præexistens cognitio nuncupata, quę causa est vera, prima, seu immediata, nobilis; notior, naturaq; prior, & conclusionis faciédæ causa introspicitur. Tertiò autem iterum demonstratione regressiua propter quid à logicis vocata, à causa hunc in modum præcognita, ad tumorem narratum iter fit; demonstrando cum affectum ventriculo inesse propter illam causam; Deniq; autem à morbo ipso vnà, & à morbi ipsius causa statuta, simulque à ventriculo ita affecto, denuo ad syndrome antea declaratum conuertibile, & earum rerum proprium accedere cogimur, causasque hinc tunc assignamus
B cuiuscunque signi istius syndromis, tunc enim penitus syndromme id certum, vt demonstratum à priori, & vt communiter scientificum, reperitur: sicuti etiam æquè morbus is ventriculi certus est, vt demonstratus, ceu communiter scientificus, per secundum certitudinis gradum, demonstratione propter quid, acquisitum.

CAPVT X.

Omnes morbos, hac methodo, signorum diagnosticorum syndrome conuertibile habentes, sua cognitione, suaque curatione, certos esse ostenditur.



C Æterum, quoniam si partium nostri corporis omnium affectuum præternaturalium, hac methodo secundi certitudinis gradus, infallibilitatem demonstrare vellem, nimis prolixus quidem magno tędio essem; Ideo mihi satis erit, me hāc methodum statuisse, qua vtiq; morbi omnes, qui certi, aut non certi sint, explorari poterunt. Morbi nanq; syndrome eo cum morbo conuertibile carentes, nō penitus quidem certi introspiciūtur: vt alij morbi syndrome reciprocabile possidentes, certi inueniuntur: Cum hi prorsus vndique certi sint, sua cognitione, consequenterque curatione. Qui vtique (vt antea iam dictum est) non modo in soluta vnitate, & in mala compositione, verum etiam in intemperie hoc modo certi sunt: vt intemperies vniuersales totius corporis, vt febres existunt: & intemperies particulares cum materia; Nam, etsi hę intemperies cum materia tumores, & morbi instrumentales sint, vt ex Galeno habetur; attamen propriè tumores, si magnitudine sua aucta actiones lędant, morbi quidem sunt instrumentalium partium vt ait Galenus de morborum differ. c. 5. & de morborum caus. c. 6. & 1. de sympt. causis cap. 9. & 3. de sympt. causis c. 1. & 3. de temper. c. 5. differ. c. 12. si vero tumores exigui fuerint, adeo, vt magnitudine sua, actiones non lędant, immo sua intemperie, tunc sanè morbi in intemperie sunt, quos morbos symptomata sequuntur vel actionum lęsarum, aut mutatę qualitatis. Quocirca patet, Artis Medicę partem speculabilem secundo certitudinis gradu, certam esse, si ipsa eos demonstrationis terminos reciprocabiles habuerit; in quibus autem ita se non habet, certa omnino vtique non est.

Finis Libri Secundi de Medicinæ certitudine.



DE MEDICINÆ CERTITVDINE LIBER TERTIVS.

In quo

Pars Medicinæ ſpeculabilis

Coniecturalis ſyndrome conuertibile carens, quomodo certa effici valeat docetur.

Eamq́ue maiori ex parte Medici optimi, & fidi peritia, prudentia, ac diligentia, ſua cognitione, & curatione certam obtineri poſse oſtenditur.

Ideo quot prudentiæ requirantur inſtrumenta, ad id exequendum, accuratè declarantur.



CAPVT PRIMVM.

Artis Medicæ partem ſpeculabilem ſyndrome conuertibile carentem, peritia, prudentia, ac diligentia, in pleriſque certam cognitionem apprehendere poſse, probatur.



VErum ſupereſt vt quomodo Artis Medicę pars ſpeculabilis in pleriſq; certa ſit, dilucidem, quæ non ex ijs omnibus quinq; ſignorum diagnoſticorũ generibus, c. 4. narratis, nec ex ſyndrome communiter ſcientifico cõuertibile, dignoſcitur: ideo modus explanandus, quo frequenter ſua cognitione infallibilis ſit, per aliquot horum ſignorum genera tantum, ac per ſyndrome nõ conuertibile: Quandoquidem, ſicuti eã Medicinę partem iuditio difficilē, experimentoq; periculoſam, Medicus reuera artis noſtrę collega, & omnino ſponſus adæquatus, frequentius æquè tum in cognitione, tum in curatione certã reddere valet, ſic ēt eandem partem propoſitam ſua quidem peritia, diligentia, ac prudentia ſimiliter maiori ex parte rectam, ac certam ſtatuere põt; Nam vnicuiq; Medenti notum eſt, artis Medicæ iuditium difficile eſſe, vt ait Hip. quia vt ait Gal. *iudicatio (quæ certè ipſa ratio eſt quod tanquã arbitra quædam de ijs, quæ gerenda ſunt cenſeat, & iudicet, difficilis, et rara inuenta res eſt, minimè q. vulgaris, vera certè quidem illa ratio, quod ſectarum multitudo, & opinionũ diuerſitas in arte medica facilè oſtē-dit, neque enim ſi veritas eſſet inuenta facilis, tot, ac tanti viri in ea quærenda occupati in tam repugnantes ſectas fuiſſent diſpartiti:* nec non eo, quòd, vt ait Heurnius *Eſt enim difficilis medicina ob iudicij difficultatem. Eſt autem difficile iudicium diſtinctione corporum, cauſarum, ac ſignorum, & remediorum ad cognoſcendum, prædicendum, & curandum, & ſimilitudine bonis Medicis, ſæpe imponunt. Et ſolitaria ratio ſæpe multa ſuadet, quæ vſu coarguit* tamen Medicus, longa expe-

A

In com. Hip. de lege I proemio notatione 4.

A experientia rectè, vt Artis Medicæ adequatus sponsus, peritia, diligentia, ac prudentia decoratus, frequentius rationem rectam, ac certam, partium lęsarum, causarum, signorumq́ue distinctione, tum in dignoscendo, tum in curãdo, attingit. Sic pariter aliam partem allatam ex syndromme non conuertibile existentem, certam in plerisq; eodem modo reddere poterit. Quẽadmodum etiam aliam certam efficere possumus partem experimento periculosam, ob subiecti nobilitatem, eum subiectum difficilè, ab erroribus mẽdabile, hinc etiam difficilè tractabile sit; quia subiectum non est eligibile, nec ab Artifice factibile, seu generabile, sed quale à Natura progenitum fuit, tale quidem ab Arte Medica ab iniurijs reparatur, vt lib. 1. de Medicinę certitudine iam satis ostensum est, eisdem fundamentis Medicus optimus, & fidus prudentia decoratus, non raro rectam, simulq́; certam assequi solet. Verum vt Medicus idoneus sit ad hoc in plerisq; cõsequendum, has duas conditiones continere tenetur, vt Hipp. statuit, quarum alia est, quòd Medicinę natus sit, hoc est, solertia, ac eius prudentia naturalis, à Deo, & à Natura, ei dono data sit, in Arte Medica, eiusq́; speculationi, experimento comprobarę, consultationiq́; operatiuę, & vsui, & exercitationi feliciter omnino adęquata sit, vt iudicij difficultatem de medio tollet, quo ad iudicij rationem, ad probum ingeniũ spectantis. Altera vero est, vt artis Medicę longo, & frequente vsu, & assidua exercitatione, summaq́. diligentia, perpetuo obseruationum memorię mandantium studio, tum in parte Artificiali, tum in parte physica, multum artis vsum, ac exercitationẽ

Hip. lib. de arte Heurnio interp. 307.

Lib. de lege.

B diuturnam iam Medicus acquisierit. Quocirca de ijs tribus Medicinę partibus, quę etsi nõ semper suum finem attingant; attamen in plerisq; eum obtinent scopum, autoritate enim Gal. ascripta, hęc habentur, *Artium duplex est differentia; quadam finem suum semper consequuntur, vt fabrilis, nauium compactoria, ædificatoria; quadã finem suum, ceu scopum desiderant, contingunt aũt non semper, sed plurimum: Vnde coniecturales quoq; dicuntur; ex quorum numero Medicina fuerit*, coniecturalis enim medicina tantum de hac tertia parte intelligitur, quę ambigua est, quo ad cognitionem ipsius partis ex syndromme non conuertibile acquisitam, cuius meminit Erasistratus, Gal. ita exarante: *Aliqui vt Erasistratus, medicinam partim scientiam, vt est pars, quæ causarũ, & naturæ cognitionem docet: partim coniecturã, vt curationem, & signa tradentes partes existunt censerunt.* Alię vero duę partes, quę communiter scientificę inspiciuntur, ambiguę quidẽ cognitione non sunt, nisi ante cognitionem acquisitam, & pro vt cognitio capienda non sit, sub methodo syndromis signorum diagnosticorum conuertibile declarato; sed vt quodlibet signum ab alijs signis segregatum diagnosticum coniecturale sit, quod intelligere Gal. voluisse mihi visum est, vbi ait, *Quod.n. artis coniecturale est, id maxime in affectionũ cognitione consistit, quæ vbi inuentæ fuerint, curationẽ nõ coniecturaliter, sed scientificè indicant.* Et alibi inquit artẽ medicã maximè esse, & fieri coniecturalẽ, quo ad prę̨sidij euacuatiui mensuram humorũ peccantium educendam, pręter quã in sanguinis peccantis quantitate vacuanda: certa nanq; mensura ea inuenitur, cum sanguinem sanum sistere valeamus; aut si sanguis morbosus non vnica vice educere possimus, iterum, atque iterum eum detrahere quimus, vt lib. 2. de magnitudine sanguinea iam diximus.

Li. Introductionis c. 5.

6. Epid. com. 2. contex. 19.

2. De com. med. 2. locos.

Lib. de curand. ration. per sang. missiõ. c. 13.

C

CAPVT II.

Quot nam requirantur ad prudentiam, vt illa pars Artis Medicæ firma fiat, Quæ omnia dilucidanda proponuntur.

PRudentia igitur, cum eadem ratio sit recta, & sagacitas; admodum valet, in morbos obscuros à physico dignoscendos: qui per se modo allato cognitu difficiles sunt; & etiam coniecturales: non autem ex se sola, nec principaliter, vt morbi obscurissimi per accidens impedimẽti damno cognitu impossibiles sunt: Cum tunc duntaxat D.O.M. assidua recognitio nostra prę se ferret; Dei enim ibidẽ impulsus nobis auxilietur, per accidens

D extra semper, & extra frequenter, diuina felicitate. Quomodo autem, quibusq́; prudentię instrumentis ea pars artis medicę recensitæ, quæ raro etsi fallax contingat, tamen frequentius optimi Medici maximo decorati ingenio, prudentię diligenti ope, certa æquè, tum cognitione, tum curatione, reddi põt, dilucidandum mihi est: Quot nã vero prudenti medico, vt id executioni mandetur, inesse debeant, quę mox parefacienda veniunt, connumeranda hic merito sunt: prius suppositis his duobus antea statutis, Medico omnino perito natura sibi insita innctis, hoc est vt Medici *à natura non infeliciter sint comparati. Desluit autem natura, & sapientia permiscetur*, cum natura Dux sit omnium rerum, quę in sapientia, & arte cadunt; Ac etiam Medico insit solertia, quæ est inconsiderata, & naturalis medij termini demonstrationis, nempe causę immediatę passionis demonstrandę assignatio; quoniam *Medici falluntur cum morbi causam non exactè inuestigant: Verum confestim exactè morborum causa peruestiganda est, cum eiusdem sit prudentia, tum morborũ causas cognoscere, &c.* Ad cuius morborum allatorum causæ indagationem plurimum viget Medici prudentia, solertia, ipsa; His ergo duobus suppositis: Proprium prudentiæ vtriquæ reperitur, vt sibi comitem inseparabilem sagacitatem, seu calliditatem habeat, immo prudentia, & calliditas idem est, vt ait Aristoteles: ессitatione differant, vt inquit Eustratius in commento.

Hip. lib. de arte p. 8.
Lib. de decenti habitu 33.
Heurnius 103.
Arist. 6. eth. c. 9. & 1. post cap. vltimo.
Hip. 1. de morb. mulierum 666. ex Foesio.
6. Ethic. c. 11. & 12.
Pol. 191. col. 2. lit. C.
6. Eth. c. 10.

De hac re vide lib. 6. c. vlt.

Hip. lib. de arte pag. 9.

Insuper perspicaciā prudentiæ semper inhęrescit: Pręterea cum in bona consultatione,& certa, & optima electione, seu deliberatione perpetuo sententia Prudentis inesse debeat, quæ est ęqui, & boni iuri iudicium rectum; Proinde istorum omnium dilucidationem ingredi conabor. A

CAPVT III.

Prudentiæ Medici, cum sagacitas, seu calliditas,& perspicacia, bonaque consultatio, ac deliberatio, simulque sententia, inhærescere debeant; Quibus rebus medicinalibus limitari debeant, vt medicina, ex hac parte, frequentius certa elucescat; dilucidatur.



Voniam iam dictum est, hæc omnia prudentiæ annexa dilucidanda, in gratiam illius partis Medicinæ præstatutæ, in plerisque certitudinem adipiscendam, per demonstrationem propter quid, ex terminis haud conuertibilibus habitam; B Proinde nunc prius quam isthæc declaremus, merito ipsa demonstratio enucleā da venit, ad quam omnia hæc coarctabimus: In ipsa enim demonstratione morbi causam syllogisticam, simulque, morbum, locumque affectum perpetuo dignoscere tenemur; quod est Medici prudentiæ inseparabile munus; cum Hippocrates dixerit, *cum eiusdem sit prudentia tum morborum causas cognoscere, tum omnibus præsidijs, qua morbos augeri prohibeant, eos curare nosce*, & Galenus inquit, *Hac plane medicis omnibus cognitu necessaria sunt, ipsorum autem causæ solis præstantissimis*: Verum morbi causa dignosci nequit, quin prius morbi essentia,& morbi locus læsus pateſiant, per signa diagnostica, ex quibus, etsi reciprocabile syndrome nequaquam resultet, saltem syndrome fit: magna ex parte horum cognitionem certam, ac scientificam pariens; ergo isthæc omnia à prudenti Medico explorati habent: In quorum cognitionis tectæ gratiam, istæ omnes affectæ prudentiæ requisitæ manifestæ fieri debeant. Lib. de arte p. 6

CAPVT IIII.

Sagacitas, seu calliditas Medici, quid prudentiæ inferat, pro medicinæ certitudine assequenda. C



Rudentiæ autem facultas quædam calliditas, seu sagacitas appellata proprie tequiritur, veluti inuentrix facultas prudentiæ; & sicuti prudentia, vt ait Eustratius *habitus est humanæ mentis recta ratione actiuus*, vt ait Arist. 6. ethic. cap. 3. *qui ex longo rerum vsu, longaque experientia comparatur*, Ita calliditas *vis est quædam, & aptitudo à natura in rationali anima nostra parte insita* Preterea quemadmodum *Prudentia est, quę prouidet, quæ ad rectum, & honestum finem tendunt*, ità *calliditas eorum quæ ad finem absolute aliquem spectant, & conducunt inuentrix est*: Sin vis ea inuentrix non ad honestum, nec laudabilem referetur finem, tunc ad prauum scopum spectatur, tuneque facultas inuentrix laudabilis quidem non est, vt calliditas introspicitur, immo in laudabilis vis est,& versutia nuncupatur; Vnde calliditas vt virtus, & versutia ve vitium seorsum contraria sunt: Prudentia ergo *indiget calliditate, quam superueniens excolat, ac perficiat, quo fiat, vt bono semper fine proposito, & quæ ad ipsum tendunt, aptè excogitatis potiri voto felicissimè possit*. Quocirca Medicus optimus sidus prudens finem rectum prospiciens, calliditate ipsa indiget: Verum si medicus infidus fuerit, vice calliditatis, versutiam amplectetur ad finem prauum incumbens: Quoniam vt ait Hippocrates in arte *rectum, & prauum suis finibus circunscribitur*: Cæterum calliditatis,& versutiæ cum meminerit Aristoteles, exarat. *Est itaque facultas quædam, quam calliditatem vocant: ea est talis, vt qua ad suppositum scopum conducunt, agere possit, atque assequi: atque hac quidem si propositum honestum sit, est laudabilis, si prauum, versutia est. Vnde etiam prudentes callidos, & versutos esse dicimus*. Medico itaque prudenti optimo, & fido calliditas requiritur, qua morbotū internorum dignotionem rectam, simulque certam Medicus is explorare assiduè polleat, per hęc quinq; signorum genera declarata, aut per ea signorum genera, per quę possumus talem dignotionem indagare. Quandoquidem signa interdum pluribus morbis internis communia sunt; Vnde per signa sibi propria quinque morbus obscurus inueniendus, ac dignoscendus est, in sua differentia, tum diuisiua, tumque constitutiua: quod certè ex Galeni doctrina libris de locis affectis, ac de morborum causis, ac differentijs; pariterque de symptomatum causis, ac differentijs, & alibi, colligere valemus.

Eustrat. com. 6. eth. c. 12. f. 119.

Ibidem. D

Lib. de arte p. 5. 6. Eth. c. 12.

CAPVT

A

CAPVT V.

Perſpicacia quid Medici prudentiæ conducat, ad medicinæ certitudinem obtinendam.

Fruſtrat 6. Eth. cap. 10 com fol. 183. col. 2. D.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.



P Erſpicacia vero, bona quidem perſpicacia eſt, & iudicatiua illius, quod inuentum à ſolertia, ſeu ſagatia, nempe à calliditate declarata, & à prudentia mandatum, ſeu præceptum fuit, *Nam Primum prudētiam inquirere & inuenire quod honeſtum, & vtile eſt* vt rectum, à calliditate prudentiæ inuentum, *idque* deinde, vt mandatum *præcipere: Deinde perſpicaciam iudicare* circa id mandatum prudentiæ *vbi præceperit, & conſultationem eſſe bonam* de modo *quo executio*
B *ipſa fit* ad finem eum rectum aſſequendum. *Perſpicacia enim iudicatrix tantum eſt, ideſt illud quod, & inuentum, & mandatum à prudentia eſt, tantum modo percipit* ſeu intendit *ac iudicat ita, vt neceſſe ſit.* Perſpicacia bona autem eſt. *Nam cum perſpicacia omnis bonus habitus ſit, qui quod conſultatum, ac mandatum à prudentia eſt, rectè percipit, ac iudicat, an bene conſultatum à prudentia fuerit: vt perſpicacia aliqua prauitatis particeps inueniatur fieri nullo modo poteſt.* Quod ex Ariſtotele exhauritur, hoc modo dicente *Perſpicacia vero iudicatiua tantummodo; idem namque eſt perſpicacia, & bona perſpicacia, perſpicaces ſi quidem etiam bene perſpicaces ſunt.* Vnde ſi perſpicacia electioni prauæ finis praui iudicando aſſentiret, tunc perſpicacia quidem non eſt, immo vafrcies; verſutiæ ſoror. cum nulla perſpicacia mala ſeu praua eſſe valeat: Quippe, quòd mala perſpicacia, quæ perſpicaciæ contrariè opponitur *hebetudo* ab Ariſtotele vocatur: Vnde & à perſpicacia, & hebetudine, ceu ex his habitibus *homines perſpicaces atque hebetes dicimus ait Ariſtoteles.* Cæterum perſpicacia *de quibus dubitaret quiſpiam, atque conſultaret* eſſet; non autem eſſet de ſcientia, vel opinione, *omnes enim eſſent perſpicaces, neque eſt vna aliqua ex ſingulis ſcientijs, verbi cauſa neque medicina, de ſalubribus enim eſſet.* Quocirca duo hic notatu digniſſima eſſe inuenio; Primum hic Ariſtotelem Medicinam pro ſcientia accepiſſe, vt Medicina Ars ſit ſcientifica. Aliud
C vero quòd Ariſtoteles hic Medicinam ſcientiam appellando, eam non ambiguam ſtatuere voluerit; ideo perſpicacia quæ de ambiguis eligendis iudicat *omnino idem cum ſcientia, vel opinione hæc non eſt*: proinde perſpicacia pro ijs duabus Artis Medicæ partibus certis antea, dilucidatis; ita omnino exactè non requiritur, vt ad hanc tertiam partem quadantenus ambiguam certam faciendam requiritur. Vnde huic parti conducit perſpicacia; quatenus iudicat id, quod à ſolertia, ſeu calliditate inuentum rectè fuit, & à mente conſultatum, & electum, & à prudentia deliberatum, vt eius mandatum executioni mandandum, optimum eſt, aut non eſt, ad rectum eius finem conſequendum; eamque ſanè ob cauſam Perſpicacia ſemper iudicat in Medicina, morbos obſcuros, locoſque internos, ſimulque cauſas eorum morborum coniecturales, quæ à calliditate indagata, & à prudentia deliberata fuerunt, exequenda eſſe.

6 Ethic. c. 10. in princ.

Perſpicaciæ eſt iudicare rectè. Solertiæ vero, ſeu calliditatis eſt rectè inuenire; Mentis autem eſt conſulere & eligere. Prudentiæ vero rectè deliberare.

CAPVT VI.

D

De bona prudentiæ electione, ceu deliberatione, quæ in optima conſultatione cadit: Vnde quoque de bona conſultatione.

Ariſt. 6. eth. c. 9.

3. Ethic. c. 3. Ariſt. 3. eth. c. 3.



Q Voniam *prudentium, eſt bene conſultare: Ac etiam quia conſultamus, iudicamus, atque inde ſecundum conſultationem appetimus*, ac eligimus, ſeu deliberamus, hinc iure merito, declarata perſpicacia, quæ iudicatrix facultas habitu iam acquiſita inſpicitur, modo bonæ conſultationis, bonæque electionis ſeu deliberationis prudentiæ explanationem ingredi teneor. Pro quo agendo contemplor conſultationem quidem non de finibus, ſed de ijs quæ ad finem tendunt, de inſtrumentis nempe, ac de vſu ipſorum, ſimili modo quoque in reliquis, interdum per quod, interdū quo pacto, aut per quem quippiam fieri debeat, in conſultatione, ac electione cadit: Idcirco conſultatio in gratiam finis proprij Artis eius conſequendi habetur: proinde conſultatio prudentię mentis humanæ factiuæ eorum quidem eſt eligibilium, quæ ad finem eum ducunt eligibile itaq; conſultabile eſt, quouſque indefinitum, ac ambiguum fuerit, At facta electione, electum eſt actu definitum, ac certum, non autem amplius conſultabile eſt; quia vt ambiguum conſultabile vtique inuenitur, & vt eligibile potentia ſolum. *Si igitur prudentium eſt bene conſultare: bona conſultatio rectitudo ea, eſſe videretur, quæ ſecundum vtilitatem, & id quod oportet, & ſicut, & quando exiſtit ad quendam finem ſpectat: cuius prudentia vera exiſtimatio eſt.* Electio vero quę in ea cadit,

quæ

Perſpicacia quid ſit.

Conſultatio nō de finibus, ſed de ijs, quæ ad finem tendunt.

Conſultatio quid ſit.

6. Ethic. c. 9.

3. Ethic. c. 3. fol. 70. col. 2.

quæ bona ſit ſpontaneum quidem eſt, præconſultatum, vnde ait Euſtratius *non ſolum, ratione, & conſilio fieri electionem, ſed prius conſulere oportere, deinde appetere, vt in ſpontaneo ineſſe appetitum oſtendat, cui anteire debeat conſultatio. Vnde* Ariſtoteles *inquit electio cũ ratione, ac cogitatione exiſtit. quæ hominis propria eſt.* Alibi vero Ariſtoteles ait: *Quare cum moralis virtus habitus electiuus ſit, electio vero conſultatrix appetitio propterea oportet ſi modo electio proba ſit, vt & ratio ſit vera, & appetitus rectus, & eadem, & illa dicat, & hic perſequatur, atque hæc cogitatio, ſeu mens, & veritas actiua eſt.* Cum autem hæc ex ſe clara ſint, explanatione non egent. Iſthæc verò prudenti Medico, ne dum in morborum ambiguorum curatione, verum etiam cognitione neceſſaria ſunt, vt de ambiguis conſultabilibus, & eligibilibus conſultatio, & electio recta habeatur: Pro morbis vero certis dignoſcendis, antea dilucidatis, ita neceſſaria minime ſunt; Verum tantum pro eorũ curatione requiruntur, de inſtrumentis qualia eſſe debeant, & quæ ad hominis ſanitatem attingendam, quanta, quando, & vbi ſint adhibenda; & quomodo.

A

Ariſt. ibidem 6. ethicor. c. 2.

De inſtrumẽtis ſalubribus adhibendis quot, & quæ perpendenda ſint.

CAPVT VII.

B

De ſententia prudentiæ Medici optimi.

Sententia quæ nam eſt.

SEntentia quoque vna ex ijs eſt, quæ circa eadem verſatur, circa quæ prudentia, id eſt circa particularia, & ea quæ eſſe aliter poſſunt: ſuntque in noſtra poteſtate, quemadmodum etiam bona conſultatio, & perſpicacia: ait Euſtratius: quid autem ſententia ſit Ariſtoteles ſtatuit, inquiens, *eſt æqui, & boni viri iudicium rectum*: Euſtratius vero deinde addit, *Iuditium enim genere tam ſententia, quam perſpicacia eſt*, tamen differt perſpicacia à ſententia, *perſpicax enim quatenus eſt perſpicax, non ex æquitate, ſed ex perſpicacia iudicat. Perſpicacia vero operationis, & finis prudentiæ animaduerſio, atque intellectio eſt, qua & id quod factum eſt, eſſe laudabile, & modum quo acta res eſt, bonum fuiſſe, atque accommodatum ad finem propoſitum percipit: Quocirca ſciendum eſt perſpicaciæ illud ſolum munus eſſe, vt & finem qui propoſitus fuerit rectè ſe habeat, & modum bene accommodatè ad finem conſequendum aſſumptum fuiſſe, & rectam demum fuiſſe prudentiæ perceptionem iudicet.* Sententia vero æqui, & boni viri iudicium rectum eſt, ſecundum æquitatem, & bonitatem, recti iudicij. *Vnde etiam in pertractando his habitibus prudentia, videlicet bona conſultatione, perſpicacia, & ſententia conueniens, atque aptus ordo ſeruatus eſt. Prudentia enim agendis rebus præeſt, laboreſque, qui in ipſis ſunt, omnes ſubit, ac quaſi in certamen deſcendit, huic bona conſultatio quaſi adiutrix accedit. Perſpicacia vero, & ſententia poſtea quaſi ſpectatores quidam ſuccedunt, quæ iudicant ea, quæ fiunt, atque aguntur, illa quidem abſolutè percipienda atque intelligendo*, iudicant, etſi differenter, vt vidiſti: cum perſpicacia operationem, & finem rectum, ob quem operatur prudentia intelligat, & iudicet: ſententia vero prudentiæ æquitatem, ac bonitatem operationis ad rectum finem relatæ intelligat, & iudicet: Eamque ſanè ob cauſam prudentiæ medici optimi, ac fidi, ne dum in rectè iudicando, perſpicacia, verum etiam longe magis ſententia conducendo neceſſariò requiritur, potiſſimum pro hac tertia Artis Medicæ parte indefinita, & ambigua, magna ex parte firma definita, ac certa reddenda.

6. Ethicor. c. 11.

Ibidem.

Ibidem.

Sentẽtia differt à perſpicacia.

Perſpicatia quid ſit.

Sententia quid ſit.

C

Perſpicacia, & ſententia ſeu ſpectatores exiſtunt, ad iudicãdum rectè. quæ à prudẽtia ſiũt. Attamen differenter ambo iudicat.

Finis Libri Tertij.



DE



D E
MEDICINÆ CERTITVDINE
LIBER QVARTVS.

In quo
Artis Medicæ Principia certiſſima haberi demonſtratur.

Principia vero hæc & dignitates, & ſuppoſitiones, & defi-nitiones, & regulæ ſunt.

Et iſthæc omnia certa eſſe oſtenditur.



CAPVT PRIMVM.

Artis Medicæ principia omnia perpetuæ certitudinis eſse oſtendere proponitur. Quæ principia quatuor generibus ſeorſum diſtincta quidem ſunt. Nam vel dignitates, aut ſuppoſitiones, vel definitiones, ſeu præceptiones ſunt.

A QVemadmodum autem nil certius ſciẽtia ipſa certa, niſi intellectus præſeferre valet, tum æquè vt ſcientiæ certæ principium, tum etiam vt principiorũ huius certæ ſcientiæ habitus, ceu primum principium, Ariſtotelis decreto. Sic etiam quidem nil certius inter Artis Medicę partes certas, principijs ipſis conſpicitur: quæ principia ad Artis ipſius finem ſpecificum, & ſibi proprium coarctata, neceſſariò cuiuslibet certitudinis Artis noſtræ certiſſima perpetuo exiſtunt. Et quæ vtique nobis notiora, ac vndique indemonſtrabilia inuenies. Eamque ſanè ob cauſam Artis ipſius principia tribus generibus viciſſim ſeiũcta introſpiciuntur, nempe dignitates, ſuppoſitiones, ac definitiones; præter regulas, ſeu præceptiones medicinales, ſub alio quarto genere compræhenſas. Quæ priora principia rudi, ac ſenſata nobis nota inductione dignoſcuntur; quæ ſenſata inductio, etſi formæ reſpectu ſyllogiſmus ſit, nihilominus materiæ ratione ſyllogiſmus nequaquam reperitur, cum abſque diſcurſu rationali, à noto ad ignotum progrediente ſit, Neque ex alijs principia hæc noteſcant, ſed ex ſe ipſis; Quocirca ab eodem, ad idem inductio ipſa procedit. De qua re cum Ariſtoteles verba fecerit, hæc exarauit. *Quod autem ſit aliquod primum, ac principium quoddam eſt. Ex principijs vero alia ſunt, quæ inductione, aliaque ſenſu, nonnulla aſſuetudine, quædam aliaque alio quodammodo conſiderantur.* Vnde ſicuti intellectus longe præſtantior, certiorque ſcientia proſpicitur, ita etiam principia Artis Medicæ admodum cæteris rebus medicinalibus præſtantiora, ſimulque certiora habentur, veluti certitudinis principia. Quæ principia tametſi à Medici mente operatiua indemonſtrabilia repetiantur, nihiloſeciùs à Phiſici mente ſpeculariua demonſtrantur, ſimulque definiuntur: vt à ſuo ſuperiori Principia etenim Artis Medicæ ſpeculabilia certè ſunt, nõ autem

Ariſt. 1. moraliũ Nicomacho c. 7. pag. 11.

ſenſi-

sensibilia per se quàm certè ob causam à speculatiua Mente isthæc demonstrata, ac definita inueniuntur. A

Obiectio. Neque hic mihi quis obijciat, si dixerit, quinque Artis medicæ principiorum genera esse, non autem quatuor, quandoquidem ne dum suppositiones ab Arist. statuuntur, verum etiã positiones.

Solutio. Nam positio, & suppositio idem re est, licet ratione preceptionis in gratiam discipuli positio dicatur; suppositio vero quoad absolutè sumatur: cum positio, deinde suppositio euadat. Vnde tria sola prima principia genericè conceduntur.

CAPVT II.

Quid dignitas, quid suppositio, & quid definitio sit, absolutè recensetur.

CÆterum prius quam isthęc principia ad Artem Medicam relata, dilucidare exordiar, ipsa quidem absolutè merito depromenda veniunt. Dignitas enim, ceu maxima dignitate, seu præstantia, ac certitudine cum nota sit omnibus, tam B doctoribus, quam discipulis, antequam ipsi etiam ad præceptorem eruditissimum accesserint, vt propositio prior notissima, quæ à Græcis Axioma nuncupatur: vt omne totum qualibet eius parte maius esse; cuius quidem cognitio non innata, quippe à nobis, non tamen exploratantibus, prioribus nostri decursus annis, sensim, ac sensum per inductionem, acquisita. Et propter minime recordemur, quando hanc dignitatem apprehendimus: Hinc dum scientias, & artes demonstratiuas acquirendas ingredimur, eã scimus. Suppositio vero communiter de quacumque re intelligas, quæ supponitur, quoties primi, hoc est immediata, introspiciatur. Vnde suppositio rem esse, aut non esse dicit; vt esse substantiam, & non esse vacuum. Definitio autem rei essentiam notificat, veluti substantiam esse, quæ maximè per se subsistate dicitur, & quæ nec in subiecto est, nec de subiecto dicitur. Ex quo, res quid sit, notum facit.

CAPVT III.

Artis Medicæ dignitates duas quidem seorsum oppositas inueniri, ostenditur; Ambęque vndique vt certæ patefiunt. C

DIgnitates itaque Artis medicæ duæ quidem consequuntur; quæ vicissim contrariantur; & quæ primæ, ac extremæ sunt. Si Aristotelis præcepto fidem præstare voluerimus, tum sua natura, tum nostra cognitione: hæ autem dignitates sunt contraria vt præternaturalia auferenda contrarijs curari, similia vero vt naturalia manutenenda, similibus conseruari. Et licet Hippocrates quatuor in locis primæ tantum dignitatis meminerit, inquiens; *Atque, vt vno verbo dicam, contrariorum contraria sunt remedia*, tamen aliam dignitatem supposuit, dum ipse gloriatur neminem ante ipsum veram, exactamque victus rationem salubrem, ad hominis sanitatem accommodatam inuenisse: cum Hipp. similium, ac dissimilium, ascensus, & descensus inuentor fuerit. Hinc exarat: *Principio quanam similiter, aut dissimiliter se habeat videndum*, & Galel. 4. meth. 4. ait. *Nam notitiam certè habeat oportet tum similis, tum dissimilis, qui methodo quiuis moli*. Quæ duo prima principia, ac propria huius Artis Galenus expressit, vbi similia, simulque dissimilia in hac Arte primo semper respicienda esse, depromit: veluti duæ dignitates maximæ etiam ignaris Idiotis notæ: Istæ autem contrariæ ad inuicem sunt, sicuti etiam indicantia prima contraria quoque existunt. Nam dissimilia, ac præternaturalia dissimilibus destruere; atque similia secũdum naturam se habentia similibus conseruare, contraria sunt, ac etiam extrema, & longinqua existunt, termino tamen ac genere simul conueniunt, ad vnicum primum genericum limitata: D hoc est vitæ humanæ corporeæ naturalis custodia, vt ait Hippocrates, & Galenus, qui etiam per has duas dignitates, duas quoque methodos Artis medicæ constituit, nempe methodum medẽdi, ac methodum tuendæ sanitatis; cum exararet dignitatem Artis medicæ methodi medendi propriam morbi sublationem esse, dignitatem, vero methodi tuendæ sanitatis propriam sanitatis tuitionem esse. Quæ duæ methodi cadunt sub vnico generico, & communi principio, quod est vitæ nostræ custodia; sicuti etiam idem de duobus prioribus Artis nostræ finibus, affirmat: quorum alter est quòd Naturæ Æmula, & imitatrix rerum corporis nostri naturalium conseruatio sit & à rebus præternaturalibus venturis, seu imminentibus, non tamen præsentibus præseruatio: Alter vero est rerum præternaturalium præcipueque morborum præsentium curatio, seu sublatio. Eamque sanè ob causam, hæc omnia principia prima cõstituere voluit ita seorsum

1. Post. c. 11. & 14.

Lib. de flatibus in princ. & 2. aph. 22. & 6. epidec 3. 1. 26 & 6. epid. sect. 5. t. 7. Lib de prif. medic. pag. 13 & 14. ex Foesio. Lib de officina Medici 7. 76. 3. Meth. c. 8. & de salubri dieta 40. A. & 1. de sanit. tuenda c. 7.

Lib. præceptionum & alibi. 9. Meth. c. 10. Ibidem & 3. de all. fac. c. 24. & ad ib. tasi. c. 34. & 4. meth. c. 4.

contraria

Lib. de flatibus circa initium.

A contraria Hipp. cum medicam Artem ita definierit. *Medicina enim additio est, & subtractio. Et eorum quidem, quæ exuperant subtractio, eorum quæ* deficiunt additio quam definitionem Gal. diuidit secundum quantitatem, & qualitatem 11. meth. cap. 12. vt lib. 1. iam dixi. Quarum definitionis partium alia facultas rerum naturalium deficientium est conseruatrix, ac reparatrix addendo similia. Alia vero rerum præternaturalium facultas corrigit contrariis anferendo. Quocirca, tametsi duo illi fines, & duæ illæ methodi, simulque duæ Artis Medicæ facultates contrariæ inueniantur; tamen conueniunt, intentione, fineque communi, cum finis artium illæ sit, qui artificialia cuncta prorsus regit: Hæ vero duæ tantum Medicinæ dignitates esse valent, non autem plures, nec pauciores, si dignitates vtique esse debeant, fundamentis hucusq; iactis, vt reor. Quoniam aliæ enuntiationes, seu propositiones medicinales sub harum dignitatum genere cadunt: Nam dignitati huic geminæ, hæ omnes ab Hippocrate constitutæ, subiacent; *Fames morbus est. Quicquid enim homini molestiam adfert morbus appellatur. Quod nam igitur famis est remedium hoc certè quod famem sedat, id enim cibus facit. illius ergo hic medela est: Rursus quoque sitim potio sedat. Plenitudinem itidem euacuatio sanat euacuationem vero plenitudo, laborem otium, & otiu labor atque vt vno verbo dicam contrariorum contraria sunt remedia.* Hæc Hippocrates. Vnde ex

Lib. de flatib. & 9. de natura hum. t. 8.

B quo ita ceteras medicinales dignitates nō primas, ad has duas primas redigi, pro comperto habeas, quæ cum sint certę patentes, dilucidandæ non veniunt.

C A P V T IV.

Suppositiones Artis Medicæ quænam sint vt certæ.



SVppositiones autem medicinales omnes quidem propositiones Artis Medicæ conspiciuntur; quæ primæ, ac immediatæ sunt, res cunctas medicinales in sua natura enunciantes: vt Medicinam esse secundum naturam humanam corpoream, vt ait Hippocrates ita nobis posteris probando: *Ipsa enim Ars Medica maximè à natura inest*, sic omnes Artis medicæ cęterę enunciationes certæ, tum sua natura, tum cognitione existentes, suppositiones appellantur, quæ vtique quinque generibus secantur: vel nanque ad Medicinæ formam, aut subiectum, seu passiones, vel causas, siue instrumenta propriè spectantur: Quas, prolixitati obtemperandi studio, hic non

Lib. de partib. in princ.

C explanabo, cum mihi tantū satis sit, has omnes tales certas esse patere, alioquin rectę nō essent.

C A P V T V.

Definitiones Medicinæ certas esse omnino, promulgatur.



DEfinitiones item rerum medicinalium omnium, tum partis Medicę artis sensilis, tum speculabilis, communiterque scientificę, cum harum rerum quidem certam notificent essentiam; perpetuo infallibiles sua natura, nostraq; cognitione habentur; tales nanque nobis notę sunt, quales adęquatè prorsus hę sunt: Definitionum autem, cum Aristoteles meminerit, monumentis medicinalib. hęc verba consignauit: *Neque simul modo in omnibus causa requirenda est*, propter quam accidens, vt passio subiecto inherescat, vt definitio sit, solo situ terminorum differens, à demonstratione potissima, seu propter quid, *sed est in quibusdam satis si bene demonstratum fuerit, qui sit. Id quod etiam in principijs ipsis contingit*, vbi tantum rei essentiam notificamus, sine causę syllogisticę, nempe immediatę eius assignatione, *quod autem sit aliquid primum, ac principium quoddam est* indemonstrabile, *ex principijs vero alia sunt, quæ inductione, aliaque sensu, nonnulla assuetudine, quadam aliaque alio quodammodo considerantur; Singula autem ita sunt tractanda, vt natura eorum postulat. Dandaque est opera, vt rectè definiantur.* Hinc definitiones rerum omnium quidditates rectę, verę, ac certę conspiciuntur; sicuti in Arte Medica quoque affirmandum venit.

1 Moraliū Nicomachorū c. 7.

Ibidem

D

Ibidem

C PVT

CAPVT VI.

Artis Medicæ regulas, seu præceptiones certas esse ostenditur.



T verò præter principia hæc syllogistica, nempe prima, ac immediata, alia profectò principia sibi propria Ars medica possidet, vt Ars rationalis, ac dogmatica; Quæ & Axiomata, & dogmata, & regulæ, & præcepta, seu præceptiones appellantur: vt etiam vnicuique Arti isthæc assignata introspiciuntur. Quorum dum meminerit Auerrhoes, inquit, cuilibet Arti necessarias esse certas, ac determinatas sibi proprias regulas consignatas fuisse, ad illius Artis finem proprium assequendum. Hippocrates autem totam Medicam Artem dum statuerit, per eius firmas, ac certas regulas, depromit. *Ars sanè medica iam mihi tota inuenta esse videtur Firma enim est Ars tota Medica, eiusque præceptiones ex quibus constat pulcherrimæ,* si nanque Ars ipsa tota firma, hoc est recta, & certa, ob eius regulas; ergo regulæ, ob quas, ipsa firma est, certiores sunt ipsa arte: cum propter vnunquodque tale, sit magis tale, Aristotelis decreto: Vnde Hippocrates ait *præceptiones pulcherrimæ,* nempe certæ simulque pulcherrimæ. Quæ autem, & quot nam in nostra Arte sint breuitatis studio hic afferendum non venit, cum tunc tædio legenti essem nimio; & quoniam hæ cuilibet Medico perito notissimæ sunt.

1. de partibus anim. c. 1.

B

Lib. de loc. in homine 431. ex Foesio interprete.

1. post.

Finis Libri Quarti.



DE



DE MEDICINÆ CERTITVDINE LIBER QVINTVS.

In quo
De Virtutibus moralibus à Medico perito, & fido semper flagitandis agitur, vt Artis finem inculpabilem, & certum is Medicus assequi valeat, ægrotantium emolumento.

Hinc etiam vitia moralia quæ Medicinæ inculpabilem, & certum peruertere possunt scopum, declarantur: quatenus hæc vitia à Medico optimo, & fido cauenda vndique sunt; vt is Artifex, cuiuspiam ægrotantis obitus culpam aufugere possit, vt omnino inculpabilis.

CAPVT PRIMVM.

Quot nam Moralia vitia sint, quibus Medicus peritus, sed infidus Medicinæ finem peruertere valeat, ostenditur.

A ARtis Medicæ finem quidem ab infido Medico, etsi perito, vitijs quibusdam malorũ morum frustrari posse; iam dictum à me fuit; huius operis primo tomo, & in præfatione istius operis; Ideoq; quot, & quæ nã sint isthęc vitia, modo explanare aggredi cogor. Nam tametsi, id euenire, posse, & ob pecuniæ studium, vanamq; gloriã, seu honorem indirectum, & inuidię gratia, atq; deniq; propter iram, exaratum sit, non tamen quomodo id effici possit, enucleatũ est; quã certè ob causã summo iure, id nunc dilucidare conabor. (Quot, & quænã sint vitia moralia, quorum ratione Medicinæ finis frustratur.)

CAPVT II.

Quomodo auaritiæ impulsu, Medicinæ finis præoccupari possit, patefit.

B



QVoniam, vt ait Salustius *Animus æger auaritia facilè conuertitur*, quia Cicerone exarante, *Duæ res sunt, quæ maximè homines ad maleficium impellunt, luxuries, & auaritia. Vnde corrupti sunt, deprauatique mores admiratione diuitiarum: Nihil enim est tam sanctum, quod non violari: nihil tam munitum quod non expugnari pecunia possit. Nullumque est officium tam sanctum, atque solemne, quod non auaritia comminuere, atq; violare soleat,* Vnde *Nemo tam firmum habuit præsidium, quod auaritia non infregerit, atque debilitauerit;* Namque denique *auaritia fidem, probitatem, cæterasque bonas artes subuertit; proque his superbiam crudelitatem, Deos negligere, omnia venalia habere edocuit.* Hinc mirum non est, si auaritiæ vitio ductus aliquis Arti Medicæ operã dans, adeo

(In Iugurtha. 2. ad Heren. Cicero 2. off. 8. ait in Verr. Cic. pro quintio Cic. in Vatim. Salust. in Catil.)

ad maleficium accedat, adeoque mores corrumpat, ac deprauet, fidem, probitatemque, in crude- A
litatem, ac superbiam vertens, Deumq; Opt. Max. negligens, vt infidus iam penitus factus, &
etiam Medici nomine indignus, non quidem perspicacia, immo versutia tantum plenus, Artis
medicæ, ægrorum summo damno, interdumque obitu, finem directum peruertat. Interdum au-
tem id à Medico infido fieri posse in morbis diuturnis Hipp. exploratum habuit, *Affectiones et-* Lib. præcep. pa 38. ex Foesio & in Fabio caluo 10.
enim omnes ob varias casuum attributiones, & mutationes, diuturniore quadam mora assident: Ibi *si*
nanque non à veritate, nec à Medicæ Artis fine proprio, exordium desumes, passiones loco affi- Ibidem.
cto inhærescentes, per earum causas syllogisticas demonstrando, instrumentaq; indagando, qui-
bus hæ affectiones adimi possunt; sed potius, *à mercede initium duxeris; hoc quidem ad totam rem*
quid facit? languentique hanc inijcias opinionem, cogitationemve, si large nihil reputans præbeat, sese
non relinques, negliges, aliumve prepones, cum opus est: quod curandum non est. Verum longè dete-
rius tales Medici efficiunt, in curandis his morbis cronicis potius naturę opus relinquentes, quā
præsidijs curantes; in longum eo magis eos morbos protrahendo, student enim, pecuniæ præ-
mio, ægrorum captandæ beneuolentiæ, non autem medelis, ab ægris quadantenus deuitatis ad-
hibendis: Quocirca hi Medici infidi: adulatores quoque euadunt versuti, rectum finem relin-
quentes; Quandoquidem, *si vt emolumentum aliquod adipiscatur, atque id pecunijs, vel ijs rebus, quæ* B
pecunijs comparantur adulator est. Præterea etiam humiles seruiles, ad alterius hominis diuitis pe- Arist. 4. eth. c. 6
cuniam præbentis voluntatem viuentes sunt isti infidi, ac adulatores, non autem magnanimi.
cum Arist. exaratit: *Magnanimi quoque proprium id est vt viuere ad alterius arbitrium non possit,*
nisi ad amici. Est. n. seruile. Vnde etiā omnes adulatores famularij, & humiles homines adulatores sunt. 4. ethic. c. 3.
Cæterum Hippoc. auaritiam potissimum ægris obesse ait, in morbis acutis, cum hæc verba nobis Lib. præcep. pa. 30. ex Foel. & 19 ex Fabio caluo.
posteris consignarit. *De mercede igitur costituenda curam habere oportet*, De lucro indecenti al-
loquendo. *Eiusmodi. n. animi inductionem ægro inutilem* immo valde, *damnosam esse existimamus,*
idque multo magis in morbo acuto. Morbi enim celeritas, cum multam ad reuersionem occasionem ex-
hibeat, bonum medicum minime impellit, vt suam vtilitatem quærat: verum vt potiorem suæ existima-
tionis rationem habeat. Itaque longe satius est à morbo seruatis exprobare, quam perniciosè emunge-
re: &c. Quare ab initio de toto affectu diligenter inquirere & quædam ad curationem conferentia sub-
ministrare oportet, ægrumque percurrere, & minime negligere, & libro de elegātia pag. 34. ex Foes.
& ex Heurnio 106. ex Cornario 24. ex Marinello 8. ait *cuncta, quibus ad sapientiam opus est, Medi-*
cina insunt, pecuniæ scilicet contemptus; Habet enim quæcunque requiruntur ad coercendam intempe-
rantiam, deceptionem, ex ambitiosa, & sordida professione, insatiabilitatem, rapinas. Concedit ni-
hilominus Diuinus senex, Medicum fidum mercedem ab ægris posse accipere dignam, iustam- C
que: si Medicus ad Artem hanc acquirendam, aliquem suum habuerit, victu, vestitu, alijsq; ne-
cessitatibus viuendi, substinendum, sic exarans. *Neq; vero exigenda mercedis cupiditate duci opor-*
tet, nisi vt ad artem ediscendam tuos instruas, suadeòque ne in eo ægro inhumaniter nimis nimio plus
iusto lucro, *te geras sed, & opum affluentiam, & facultates*, soluentis languentis, sine dolore respi-
cias; Vnde Hippoc. potius aurum spernit, his verbis, in epistola senatui populoq; Abderitarum
missa 1151. *Qui autem mercede operam suam locant, hi scientias tanquam ex priore libertate manci-*
pio dantes seruire cogunt. Deinde probabile est eos mentiri posse, veluti in magno morbo, & negare vt
in paruo, aut vbi promiserint, non venire, rursusque non vocatus venire. Miserabilis sanè est humana
vita, quod ad eam totam intolerabilis argenti cupiditas, veluti hybernus flatus peruaserit, ad quē mor-
bum insania grauiorem curandum, vtinam Medici omnes potius concurrerent, qua tamen beata cense-
tur, cum morbus sit, & malè affligat. Quibus autem mederi debeamus, absq; ulla spe quæstus, nos Ibidem.
docet, hunc in modum. *Interdumq; gratis cures ita, vt memores gratitudinis potiorem quam præsen-* Libro præcept. 19.
tis existimationis rationem habeas. Quod si vel hospiti, vel egeno largiendi occasio se offerat, his vel
maxime succurrendum est. Qui enim erga homines humanum se habuerit, is Artis amore teneri cense- Ibidem.
tur. De perfido autem, seu infido, ac etiam de fido seu inculpato Medico Hippocratem posteà D
dixisse inuenio, ita. *Qui medelas inculpatas facilè perficiens nihil horum peccat ne in summa quidē*
opum penuria, neque enim infidus est, veluti qui iniustè se gerunt. &c. Duo autem hic adnotāda sunt,
vt ea, quæ de Medico auaro dicta sunt modificentur: quorum primum est quod omnes hi Au-
tores isthæc omnia exararunt, de auaritia in infidis hominibus, cum illi extra catholicam nostrā
fuerint fidem, Vodc homines tunc temporis vitijs moralibus valde affecti erant; Ideo nunquam
censebo hoc nostro æuo aliquem Medicum nostra catholica, & sancta fide decoratum, ita infi-
dum posse inueniri: sed tantum aliquem extra hanc nostram fidem se gerentem, siue iudæum,
siue hæreticum, siue ottomanum, siue epicureum. Secundum autem adnotandum est, quòd
Hippocratis tempestate Reges Medicis stipendia dono præbebant, vt in Ecclesiastico c. 38. est
videre: ut fusè dicam in encomio certitudinis Medicinæ: Ideo legitur quòd Atheniensium do-
natio in Hippocratem collata mille aureorum summam æquauit, ultra alia plurima Athenien-
sium in Hippoc. beneficia, ut in epistola Athenit nsium Senatus consultus pag. 1176. appatet:
Proinde Hipp. ut diues gratis ęgros curare poterat: nostro autem æuo, quoniam Medici à Regi-
bus stipendia minime desumunt; idcirco pro eorum necessitatibus iustam, & honestam quærere
& accipere ab ægris deuincuntur retributionem.

CAPVT

A

CAPVT III.

Medicum gloria vana, ſeu honore indirecto ſuæ exiſtimationis, impulſum Artis Medicæ finem peruertere poſſe oſtenditur.

Lib. præceptionum pag. 39.

In adnotationibus lib. præcep. fol. 137. adnotatione ſecunda.



TAmetſi Hippocrates deprompſerit, *bonum Medicum minime impellit, vt ſuam vtilitatem quærat, verum vt potiorem ſuæ exiſtimationis rationem habeat*: nihilominus exiſtimatio Medici fidi honeſta, & iuſta Artis adæquati collegæ finem Artis, ac veritatem honori anteponendam ſemper ſequi debet. Nam etſi hominis ſanitas manutenenda, aut deperdita, iterum redintegranda, ſimulque virtutis, doctrinæque Medici optimi, ac omnino fide exiſtimatio, & gloria, ſeu honor, duo Artis Medicæ fines ſint; attamen, hominis ſanitas, vel tuenda, vel recuperanda, finis quidem primus eſt. Alter vero ſecundus; vt ex Hippocratis doctrina Ioannes Heurnius explanauit; his verbis, *Ratione ſui: ipſa exiſtimatio, atque gloria viro bono digna, ob virtutem, & doctrinam gloria eſt finis. Itaque primus Artis finis ab Hippocrate conſtituitur ægri redintegratio; ſecundus gloria, non* B *lucrum, ſed virtutis gloria præmium*. Cum ergo virtutis, ac doctrinæ ratione, æque, ac experimento certæ factæ, Artis Medicæ gloria præmium ſit: nō autem falſitatis exiſtimatio, quæ vafricies, aut verſutia infidi Medici conſpicitur: quæ vt vitium patenter habetur. Si Medicus facultatē, ac doctrinam ſalubrem reliquerit, gloriamque duntaxat quæſierit, tunc vafer, verſutus, ac perfidus erit, finem Medicinæ primum peruertens, ſecundum ſolum finem ſalutem hominis omittētem, amplectens; Quocirca Hippoc. ſtatuit Medici probi gloriam tantum in doctrinæ veritate

De decente habitu 13. in Foeſ.

conſtare, non autem in dolo, his verbis, *qui quicquid doctrina acceperunt, in medium proferunt, & facultate dicendi vtuntur, ad gratiam comparati, & pro gloria, quæ inde prouenit, decertare parati, doctrinam ſuam ad veritatis lucem repurgantes*: & poſtea addit ibidem, *ſi quis igitur eorum aliquid, quæ ratione proponuntur ad veritatem expenderit, nequaquam iis ſuppeditabuntur: Quapropter veritate nudati omnem improbitatem, atque ignominiam induunt. Præclara enim res eſt, quæ ex opere, quod quis didicit proficiſcitur oratio; Quicquid enim artificioſè factum eſt, à ratione profectum eſt Quicquid autem artificioſè dictum eſt, non autem factum, viam, & rationem artis expertem arguit: opinabile ſiquidem ſine actione recta, inſcientiæ, & nullius artis indicium eſt. Opinio enim cum præcipuè in arte* C *Medica, ea quidem vtentibus crimini vertitur, his vero qui ea indigent exitium adfert*. Quam ſane ob rem, iſti tales Medici doctrinæ veritatem prætermittentes, aſſertiones tantum nugaceas proferunt fallaces, periculi plenas, & ad errores propenſas, *fallax enim, & ad errorem procliuis aſſeueratio, quæ eſt cum garrulitate coniuncta*. Nam ſæpè Medicus iſta gloria ductus, ac ſuperuocatus

Hipp. Præcept. 31. in Foeſ.

alio Medico fido, rectè ægrum curanti, non niſi garrulitatibus præfefert, ſtudetque non horis noctis mulierculis aſtantibus incommodis tempore congruo declinationis acceſſionis manifeſtæ, alimentum ægro præbendi. Verum potius incumbit horis diei, mulierculis aſtantibus commodis; incongruis tamen nutriendi ægrum, in augumenti acceſſionis exordio; ægri obitu: vt mihi ſemel contigit: in muliere quadam, cui annorum viginti circiter decurſu, in ſuis ægrotationibus omnibus, meis nauatis operibus, præfuit, At alius ſuperuocatus Medicus eo modo allato ſe geſſit. *Sicuti ergo eſt virtutis merces gloria iuſta boniſque viris tribuitur*; finem rectum attingens, ita vitij merces gloria vana iniuſta perfidis hominibus limitatur, finem peruertens. Eamq; ſanè ob cauſam *Honorem, & gloriam bona eſſe neceſſe eſt*: nō aūt mala, vt in his infidis Medicis inuenitur.

Ariſt. 1. Rheto. cap. 6.

CAPVT IV.

D

Medicum infidum inuidia refertum Artis Medicæ finem violare poſſe, demonſtratur.

D. Thom. 2. 2. qu. 30. art. 1.
Aug. vt in Blyon thea.
Ariſt. 2. Rhet. c. 9. à principio.
Ariſt. ibidem.



INuidia vero hominis vitium quam maximum eſſe iam patet, *Nam inuidia & triſtitia de bono alterius, in quantum æſtimatur diminuere gloriam propriam alterius*. Vnde *inuidia eſt odium felicitatis alienæ*: Quia *inuidia dolor eſt perturbans, propter res ſecundas alicuius æqualis, aut ſimilis*. Quocirca *inuidet ſingulus ſingulo, faber fabro*, Eamque ſanè ob cauſam aliquis Medicus Medico alteri inuidet; Quod vtique peſſimè facit; cum ambitioſè altercari & ad ſui irriſionē ſeipſum exponere, ſummo ęgri dāno, peſſimum ſit: vt ex his Hipp. verbis elicio: *cum id ad artem pertinere cenſeatur, de eo minime ambicioſè contendere* contra optimum, ac fidum Medicum, *ſeipſos in ludibrio exponere: Hoc nanq; iureiurando affirmare audeam, Medicum ratione vtentē, alterum nunquam inuidioſè calumniaturum. Sic .n. animi impotentiā prodet, verū id promptius faciunt, qui forenſē quæſtū ſectantur*. Immo Hipp. nobis pręcipit; qđ necēt cū vulgo glorioſè ſeu ambicioſè loquamur, dū ſic habet. *Quòd ſi vulgo tibi audiētiā cōparare voles, id nō valde glorioſè inſtituas, neq; tamē cū oſtētatione poe-*

Libro precept. pag. 40.

Lib. præceptionum pag. 41.

tica fiat; Industriæ.n.impotentiā Artis *arguit*. Ex his aūt hactenus statutis inuidiosum medicū, infidum esse Artisq; Medicæ finem præoccupare facilè, hinc etiā miseris ęgris detrimentum magnum inferre posse; Vnde inuidia deterior longè est, gloria vana; cum ipsa gloria quæratur à Medico, absque quo dolor in eo sit perturbans animum, quærens gloriam alterius Medici antè acquisitam sibique propriam, diminuere, vt inuidiæ contingit; Ea propter Medicus inuidia plenus dignè vndique euitandus ab omnibus venit; etsi iudicialem pecuniam non quærat: nam si eam quæreret, eo magis cauendus esset, vt ait Hippocrates. A

C A P V T V.

Medicum optimum ira impulsum, Artis Medicæ finem proprium prætermittere ægrorum damno semper esse, ostenditur.

Hipp. l. de flatib. in princ.



MEdici autem infelix conditio non solum est quòd *Medicus, non nisi quæ periculo sunt proxima intuetur, & quæ sunt ingrata contrectat, ac ex aliorum calamitatibus sibi dolorem conciliat*. Verum etiam quod ægrorum, & astantium insidijs, dolis, indecentijs, atque transgressionibus, is interdum irasci cogatur vt experimento quotidiano liquet; quia ibi apparens in iustitia Medico facta est, quæ vt ait Aristot. 5. ethic. cap. 8. iram efficit *Medicus enim Philosophus* tum naturalis, tum moralis, tum metaphisicus penitus, *Deo æqualis*, vel similis *habetur* Vbi ne dum *pecuniæ contentio pudor, verecundia modestia in vestitu existimatio, iudicium, lenitas, accuratio, mundicies sententiarū elocutio, vtilium, ac necessarium in vita purgationum cognitio, earumque liberatio. superstitiosi Deorū metus aduersatio præstantia diuina adsunt*. At vero etiam mansuetudo; non autem iracundia in Medico præsefert: cum ergo Medicus optimus, & inculpabilis, iræ aliquando se subijciet, Deo æqualis tunc adesse nequit; hinc etiam quandoque ira ductus Medicinæ finem proprium salubrem omittere potest: ac iustè ægris detrimentum etiam inferre ob apparentem iniustitiam ei factam. Nam ira cum dolor sit, ideo non facilè vtitur ratione, vt Aristoteles inquit: Immo ira, quia ad vltionem properat; cum ea apparentis vltionis appetitus sit, cum dolore; propter apparentem iniustitiam, ideo Medicus iratus, seu iracundus, non insidiosè, vt auarus, & vanè gloriosus, simulque inuidiosus facit, quippe quod apertè vindictam festinat, verum quoniam impium esset, vindictam contra ægros de ea iniustitia sumere; ergo Medicus sic iratus saltem ęgrorum curationem negliget; qua negligentia, ægri iacturam, incommodumque recipiunt, ac ita Medicinæ finis frustatur. B C

De decenti habitu. 34.

Ira quid sit.

5. ethic. c. 8.
7. ethic. c. 6.
3. Rhet. c. 2.

C A P V T VI.

Medicus quemadmodum vt Auarus Medicinæ finem præuertit, sic vt prodigus, periret. Quocirca liberalis, vt iustè se gerat; debet esse.



PAtet itaque his quatuor vitijs morum, Artis Medicæ proprium finem frustrari posse, quibusque modis; superest ideo virtutes morales, ijs quatuor vitijs oppositas statuere; vt nullatenus his vitijs hanc Artem fallacem, immo certam perpetuo reddere valeamus. Cum autem quælibet virtus morum bonorum quoddam medium sit, inter duo vitia repositum, quorum vnum vitium in excessu, aliud vero in defectu consistit, Aristotelis sententia, hunc in modū exarantis. *Virtus igitur est habitus electiuus in mediocritate, quantum ad nos consistens: quæ quidem mediocritas ratione præfinita sit, atque ita vt prudens præfiniret: Mediocritas autem duorum vitiorum, alterius per excessum, alterius per defectum: atque eo etiam quòd vitia alia deficiunt ab eo quod fieri debet, alia exuperant, & in affectibus, & in actionibus virtus vero medium & inuenit, & eligit*. Proinde sicuti auaritia, quæ vitium est, in defectu liberalitatis statutum, Artis Medicæ finem peruertens, damnatur; sic etiam in Medico optimo, & fido, prodigalitas, quæ vitium est, in excessu liberalitatis, Medici necessarias res victus, vestitus, reliquarumq; rerum ad bene viuendum requisitas, profundens, nullum habere debet locum, vt vitium penitus euitandum. *Quandoquidem in dādo, & non accipiendo excedere nō mali, & ignobilis sed stolidi potius hominis est, qui autem hoc modo est prodigus &c.* & paulo antea dixit. *Nam, & incontinentes & eos, qui in intemperantiam opes consumunt prodigos vocare consueuimus, iccirco huiusmodi homines esse improbissimi. Prodigus.n. seu inseruatus est, qui per se ipse perditur*, & ait Eustratius. *Prodigalitas enim dando excedit, deficit accipiendo; illiberalitas vero seu auaritia contra in dandis pecunijs parca, ac deficiens, in accipiendis nimia est*. Liberalitas vero æquè se habet tam in dando, quam in accipiendo honestè, moderatèque. Medicus ergo prodigus non esse debet, in adhibendis ægris operationibus, excedendo, in præmiumque accipiendum, deficiendo, alioquin intemperatus, inseruatus, improbissimus, ac de- D

Prodigalitas quid sit.

4. Polit. c. 11 & 2. ethic. c. 6. & c. 8. & alibi.
2. ethic. c. 6.

4. ethic. c. 1.

Ibidem circa initium capitis. in com. fol. 19. col. 2. B.

6.ethic.c.1. 6.ethic.c.13. 6.eth.c.13. 3.ethic.c.13.

A ac denique stolidus, sua perditione esset. Si itaque Medicus prudens inueniatur, virtutem stabilem continere tenetur, quæ electionem rectam semper efficiat: vt virtus, quæ nedum secundum rectam rationem est, sed etiam cum recta ratione. Verum recta electio prudentis moralis est, liberalitatem simulque temperantiam possidere, vt ex his Aristotelis verbis exhaurio: *Virtus quoque secundum hanc differentiam distinguitur: nam alias ex ipsis intellectiuas, alias morales dicimus: sapientiam, perspicaciam, & prudentiam, intellectiuas, liberalitatem, & temperantiam morales.* ergo Medicus prudens liberalis esse deuincitur, mediocriter, ac temperate, seu honestè præmium suæ operationis, suæque speculationis accipiendo æquale his tum speculationibus, tum operationibus suis. Ac id etiam Hippocratis decreto asseuerare possum. Nam

Lib. præceptionum in Cornario interprete f.38. in Mattheolo f. 9. partic. 4. in Heurn. 115.

concedit, Medicum optimum simulque fidum, suæ curationis, seu præseruationis mediocre præmium accipere posse, his verbis. *Qui enim bonus Medicus est, is per iouem fide magis quam duritia medetur. Quare in principio totam affectionem indagare oportet, & quædam suggerere conducentia ad curationem, curareque ægrotum, & non negligere. At vero remunerationis exigendæ acerbitatem, absque præparante ad disciplinam cupiditate hortor, vt ne valde inducas, sed & ad opulentiam, & facultates respicias;* Vnde institutum clarè conspicitur, & potissimum, vt Foesius vertit, *si vt*

Pagina 19.

B *ad artem addiscendam tuos instruas:* Cæterum hoc statutum dilucidando Heurnius inquit, *vt*

Pag. 115. in prolegomenis.

Medicus non euadat improbus aliorum initio, nempe ægrorum vitio, quia vt ait Hippocr. ibidem, *ægri quidam medicorum operam petunt, has vitijs suis, & leuis mali debellationem causantes, neglectu propterea digni, nec tamen pęna,* cum interdum medicum soluent interdum non, ideo non relinquendi sunt, ratione Medici, non respectu eorum, ideo ait Hippoc. *Quandoque vero gratis cures, ita vt gratitudinis memoriam potiorem, quam præsentem existimationem auferas.* ergo ne ęgrorum vitio Medicus improbus euadat, vt ait Heurnius, *potius ægris iactatis in mari inconstantia (à cupiditate, & auri amore; dum quæ morbis implicati promiserant, conualescentes non præstent) suam constantiam opponat, quæ nititur tanquam anchora artis suæ, contemptui pecuniæ, & humanitati voce castrensi vtitur aduersa acie consistere, q. d. ne tenuis pecuniæ causa medicus suam existimationem frangat: sed magnificentiam suam ægrorum auaritiæ opponat.* Verum vbi ægri liberaliter soluunt, Medicus liberaliter quoque *nil auarè nilque iniquè agat: vt enim Arti præclarissimæ nullis officijs satisfieri potest; ita tamen ad suam Medicus necessitatem collineat, vt aliquid accipiat, ita tamen vt etiam collimet ad ægrorum opes, & quibus æger egeat ad suæ familiæ tutelam.* Aduoto autem quòd sicuti ægri recognitio erga Medicum, pro ægri opulentia iucunde, & sine dolore fieri de-

Ibidem. Ibidem. Ibidem.

C bet, ita etiam à Medico curatio recta, ac diligens, erga ægrũ sine dolore, & iucundè administrari debeat, cæterum vt iucundè peragat Medicus remuneratione ab ægro satisfieri debet.

CAPVT VII.

Medici liberalitas, non circa quæstum forensem, vẽrum circa præmium honestum, & æquale, tum Medici defatigationibus, tum ægri affluentijs, & facultatibus, versari debet.

D HActenus medicum liberalitate, non autem auaritia, nec prodigalitate, vti debere, iam pro comperto habetur; liberalitatemque Medici æqualem vim tum speculationes, & visationes dandi, tum visationum præmium recipiendi possidere debere patet: Verum quoniam speculationes. & visationes, & præmium deformes sunt; quia visitatione Medici æquè vno, eodemque modo, eademque prudentia, & diligentia, in cunctis ægris curandis, seu præseruandis semper consistunt; vnde Medici dationes sine maioris, & minoris curationis, seu præseruationis acceptione omnibus ægris æquabiliter præbentur. de vno tantum Medico loquendo: nam plures medici boni seorsum differunt, quia vt ait Hippocr. *in reliquis omnibus artibus opifices longè inter se. tum manu, tum mente,* & experientia, *præstat: sic etiam in arte medica.* Ægrorum vero solutiones ad vnicum Medicum relatæ omnino magis, & minus suscipiunt: pro vt vnusquisque æger, qui soluere medicum pecunia vult maiorem, & minorem bonorum, & remunerationis affluentiam, & commoditatem, facultatemve contineat in se. vt solutio iucundè, cum voluptate, non autem molestè, cũ dolore ab ægro fiat: alioquin datio honesta nequaquam esset, immo tũc prodigalitas ea adesset molesta. Quod ex his Arist. verbis elicio. *At vero omnes ex virtute actiones, & honestæ sunt, & honestatis causa fiunt: & liberalis igitur honestatis causa, dabit, & rectè: Dabit enim & quibus, & quæcunque, & quando oportet: reliquisque alijs modis, qui rectam dationem consequuntur atque id vel iucundè, vel sine dolore, quod enim ex virtute fit, id vel cum voluptate, vel sine dolore certè efficitur, minime autem molestum est:* Ergo nisi iucundè saltem sine

Lib. de prisc. medic. pag. 120. in Foesio. 4. ethic. c. 1.

dolore ægri Medico retributionem, exhibere, honestum est: Eamque sanè ob causam cuiuslibet ægrotantis commoditatem & affluentiam respiciendo, vt solutio honesta, & nisi voluptate, saltem sine dolore exerceatur Hippoc. enim ait. *At vero remunerationis exigendæ &c. hortor ne valde indueas, sed ad opulentiam, & facultatem respicias. Quandoque vero etiam gratis cures, ita vt gratitudinis memoriam potiorem, quam præsentem existimationem auferas, si vero occasio ferendæ opis se obtulerit, & peregrino, & egeno, maxime talibus opituleris.* A L. præceptio in Co. ... 28. id Mar. ... 9. part. 4.

C A P V T VIII.

De gloria vana, seu ambiciositate Medici cohibenda; vt gloria honesta Medicus Artis finem minimè deprauet.



Sicuti autem Arti Medicæ gloria nimia, & vana Artis finem deprauante, operā dare, vitium est vndique euitandum; ita etiam Artem, sine vlla gloria, existimatione, seu honore, exercere, vitium est defectiuum nunquam amplectendū vt Hippoc. toto libro de decoro inscripto decretauit: cum gloria moderata, modesta, ac iusta, vt merces, & mensura virtutis, finis secundus Medici perfecti, & fidi semper esse debeat: vt Artis dignitas, præstantiaque manuteneatur, in suoque decoro semper, & recte existimetur. Quatenus Medicus Artis Medicæ opifex, simulque Minister conspicitur, eius Artis dignitatem, ac venerationem semper præstans esse tenetur. hinc etiam virtutis salubris finem proprium maximè perquirens esse deuincitur. Ea propter gloria Medici, vt secundus finis, à salubri fine tectus, non nisi ad sanitatis humani corporis vt salubris, insalubris, ac neutri, terminum, coarctatur, nequaquam verò absolutè sumitur. Ceu gloria moderata, & honesta, à virtute vt à principali pendens nō autem absolutè. nec principaliter desumpta: honor itaque à Medico tali pacto expetendus perpetuo est: cum honor per se persequibilis sit, vt bonus Aristotelis constituto, sic exarantis: *Qualia vero esse per se bona aliquis statueret? an ea quæ vel si sola relinquamus, persequimur: vt voluptates nonnullæ, & honores? nam licet hæc ob aliud quippiam persequamur: esse tamen ex iis, quæ per se bona statuere aliquis posset.* Honoris ergo ex dictis studiosum virum secundum virtutem quidem constare, manifestum est, & in quadam mediocritate, inter ambitiosum, & inambitiosum, honorem esse repositum patet: vt inter excessum, & defectum constet. *Nam quemadmodum in datione, & acceptione pecuniarum, & mediocritas est, & excessus, & defectus, ita quoque in honoris appetitione licet, & magis quam oportet, & minus oportet vnumquenque se gerere. Nam & ambitiosum vituperamus, quippe qui, & magis quàm oportet, & vnde non oportet, honorem affectet; & inambitiosum*, quoque vituperat, eo quòd vt ait Eustratius in com. *minus quam oportet, eum appetit, vt nullam ob rem sibi honorem esse exhibendum censeat, ac propterea ab honestis etiam actionibus abstineat, ergo necesse est procul dubio, vt mediocritas quoque reperiatur, eius videlicet qui, & vt oportet, & quando, & à quibus, & ob quæ oportet, cæterisque determinationibus seruatis honorem ipsum appetat; qui quidem medicus, quia caret nomine, modo ambiciosus idest honoripeta, non inambitiosus sole appellari: ambitiosus, & honoris cupidus, propterea quòd honores quos debet, appetit, inambitiosus, quia quos non debet non appetit:* ex quibus perpende honorem Medico, ne dum rationibus antea recensitis, necessarium esse, vt secundus finis honor sit; sed etiam veluti stimulus, quo Medicus à nulla honesta, & ægro vtili operatione, se abstineat, etiam si ab ea operatione peragenda se ipsum abstinere rationabiliter deberet, ob aliquam iniuriam Medico ipsi vel ab ægro; aut ab astantibus ægri, factam,

Margin notes: B Arist. 4. eth. c. 4. Vt antea ostensum est. cap. 3. huius libri. — 1. ethic. c. 6. — C Arist. 4. eth. c. 4. — Fol. 103. col. 2. A — D

A

CAPVT VIII.

De Medici inuidia calumniatoria profliganda, ne ab ea, Ars Medica fallax reddatur.

Inuidia.

INuidiam vero, & Maleuolentiam, idem fere esse, satis conspicuum habetur; Quocirca inuidiam, eiusque contrarium, ceu duo vitia perpetuo reijcienda explanate aggrediar; vt indignationem, quę vtriusque huius vitij mediocritas reperitur, subinde in medium apertam, vt virtutem amplectendam; Dolor itaque in aliquo existens, ob felicitatem, seu commoditatē aliorum, qui ei similes, seu æquales sunt, in aliqua arte, seu scientia, iam habitu acquisita, contingit. Qui dolor, vel in excessu inuenitur, vbi quis dolet ob commoda omnium dignè, & iustè euenientium, vnde dolor is vtique indignus, ac iniustus introspicitur, & inuidia appellatur: Aut in defectu reperitur, quoties quispiam ob commoda alicuius non dolet, etiam si commoda indignè, similiterque iniustè euenerint, & vitium id innominatum est: Vel dolor iste neque in excessu, neque in defectu se habet, immo ita moderatus, ac mediocris conspicitur, vt vir tantum dolet, dummodo iustè dolorem percipit, ob commoda indignè euenientia aliena, ac dolor ipse indignatio nuncupatur, eo quòd ob indigna aliorum commoda vir dolet, ac iustè dolet. Cæterum, quoniam animi perturbationes æquè tum circa dolorem, tum circa voluptates versantur, ad quæ cęterę animi perturbationes, veluti ad duo genera seorsum contraria, rediguntur, Aristotelis sententia, proinde, sicuti duo vitia, ac vna virtus ratione doloris conceduntur: ita respectu voluptatis duo vitia, ac vnica virtus, quæ ob incommoda aliena oboriuntur, ab Aristotele constituuntur: vnde sicuti dolor iniustè homini contingit, ob commoda dignè adhibita aliorum, qui inuidia vocatur, ita etiam voluptas, seu gaudium, ob incommoda aliorum, indignè euenientia, vitium est in excessu, quod maleuolentia nominatur. Cui se opponit vitium innominatum in defectu, vbi homo non gaudet, ob incommoda alicuius, Mediocritas vero, quæ, vt habitus, & virtus, inter vtrumque hoc vitium habetur, innominata est, & conspicitur dum vir gaudet propter incommoda alterius hominis dignè contingentia. Quæ isthæc omnia nobis tradere voluit Aristoteles, his verbis. *Indignatio quoque inuidiæ mediocritas est, & maleuolentiæ qui quidem habitus circa illam ægritudinē nempe dolorē, & voluptatem versatur, quæ suscipitur, ex ijs, quæ alijs contingunt: indignabundus enim dolore afficitur, cum aliquos prospera fortuna indignè vti videt: inuidus vero hunc excedens ex omnibus dolorem percipit* inuidia impulsus. *At maleuolus tantum à dolendo deficit vt etiam gaudeat.* Verum Medicus inuidus ab ægrotante alio Medico ægro præexistenti, superuocatus, cum ambitiosè nugaceis rationibus contendere nitetur, simulque inuidiosè Medicum primo ductum calumniari conetur, cum dolorem, ex rebus, & commodis dignè illius primi medici euenientibus, iniustè, percipiat. Si fortè (auxilio alicuius consanguinei, seu affinis, aut amici, siue serui languentis) iniuriosè, & contra fas, à secundo Medico alter Medicus calumniatus fuerit, procul omni dubio, tūc Medicus ille non modo inuidus, at vero etiam Maleuolus quidem se habet; quia alterius Medici fidi incommodis indignè ex ea calumnia, factis, admodum, ac iniustè gaudet: immo videtur inuidiam calumniantem fuisse, vt subinde postea maleuolentia, in eo, summo, alterius iactura, ac dedecore, gaudio, orietur: Et licet id ægri detrimento sortiatur, tamen Medicus ille inuidus, & maleuolus, cum perfidus sit, nil timet; quoniam factis erroribus, in deterioremq; statum ęgro ducto, asserit ea errata, nequaquam errata fuisse, sed ob alias res à priori medico antea administratas, in iactutam eam ægrum cecidisse; tamen postea eius errata corrigere tentat, postquam alter medicus suo maximo damno, ac dedecore calumniatus manserit, & sæpè talis Medicus eo magis inuidus reperitur, ac maleuolus, quo pecuniæ studio incumbit; vt ex his verbis Hippo. est colligere, *cum id ad artem pertinere censeatur, de eo minime ambitiosè contendere, seipsos ludibrio exponere: Hoc namque iureiurando affirmare audeam: Medicum ratione vtentem, alterum nunquam inuidiosè calumniaturum sic enim animi impotentiam prodet: verum id promtius faciunt, qui forensem quæstum sectantur: quanquam neque hoc perperam excogitatum videtur, cum omni copia inopia insit.* Ex huc vsque autem declaratis fundamentis, manifestum esse reor, inuidiam, ac maleuolentiam, ac earum contraria, vt vitia, & mala semper vituperanda esse; Istarum autem mediocritates amplectendæ, ceu virtutes morales, Ac ita à Medico nunquam Ars Medica, his vitijs, fallax reddi poterit; immo certa administrari, eodem modo, quo certa se habet.

Margin notes: Vitium inuidiæ contrarium. — B — Virtus quæ inter inuidiā, & aliud vitiū est. — 2. Ethic. c. 1. & c. 6. — 2. Ethic. c. 7. — 2. Ethic. c. 7. — C — D — Lib. præceptionum p. 40.

CAPVT

CAPVT IX.

De ira,& iracundia ne dum à Medico, verum etiam à quocunque euitánda, agere pollicetur.



QVoniam hactenus, vitia allata profliganda esse, ne Ars medica, ijs, incerta fiat, iã dilucidauimus; Iccirco deest nunc quòd de ira, iracundiaque inhibenda examimus; sed eo, quia vitium id plerisque in viris, & naturali quodam instinctu conspicitur; vnde longè difficilioris prohibitionis est, cæteris vitijs reijciendis antea explanatis, hinc etiam accuratè penitiori studio, vitium id explorare ac dilucidare eogor: pro quo exequendo sex faciam, quandoquidẽ primo quid ira sit, à causa naturali pendens, indagabo. Secundo de ira vt de vitio morali agam, & de eius contrario; tertio de mansuetudine quæ iræ est mediocritas, vt virtus moralis; quarto hanc mansuetudinem necessariam prudenti viro esse ostendam, ac iusto viro: quinto hanc ipsam Medico prudenti ac iusto annesam semper esse debere demonstrabo: sexto, & postremo, quomodo nos possimus assuefacere, ne in iram, quæ vitium est, Artem medicam fallacem reddens; incidamus *præcepta constituam*. B

CAPVT X.

Quid iracundia, quid ira,& quid excandescentia sit,& quot eius differentiæ sint, indagantur.

Ira quid sit.



CVm in iræ doctrina, cadat etiam iracundiæ, & excandescentiæ declaratio sit, ne pro vna, aliam confusè capiamus; proinde quid earum quælibet sit, & quot istarum differentiæ sint etiam expendere debeo; Ira itaque vt cap. 5. iam dixi, apparentis vindictæ appetitus est, cum dolore, ob alterius apparentem iniustitiam irato factam. Nam aliena apparente incommoda iniustè contingentia ab aliquo facta, efficiunt, vt animi facultatis irascibilis, seu animosæ perturbatio circa dolorem oboriatur; ex quo dolore postea vltionis apparentis appetitus consequenter emergit: Hinc ira ad vltionem properat: Iracundia vero vitium est facultatis irascibilis cordis, seu animosæ facultatis, per quod homines ad iram fiunt præcipites, cui opponitur mansuetudo vt Aristoteles affirmat: Præterea inquit eam aptitudinem esse ad excandescentiam habendam: Quam ait Plato implacabilem rem esse. De qua Arist. scriptum reliquit *iracundiæ autem sunt species tres, excandescentia, sæuitia, & vecordia* quarum trium specierum iracundiarum Homerum meminisse ait Cicero 3. tuscul. disp. pag. 222. dum Homerus de Achille loquebatur ait *cor quemeum penitus turgescit tribus iris*. Cum autẽ hæc vitium sit virtutis irascibilis naturalis, differt ab ira, quoniam ira iracundiæ effectus inspicitur vt Cicero adnotauit. Excandescentia vero vt Gal. refert calor est cordis intensus, ac inflammatus per iram: Vnde vt alibi ait, est veluti furor, & Aristoteles asseuerat excandescentes furibundos euadere, ob eum calorem insignem: ex quo calore non tantum oculi, sed tota etiam facies rubescere ait. Pudefactis vero antes rubescere: & Auer. statuit in excandescentia calorem ita in oculos ostendere, quod visus corrumpitur, vnde vnus videtur, valde iratis, duo esse. Quocirca non est mirum si excandescentia etiam memoriam rerum, quæ fiunt ab excandescentibus auferat: vt Galenus ait iracundus autem insidiosus naturaliter esse nequit, immo apertus est vt Aristoteles fassus est: cum autem ira, & excandescentia ex igneo emergat calore, ideo ait Aristoteles aquam frigidam largè potam isthæc sedare.

Marginal notes (right): 7. Ethic. c. 6. / 3. Ethic. c. 8. / Ibidem. / C / 5. Politicorum c. 10. & 5. ethic. c. 5. / 7. Ethic. c. 6. / Arist. libelo de virtutibus c. 5. / Ibidem c. 2. / 4 Ethic. c. 5. / Fol. 416. 2. m. / Lib. de virtutibus c. 6. / 4. Tusculanorũ disp. p. 231. tergo. / Li. de cog. & cura animi morbis 3. 5. / Lib. de sensu & sens. p. 130. / D / 7. Moral. nicomade. c. 6. p. 278 / Sectio 8. probl. 37.

Marginal notes (left): 2. De decr. Hip. c. 7. / Sect. 27. proble. 3. / Sect. 32. proble. 8. / Sect. 30. proble. 1.

CAPVT

A

CAPVT XI.

Ira quid sit disquiritur, à naturali causa emergens.



Acta autem segregatione iræ ab iracundia, & ab escandescentia; quoniam de ira acturi sumus: ideo quoque ira ipsa æquiuoca prius diuidenda est, postea verò essentialiter examinanda: Duo itaque iræ genera sunt, quorum aliud propriè à bonorum morum virtutibus non recta, neque à rationis imperio regulata, & hæc animi passio introspicitur: Alia vero ira tantum impropriè est, propriè vero mansuetudo est, & hæc animi passio non est, cum à virtutibus moralibus, simulque à rationis imperio vndique regulata, atque moderata: de qua suo loco agam. Primum autem genus adhuc in duas scinditur species; vel enim ira naturalis à causa naturali proueniens continetur; vel vitium est morale in excessu consideratum, nunc itaque priorem explanabo iram, cum sępius Medicorum animus ab ipsa

B

vexari possit ira. Hæc autem ira propriè recepta secùndum esse naturale tantum recta ratione genita, quę non nisi celer, ac vehemens motio animi est partis inferioris, nempe facultatis irascibilis cordis, quæ succedit iudicio animæ iudicantis, vt motus animosæ facultatis recusans rationis imperium, & rationes huius imperij prudentiæ prępediens: Vnde ira hæc à corde tam subiectiuè, quam effectiuè naturaliter prodit, & animi perturbatio est, quæ non solum hominibus ratione vtentibus, inest: prudentia imbecilli existente, dum valde hi homines iracundi sunt: verum etiam in pueris ratione carentibus, simulque omnibus animalibus sensitiuis, etiam insectis residet, vt in vespis, apibus, crabronibus, & in alijs his similibus animalibus; Hæc autem ira excessus est, & opponitur defectui iræ: quorum duorum extremorum vitiorum medium datur virtuosum nomine vacans; etsi ratione eius medietatis mansuetus dicitur vir vt Aristoteles statuit. Hæc autem ira secundum excessum ab Aristotele, & à Galeno calorifica vocatur, & à Platone cordis exardentia nuncupatur; quoniam naturaliter irascibilis, seu animosa virtus à cordis calore insigni effectiuè promanat: Vnde hanc actionis corporeæ substantię calidi cordi insiti ope fieri certum est: Et non aliunde, irascibilis cordis virtus, animosa vocatur facultas ab Aristo. & à Galeno, & vis intrepida, & inuita, ad omnia terribilia agenda, & euitanda, nisi ob calorem cordi complantatum insignem. Hinc eo magis ea virtus animosa, inuita, ac intrepida est, quo ma-

C

gis quoque calidum cordi implantatum vehemens existit: ex quo Leones animosos simulque iracundos esse, clarè perspicitur, cum hi calidissimi cordis temperamento innato sint, & sanguine fibroso, spirituosoque calidiori, copioso, reperiantur, nec non paruo corde spiritibus plurimis calidissimis pręditio sint. Quocirca Aristoteles statuit homines animosissimos, & iracundissimos leonibus similes esse temperamento insito cordi calidissimo. Totum vero in oppositum in animalibus vsu venit, quę cor minus calidum possident: Quoniam animalia cor eximium habentia, & mollis substantiæ, timida habentur: Ideoque in iræ defectu peccant, vt lepus, ceruus, hyena, Asinus, Pantera, Mustela, & alia ijs similia animalia existunt. Sic homines cor magnum continentes, cordi Leporis proportionatum apertè timida sunt; Cum ijs cor frigidum paucis spiritibus, & molle insit: per quam mollitiem spiritus calidus facilius exhalatur. In oppositum autem homines cor exiguum obtinentes, cordi leonis similes, euidenter animosi apparent, quia ibi cor valde calidum plurimis spiritibus decoratum, & durum adest. Ijs igitur de causis ira in aliquibus excedens emergit, & ad pericula obeunda fere pręcipitatrix est, vt Aristoteles affirmat. Ideoque multi decipiuntur; irascibilem ponentes facultatem non in corde, sed in cysti

D

felleo, inter quos fuit Logodedalus, quam Logodedali sententiam carpentarius profundit, & si biliosus sanguis cor in calore augescat, & hoc modo bilis causa est fouens cordis efferuescentiam.

Margin notes: 9. Ethi. c. 2. & 4. ethic. c. 5. — 3. De parte animalium c. 4. — 3. De decr. Hip. c. 1. — Intimæ fol. — Arist. lib. de vir tutib. c. 2. Gal. 3. de dec. Hipp. c. 1. — 9. De par. anim. c. 4. — 3. Ethic. c. 8. — In defensione contra Logodedalum c. 97. p. 264.

CAPVT XII.

Quid sit ira, quæ animi perturbatio est, quatenus vitium morale.



Ræ essentia, & causis naturaliter promanantibus expeditis; nunc ad iræ vt vitij moralis dilucidationem accedam, nunquam enim rectam hujus vitij moralis cognitionem adipisci possem, quin prius quid sit vitium id secùndum esse naturale dignoscerem. Plato itaque exarat, iram animi perturbationem esse inexpugnabilem, ac inuitam, qua præsente, animosa virtus ad omnia terribilia intrepida est, & alibi inquit, iram esse, qua præsente, cor exardescit ratione nuntiante, si quid extrinsecus iniuste fiat, vel intrinsecus aliqua concupiscentia turbet, vnde ira, &

Margin notes: 2. De repub. f. 318. — 4. Dial. de repu. f. 315. — Ira quid sit ex Platone.

animosa

animosa facultas cordis valet contra concupiscentiam hæpatis non honestam euitandam Platonis mente. A

Ira quid sit ex Aristotile.

3. Ethic. c. 8.

Aristoteles autem affirmat, iram maximum aculeum existere ad subeunda pericula cauenda. Vnde Peripatetici posteriores (vt adnotat Cicero asserunt iram esse cotem fortitudinis animi: cum Aristoteles assereret iram esse doloris repellendi cupiditatem; iramq; omnem voluptatem facere, propter spem vltionis, eum ea sit appetitus apparentis vltionis cum dolore, ob apparentiam, vnde ex Aristotele ira composita est ex dolore, & voluptate.

4. Tuscul. dispu.
2. Rhet. c. 2.

Ira quid sit ex Seneca.
Ira quid sit carpentario.

Lib. de ira.

Seneca etiam falsus est, iram esse cupiditatem vltionis vlciscendæ iniuriæ. Alij vero vt Carpentarius refert iram esse incitationem animi ad mouẽdum hominem in eum, qui aut nocuit, aut nocere voluit. Hinc irascibilem facultatem naturaliter in corde residentem animosam, intrepidam, & inuitam, vt iam dixi.

Alcioni institutionis ad doct. platon. commentario c. 24. p. 148.
2. De anim. t. 4 & 2. de partib. c. 7.

Ira necessaria cunctis animalibus ex Arist.

Quam animi potentiam vocat Aristoteles: Cunctis animalibus necessariam ad vitam seruandam ab iniurijs, ceu conseruationis tutorem, ac propugnaculum vitæ horum animalium; quo animalia contraria reijcere valent; vel dimicando, vt animalibus animosis, & fortibus, & armatis contingit; vel contraria euitando fuga veloci, volatu, aut cursu, vt timidis, & imbecillibus accidit animalibus.

Ira homini prudenti necessaria est impropriè dicta, vitiosa ira duplex.
Iræ virtuosæ sex sunt conditiones.

Verum hęc ira impropriè virtuosa est Mansuetudo vocata; de qua infra dicam. Vitiosa autem ira vel in excessu, vel defectu inuenitur: Huius autem iræ in excessu tot sunt conditiones, quot etiam iræ sunt in defectu, & irę moderatæ virtuosæ: Quandoquidem sex Aristoteles ponit regulas quæ sicuti iræ sunt in duobus extremis, in excessu, & defectu; sic etiã se habent in media ira commoderata à rationis imperio; ac tunc rationalis ira euadit virtuosa: cum sub habitu mansuetudinis virtutis sit. B

Conditio prima.
Secunda.
Tertia.
Quarta.
Quinta.
Sexta.

Quarum sex conditionum prima est in quibus rebus irasci oporteat. Secunda cum quibus oporteat, & modo quo irasci oporteat, nempe an vehementer, & celeriter, an tardè, seu tardissimè, aut medio modo. Quarta est quòd irasci debeat, sicuti oporteat, & quando oporteat, & quo vsque irasci debeat: Quoties enim ira has sex conditiones habuerit, tunc non vitiosa erit, quippe virtuosa introspicietur, & laudabilis, in homine prudente, regulato, & commoderato, & hæc ira impropriè est, propriè vero mansuetudo vocatur.

Medicus prudens in quibus rebus irasci debeat.
Medicus prudens cum quibus irasci cogatur.

4. Ethic. c. 5.

Quandoquidem Medicus irasci cogitur in rebus malis ægris contrarijs correctibilibus tantum, quæ à rationis imperio Prudentiæ regi possunt, ad ægrotantium tantum sanitatem recuperandam: Preterea Medicus cum personis errata facientibus corrigibilibus irasci debet, non autem cum incorrigibilibus, cum itaque aliquæ Mulieres erratorum corrigi non velint. Ideo hæ non sunt corrigendę Mulierculę, proinde neque cum his mulieribus prudens Medicus irasci oportet: sed potius alijs astantibus errata manifestare expedit, ne Medicus ęgrorum mortis culpabilis euadat.

Medicus prudens quomodo irasci debeat.

Tertio Medicus peritus, fidus, & prudens ira medio modo irasci cogitur, vt disponatur ita mansuetus, vt primo intrinsecè rationis imperium prudentię ab ira nihil turbetur, & vt secondo non ducatur ab extrinseco ab ira, sed tantum ob eius finem salubrem, irascatur, sicuti requiritur rectę rationi imperij rationis huius ad ęgrorum emolumentum; C

Medicus quo tẽpore irasci deuincatur, & quo usque & qua occasione.

Insuper Medicus congruo tempore occasionis erratorum perpetratorum, ad ęgrorum vtilitatem irasci deuincitur. Postremo Medicus tanto temporis spatio ita rectè irasci tenetur, quanto ad ęgrotantium finem salubrem, errata vndique corrigat, & non vlterius. Quas sex conditiones Aristoteles genericè, & vniuersaliter vnicuique viro mansueto consignauit. Quas ad Medicum coarctaui: Quę sex conditiones ab Aristotele collectę sunt, ex Platonis doctrina, vbi Plato ait. *Quo nanque bi fontes natura scaturiunt à quibus, qui hauritur, vnde, quando, quantacunque oportet felix est.*

4. Ethic. c. 5.
8. De legibus.

Cęterum ex his sex conditionibus mansuetudinis, quę media est inter iram vitium ęquè tum in excessu, tum in defectu, alias sex colligere poteris conditiones irę vitij ęquè tum secundum excessum, tum secundum defectum accepti; Nam vt ait Aristoteles, & Eustratus in commento col. 1. circa medium f. 105. ex conditionibus Mansuetudinis etiam irę vtriusque conditiones colligere possumus quę sex vtriusque irę vitij vituperabiles sunt conditiones; sicuti è contra omnes irę virtuosę mansuetę virtuosę, laudabiles existunt conditiones.

4. Ethic. c. 5.

Ibidem.

Ideoq; Arist. statuit quòd vnusquisq; homo sex conditiones irę vitij in excessu habens, inter cęteros homines nunquam viuere posset: cum is nimis molestus cęteris cunctis alijs esset, hominibus: hinc talis homo ita vitiosus destrueret etiam se ipsum vt intolerabilem ab alijs hominibus; D

Medicus prudens, qui dolorem non sentit de erratis, & nõ irascitur adulator & insidus censetur stolidus

Medicus vero ira virtuosa mansueta deficiens stolidus quidem esset, vel seruilis animi inueniretur ob vituperabilem auri quęstum; Nam dolorem non percipere, nec moderatè irasci, ob euidentem ęgrotantis iacturam, est mente non constare; vel si dolorem Medicus perciperet, attamen ad nouam, ac iteratam ęgrotantis euitandam iacturam, regulatè non irasceretur; impiè nouum ęgri permittendo detrimentum vt Mulieribus non obesset, immo pro Mulierum plerunque ęgris nocentium beneuolentia captanda, nihil operaretur, tunc manifestum est Medicum eum seruilem continere animum propter lucrum acquirendum, à Mulieribus soluentibus dandum. Ideo quia animus in virtute mansuetudinis liber esse debet, ergo irę virtuosę impropriè vocatę defectus cum seruilis sit; proinde vituperabilis est. Talis enim Medicus adulator quidem esset: quia *omnes adulatores sunt humiles & seruiles* vt ait Arist. *& vituperales, Magnanimi vero liberi, Vnde aliorum modo viuere nequeunt, nisi amici.* Idcirco Medicus magnanimus, & liberus esse tenetur.

4. Ethic. c. 3.

CAPVT

A

CAPVT XIII.

De ira impropriè dicta moderata, & virtuosa mansuetudine appellata.

4. Ethicorum.



Vm Aristoteles de virtute mansuetudinis egerit, etiam de eius extremis pertractauit: Verum quoniam hactenus de eius extremis verba fecimus; ideo nunc huius mansuetudinis doctrinam recensebo; Mansuetudo antem, ceu ira impropriè appellata ita regulata, & commoderata, ab imperio rationis prudentiæ existit, vt nulla animi perturbatio fit; cum penitus correcta sit rationibus bonorum morum, etsi subiectiuè à corde pendeat, effectiue autem, & formaliter à rationis imperio emanet; ad differentiam iræ propriè vocatæ, quæ & subiectiuè, & effectiuè, & formaliter tantum à corde emergit. Cum itaque ita illa vndique à virtute mansuetudinis gubernetur, ideo iure merito, & mansuetudo, & ira virtuosa nuncupatur, & si ira impropriè sit. Hæc autem mansuetudo eas sex quidem continere deuincitur conditiones, veluti sex species nunc declaratas, Artique Medicæ coarctatas, in gratiam facilioris doctrinæ iræ vitiosæ geminæ explanatę, Hinc harum sex conditionum non meminero. Talis autem mansuetudo perpetuo laudabilis, & necessaria est omnibus hominibus. Quę ratio est recta imperij rationalis prudentię, sine vlla animi commotione, passione, & perturbatione: qua vtique vir mansuetus vindicatiuusque esse valet, cum in sui ipsius tuitionis gratiam ab iniurijs, & ab inimicis, & contrarijs, homo hac mansuetudine libera decoratus esse cogatur, alioquin vitiosus esset. Mansuetudinis autem meminit Plato dum ait. *Prudentem irasci; sed ira tamen, vt eius affectus dulcior sit melle ingiter distillante* & alibi ait, *In custode ciuitatis postulat, vt mansuetudo, & iracundia cum mansuetus quidem esse teneatur in suos; iracundos vero in hostes reyciendos.* Eamque sanè ob causam Peripatetici omnes ex Aristotele substinent, iram hanc impropriè dictam non modo vtilem esse, verũ etiam necessariam, à natura homini prudenti datam, ceu naturalem vim, & cotem fortitudinis custodis ciuitatum, & Galenus, ait vim irascibilem auxiliatricem, & propugnaculum esse, ad victoriam trahendam. Quocirca homini prudentissimo necessaria est mansuetudo, verum potissimum Medico, vt infra videbis.

Mansuetudo quę ira est regulata à corde pendet subiectiuè, effectiuè autem, & formaliter à rationis prudentiæ imperio emanat.

B

Mansuetudo quid sit viri prudentis, et necessaria.

In Philebo fol. 258.

2. De republica f. 318.

3. Ethic. c. 8.

3. De dec. Hipp. c. 5.

C

CAPVT XIV.

Mansuetudinem viro prudenti etiam ad concupiscibiles res internas obscenas retorquendas vtilissimam esse ostenditur.



I autem mansuetudinis vsum, vtilitatemque penitius introspiciam, inueniã quidem eam virtutem non solum prudenti viro vtiliter à Natura, vt necessariam nobis dono datam fuisse, vt propugnaculum, ad mala, & contraria externa reijcienda accidentia, vt capite præcedenti iã ostensum est. Verũ etiam ad concupiscibiles res internas obscenas vituperabiles depellẽdas; Cũ Plato exararit *ira qua cor exardescit, ratione nuntiante, si quid extrinsecus iniustè fit; aut intrinsecus aliquid concupiscentia turbet.* Idem Gal. asseuerat. Quandoquidem Deus, & natura homini prudentiam dono consignarunt, vt honesta, & laudabilia homo amplecteretur, vituperabilia vero effugeret. Ideo cum prudentiæ virtutes morum bonorum ne dum à rebus pernitiosis vituperabilibus extrinsecis contrarijs possint; sed etiam ab intrinsecis rebus concupiscibilibus, vituperabilibusque turbari valeant; ne ergo ab his concupiscibilibus rebus vir prudens perturbetur, proinde hominis imperium rationale virtutem animosam obtinet, ceu propugnaculum resistens, & vincens concupiscibilem vim appetentem rem non honestam, nec rectam. Vnde animosa, seu irascibilis vis concupiscibili virtuti contraria se habet, & nunquam eam iunat vt Galenus depromit. Vnde ex Platonis decreto idem Autor statuit, iracundiam regulatam vim necessariam esse, in homine, vt homo contra concupiscentiam non honestam, & non moderatam intrinsecam animum perturbantem, veluti hęc iracundia rationalis, ac virtuosa tutor, aut aculeus, vel cotis fortitudinis imperij rationis prudentiæ, vt ait Arist. vt antea iam dixi.

In Timæo f. 9.

9. De dec. Hip. c. 9. & 5. de dec. Hipp. c. 7. f. 160. A.

D

5. De dec. Hip. c. 7. f. 159. G.

6. De dec Hipp & Plat. c. 8. & c. vltimo.

CAPVT

A

CAPVT XV.

Iram rationalem, seu mansuetudinem cuicunque Medico fido, & prudenti necessariam esse, non solum ad errata ægrotantium euitanda, sed etiam pro eius concupiscentia vitiosa retorquenda.

EX hactenus autem constitutis iam manifestum esse reor, iram impropriè vocatam, quam mansuetudinem appellant Morales Philosohi, vnicuiq; probo, fido, prudentique Medico necessariam esse æquè tum pro ægrotantium iacturis vndique euitandis, tum ad eius concupiscentiæ quodpiam morale, vituperabile, reijciendum vitium. Nam id quod Plato decreuit vniuersaliter, & communiter omnibus hominibus prudentibus competens, ad Medicum prudentem particulariter, & propriè limitare debemus; quia *ira, qua cor excandescit, ratione nuntiante, si quid extrinsecus iniustè* ægrotantium detrimento medici præceptis spretis *fit* tunc sanè vtilis, ac necessaria, medico est, ad ęgri emolumentum obtinendum, atq. simul pro ægrotantis nuperrimo cauẽdo damno; nę pereat ægrotus ob aliorũ errata; si nãq; æger hoc periret mõ, tunc procul omni dubio eius obitus medico tota tribueretur culpa. Vnde neq. pp lucrũ acquirendũ adulãdo, silere debet medicus, quia si fidus, & prudẽs fuerit, tũc certè *ira, qua cor exardescit ratione nuntiante, intrinsecus aliquid cõcupiscẽtia turbet* est tutor, vel aculeus, aue cotes fortitudinis imperij rationis prudẽtiæ, ad omnia moralia retorquenda vitia; quæ Artis Medicæ rectum, & salubrem præoccupare valet finem. Quocirca ira hæc rationalis mirabiliter Medici prudentiam iuuat, non modo ad pecuniæ forensem, & prauum omitendum quæstum, sed etiam inuidiam, & ambitiosam relinquendam gloriam, & alia ijs similia cauenda vitia.

In Timæo f.9.

B

Plato ibidem.

CAPVT XVI.

Medicus si iracundus fuerit à natura, quomodo ex iracundo, mansuetus euadere valeat, docetur.

C

PLures autem homines, & Medici à natura ita iracundi inspiciuntur, vt facillimè, nullis his sex mansuetudinis regulis perspectis, excandescunt, vel in excessu irascuntur, ac sæpe ægrotantium non leui detrimento. Proinde modo regulam proponam, qua homo iracundus in vniuersali facilè mansuetus fieri possit. Cum autem Aristotelis sententia æquè tam virtutes morales, quam vitia moralia ab agendi consuetudine, & à consuetis promanent actionibus, ideo iracundia, ira, & excandescentia, quæ vitia sunt moralia secundum excessum, nec non mansuetudo, quæ moralis existit virtus, non nisi assuefactione nostrarum actionum acquiruntur. Idenqoe plenam docebo regulam, qua talem virtuosam acquirere possimus assuetudinem, aliam vero vitiosam vitare valeamus assuefactionem. Sed quoniam consuetudo habitus quidem est difficulter mobilis, & pluribus, reiteratis, frequentatisque actibus nostrarum familiarium actionum consurgens, nõ autem ex doctrina, & experimento. Idcirco quia mansuetudo longè difficilior est sua acquisitione in habitu firmo residente, quam cæteræ virtutes morales: Cum faciliùs omnia alia vitia moralia à prudentia corrigi possint, quam iracundia, ira, & excandescentia. Ideo iure merito modum, quo à tali vitio iam acquisito in habitu, & à talibus animi perturbationibus nos ipsos cauere possimus, & quomodo loco huius vitij, mansuetudinis virtutem acquirere valeamus, explorandum mihi est. Nam Galenus statuit, irascibilem vim ijs plurimo rationis vtentibus esse, & cum moderata ibi iracundia sit, & rationalis; ideo ira minimum efficere potest: In oppositum vero ira vincit barbaros, & ineruditos, qui minimo rationis vtuntur. Quocirca ad iracundiam cauendam, ne ira, quę veluti iracundiæ effectus est, homines afficiantur, qui à pueri consuetudine circa mansuetudinem minimè exercitati fuerunt, opere precium est, quòd hi plurimo rationis vtantur imperio, se ipsos in aduersis rebus extrinsecis exercendo. Ponit autem exemplum equitis equum regentis, & venatoris canem gubernantis. Quandoquidem sicuti canis venatoris instrumentum est, ad venandum, & equus equitis instrumentum ad equitandum, ita sanè ira instrumentum est rectæ rationis imperij prudentię hominis, ad cauendum hominem ęquè tum ab extrinsecis iniurijs, tum ab intrinsecis vitiosis concupiscentijs: & quemadmodum canis, & equus nihil rectus est à principio, & processu temporis moderatus est, & in longa consuetudine fit regulatissimus; ita quidem ira in homine regulis carente moralibus, ab initio est ira propriè appel-

2. Ethic. à c. ad c.5.

D

3. De decretis Hipp. c.7.
3 De decr. Hip. c.3.

Gal. lib de cog. cur animi mor. c.1.
3. De dec. Hip. c.3.

A appellata vitiosa, & irrationalis, nihil regulata, si homo autem se exerceat magnanimitate, & cordis fortitudine temperara, tūc certè temporis decursu irascibilis, seu animosa cordis facultas, vt instrumentum imperij rationis prudentię, satis regulabitur, & longa consuetudine, ita ea facultas commoderata erit, vt tunc mansuetudo fit : Verum scitu dignum est quòd in ea assuefactione paulatim, progredi debemus, vt in omnibus alterationibus id seruandum venit, vt tertio nostro promptuario cuiuscunque cruditatis rectè dignoscendæ, rectèque curandæ ostendimus. Nam ab obiectis perniciosis necesse est cor exardescere, nisi homo valde exercitatus fuerit, antequam cor exardescat, semper has sex antea statuta- obseruando regulas: Vnde ex his perniciosis obiectis, sepius dum à rationis imperio prudentiæ, cordis virtus irascibilis cohibetur, & eaueatur ab ira vitiosa, nihilo minus adeo sanguis circa cor exardescit, ac attenuatur, ac in acrem, mordacemque conuertitur naturam, vt sanguis igneam acquirat naturam, vt hominibus corde valde calidis, simulque animosis vsu venit. Eamque sanè ob causam à sanguine ita ignito, & febris ephemera, & ardens, & tertiana, & alia plura mala exoriuntur, vt quotidiano patet experimento. Quam certè ob rem mansuetudo, nisi longa assuefactionis consuetudine acquiri valet: Proinde optimum consilium est, in ætate puerili talem assuefactionem pueris impertire, exordium desumendo à lenioribus contrarijs rebus, ad maiores deueniendo iniurias: Hinc Vlisses,

Gal. de inæquali intemperie c.6. & c.7.

2. de symptomatum causis c. 5.
3. De dect. Hip. c. 6.

B Phidamans, & Nestor, qui exempla fuerunt virtutis mansuetudinis, vt refert Galenus non nisi ætate puerili circa hanc virturem assuefacti fuerunt. Nam Viri illi ira prudentiæ vi mansueta decorati fuerunt, ac adeo efficaciter iracundiæ dominantes extiterunt, vt ad nihil iniustum, ac irrationale vnquam excitati sint: At vero si quandoque excitati; attamen illico eam rationis fręno compescebant, vt eques equum, & venator canem regere solet. Totum vero in oppositum Scythi, Galli, & alij Barbari, vt Hector, & Achilles minimo rationis imperio prudentiæ, plurimo vero iracundię irrationalis vtebantur, vt inter nostros pueri, & homines ineruditi sunt. Ea propter iracundia hęc irrationalis cohibenda venit, vt Gal. deprompsit: Rationes reddendo, cum regulanda sit iracundia: Quando quidem homo valde iratus, non amplius certè homo est; nec actiones iustas, nec alia circa disciplinas possidet. Propterea quòd ira ea irrationalis elapsa, non amplius homo reminiscitur rerum, quæ in ira perpetratæ fuerunt, vt Galenus asserit; cum vehementer irati non modo memoria, verum etiam mente non constent, quoniam ira irregulata secùndum excessum, ad se rationem imperij prudentiæ trahit, vt apertè idem Galenus affirmat, quia ira hæc potentior consilio est, vt is Autor confirmat. Ex his autem hunc in modum constitutis, manifestum est, si Medicus sua natura iracundus fuerit his omnibus regulis Medicum prudentem vti debere, vt ipse mansuetus euadat, quæ cum omnes satis enucleatæ sint conditiones, ideo nunc eas minime epilogabo.


3. De dec. Hip. c.3.

3. De dect. Hip. c.3.

2. De motu musculorum c.6.
3. De dec. Hipp. c.3.

Ibidem 3. de decre. c.3.

Finis Libri Quinti.





DE
MEDICINÆ CERTITVDINE
LIBER SEXTVS.

In quo

Methodus constituitur qua Pars Medicinæ Metaphisicæ latens, sua cognitione, ex accidenti, ob aliquod impedimentum, diuino auxilio, assidua Dei Optimi Maximi recognitione, acquirendo, certa pro nostro posse reddi posit,

Ideo quot modis morbi, causæ, locique affecti occultentur disquiritur, vt facilius hæc dignosci valeant.

Præterea ostenditur plurimum valere Medicum optimum, fidum, & pium, vt pium ad hanc medicinæ partem rectè exercendam; Vnde impius Medicus nunquam ab ægris vocari deberet.



CAPVT PRIMVM.

Hanc partem Medicinæ diuinam esse declaratur, quæ certa attingi potest, diuina felicitate impulsu diuino acquisita.



Voniam ex quinque libris, huius tomi, propositis constituendis, hactenus quatuor laconicè iam conscripsi libros, idcirco reliquum est, vt postremum construamus librum. Cum autem iam dictum sit, quandoque, etsi raro, præter semper & præter frequenter, per accidens, tum morbi, tum causæ, tum etiam partes afflictæ ita occulta esse, vt per nos solos, nunquam harum rerum rectam ingredi possemus agnitionem; Hinc diximus Medicos felices esse diuina felicitate, qui diuino auxilio, harum rerum certam assequuntur cognitionem; vt hac iam prius acquisita agnitione, mox ad rectam accedere possint curationem. Hanc autem diuinam felicitatem primo inuenisse Hippocratem introspicio, hunc in modum exarantem. *Quatenus itaque cum his societatem habet Medicina sapientia quadam est* Diuina. *Nam & plurima horum Medicus in se habet: Etenim scientia de Dijs penitus animo eius implexa est: Tum vero in cæteris affectibus, & symptomatis Medicina erga Deos valde reueren-* A

Medicina diuina seu metaphisica est, ex Hip. Lib. de elegātia interprete Heurnio p. 106. 107 & 108. seu de decoro interprete Fo. p. 34. seu de decente habitu interprete cornario f. 24. & in serp. Merin. f. 8. pa. 4.

ter

A *ter se gerere comperitur, tum vero Dijs Medici locum dant. Numen enim cuncta componens in medicina minime ociosum esse animaduertût, & in ijs morbis, quos ultro absq. sua opera superari vident. Quotquot enim vincit Medicina, hæc Deorum vi, ope vincit. Quia & Medicina vita secundum sapientiam Deorum munus est, & remediorum efficatia ab ijs pendet. Verum hoc alij non credunt, cũ in confesso sint. sensusq; percipiantur ea quæ circa corpora fiunt partim per omne remediorum genus transmutando, partim per chyrurgiam auxiliando, partim remediando medicamentis, aut diæta.* Non credunt.n. Medici ex parte principali sensibili, nec ex parte speculabili medicinæ, tum scientifica, tum coniecturali, cũ ex his medicinæ partibus certitudo, & felicitas operatiua, & speculatiua habeatur, certa cognitione, certaq; curatione frequenter acquisita. Hic aũt adnoto Hipp. exarare *Verum hoc alij Medici non credunt cum in confesso sint, sensusq. percipiantur ea, quæ circa corpora fiunt, partim per omne remediorum genus transmutando, partim per chyrurgiam auxiliando, partim remediando medicamentis, aut diæta;* Nam vltra quòd medici dogmatici certam possident methodum, æquè tum curatiuã, tum præseruatiuam, ceu simulachrum vniuersale, plura singularium realium exempla simul inductione collecta repræsentans, tam in parte Artis medicæ sensibili, quam speculabili, circa cognitionem; etiam sensu visus cernunt quam speculabili habetur. alia vero sua methodo ex accidenti impedimenti ratione fallax, quæ tamen diuino impulsu certa reddi valet, ita & medicus

B dogmaticus duas Dei O.M. recognitiones habere tenetur, his duabus proportionatas partibus; nam respectu primæ partis Deus cõcurrit vt prima causa vniuersalis, & vt autor omniũ rerũ sublunarium vniuersalis: Quo ad secundã partem vero Deus prima causa particularis, & principalis inspicitur, cuius impulsu medici assiduo cultu diuino acquisito, ea pars metaphisica fallax certa reddi põt: Vnde has duas Dei recognitiones medicus optimus cõtinere deuincitur. *Trahitur aũt ager in omnegenũ calamitatẽ, cũ Medicus, qui morbo præest, pestilentia iuuenilis temeritatis correptus est, negligens assiduã* morbi *recognitionẽ* sicuti ergo medicus assiduã morborum cognitionẽ negligens, *incidit omne genus infortunij cũ vehementi pernitie*, vt ait Hip. in Foes. p. 41. sic & negligẽs assiduam Dei recognitionẽ ex parte metaphisica, in eandem calamitatẽ ægros ducere possint, & licet medicus in quacunq. medicinæ parte, hanc Dei assiduã habere debeat recognitionẽ, cũ Deus prima sit causa, à qua cuncta hęc inferiora promanant, nihilo minus potissimũ in hac medicinæ diuina, seu metaphisica medicus numq̃ ægrotantiũ rectã, nec exactã ingredi poterit curationem, quin prius eã assiduã Dei O.M. habebit recognitionẽ. Quoniã Gal. ex Hipp. & Platonis decretis statuit, vbi agit *De sũmi opificis prouidentia in corpore humano cõdẽdo*, ait *Plato fabricæ nostræ autorẽ explicauit, cũ inquit mũdi conditorẽ Deũ filijs suis iussisse, vt ratione hominũ genus fingerent, sumerentq. à se immortalis animæ substantiam: sed illud tamẽ adderent, vt generabile efficeretur*, ergò medicus à

C Deo æterno tanq̃ à rationali primo principio vniuersali suã rationalẽ æquè rũ operatiuã, tũ speculatiuã, tum actiuã desumpsit potẽtiã: in parte vero metaphisica medicinæ medicus à D.O.M. ceu à primo principio peculiari, & principali recipit diuinũ impulsũ, & ratiocinationẽ ad morbos occultos dignoscẽdos. Vnde si hac sua rationali potentia rectè vti voluerit, ad occultos morbos dignoscendos, simulq; curandos, semper Deo, ceu rationis primo principio assiduam allatã præbere cogitur recognitionẽ, vt reflectendo ratio creata, ad rationẽ creantẽ; ipsa ratio creata, beneficio, & impulsu rationis creantis, occultarũ rerũ p accidens æquè tum certã cognitionẽ, tum curationẽ consequi valeat; & non aliunde Marsilius Ficinus, ex Platonis mente ait, secundũ ęgyptios *putabant nihil absq. diuino auxilio posse feliciter agi: Nihil rursus absq. diuina quadã inspiratione intelligi posse*, Arist. quoq. hanc diuinam recensendo felicitatẽ, idipsum patenter cõfirmauit, hoc modo, *Verisimile est felicitatem quoq. à Dijs exhiberi, ac tanto magis, quãto ipsa omniũ humanarũ rerũ optima est. Ex diuinissimis rebus felicitas est; Quippe cũ præmium virtutis, & finis optimũ quoddam, ac diuinũ, beatumq. esse videatur*, non nẽ quoddam diuinum, ac beatum in anima nostra rationali, & si ratio eius iuncta fuerit rationi Dei creanti? nec non ita iuncta, occultarũ rerum certã cognitionem, certamque operationem assequi valeat? eam vero felicitatem exinde dilucidat Aristoteles, quærens, an per fortunam à Deo concupiscamus iucunda, delectabilia, ac eligibilia, quatenus per se appetibilia, sequibilia sunt, vt tractabilia, aut sint speculabilia, aut operabilia, aut agi-

D bilia, vt has omnes humanas rationales comprehendamus felicitates. Concedit enim nobis per accidens, & raro irrationabiliter Dei impulsu, eam accidere posse, ex Antiquorum mente; Cum exararit *Patet autem quemadmodum in vniuerso est Deus, & vicissim cuncta in illo. Mouentur enim omnia ab existente in nobis numine. Rationis autem, non ratio, sed præstantius quidpiam est principium. Quid autem scientia præstantius est, nisi Deus? Virtus enim organum intellectus est. Quocirca veteres dixerunt felices ex fortuna qui irrationabiles ad rectè agendum impellerentur. Principium enim habent, & intellectu, & voluntate præstantius.* Eamque sanè ob causam, & si in quacumque medicinę parte generica a nobis hactenus explicata ex Diuina, ac metaphisica felicitas à medico quæri debeat, vt munus rationis creantis, nihilo tamen secius maximè in hac medicinę parte occulta flagitari debet, assidua Dei creantis recognitione, nostris erga Deum deprecationibus. Cum sine diuino auxilio nihil feliciter tractare possimus. Nam licet ratio communis sit hominib. & Dijs, vt ait Galenus 2. de simp. med f. cap. 1. tamen Deus in felicitate ea diuina concedenda, vt rationis principiũ regit medici rationem. Deus enim vt Plato, & Aristo. rati sunt, totũ regit modum per intermedias causas secundas, vt Carpentarius adnotauit: ceu virtus creãs

Lib præceptio. Heurnio interprete p. 111.

5. De decr. Hip. & Plato. c. 8 & 9.

Dialo. 7. de republ. f. 354 p M. 8. Ethic. 9.

7. Moral. cund. c. 18.

Alcinoi introd. ad doct. Plato. p. 16. De diuina sapientia secũdũ Aegyptios li. 10 c. 3. p. 83.

infinita, quæ in singulas finitas, & creatas influit res, quatenus Deus solus per se est, cætera vero omnia à Deo emanat, vt etiam in præfatione primi tomi dictum est, cum autem Deus duntaxat his felicibus reddendis diuina ea felicitate præluceat, qui erga ipsum sine errore se gerunt, vt adnotauit Carpentarius ex Mercurij Trismegisti, Platonisque sententia ergo ad eam felicitatem obtinendam, nempe ad occultos morbos rectè agnoscendos, rectéque curandos erga Deum sine errore, nos debemus nostram regere mentem, simulque assiduam Dei recognitionem continere. In oppositum vero, vt ait Hippocrates: *Trahitur autem æger in omnigenam calamitatem, cum Medicus, qui morbo præest, pestilentia iuuenilis temeritatis correptus est, decori negligens* dogmaticæ methodi scientificæ *tum in definiendo, & pollicendo, tum in iure iurando interpretando quod Deorum sit gratia* nam vt ait Heurnius in commento, *iactabundi prædicant de felici morbo, tanquam res foret in eorum manu, cum potius Deo ascribere deberent, si quid feliciter eueniret*, sed si quid *sinistri euenerit, Deo irato ascribunt*, iniurij itaque sunt hi Medici in Deum, *cum Deo ascribant, quæ* infortunij *sua sunt*. Postea vero ait Hippocrates *negligens assiduam recognitionem* morborum, causarum, & symptomatum, ex qua neglecta recognitione, æger perit, à morbis magnis occultis non curatis; sicuti ergo ratio Medici, quæ morbi, causæ, locique affecti, & symptomatum rectam non habet recognitionem, *incidit omne genus infortunij, cum vehementi pernitie* vt Hippocrates inquit: sic idipsum sequitur quoties Medici ratio creata, Rationis creantis eius, nempe dei assiduam recognitionem negliget, cum id principium primum generalissimum rationis creantis humanam rationem, ociosum esse nequeat, vt antea vidisti ex Hippocratis mente; si itaque id principium ociosum esse nequit, dum ratio humana reflectit ad suum rationis principium, & dum Deo iuncta est, & hinc ratio Medici eam diuinam assequitur felicitatem: sic totum in oppositum ratio Mentis operatiuæ Medici pestilentia temeritatis iuuenilis ducta, si Dei assiduam spreuerit recognitionem, ad deum creatorem maximum non reflectendo, nec Deo iuncta sit, immo à Deo segregata fuerit, tunc sanè trahitur æger in omnigenam calamitatem, & obitum, quoniam Hippocrates libro de elegantia pagina 107. vt infra videbis *scientia de Dijs penitus animo* Medici *implexa est* alioquin impius Medicus esset, & postea inquit *tum vero Medici Dijs locum dant*, & pagina 108. ait *summa horum eo redit, vt Deus esse cognoscatur*. Eamque sanè ob causam æger ab impio Medico Dei assiduam negligente recognitionem cauere se debet, ceu à pestilente temeritate iuuenili, lethali, simulque vituperabili. Hoc autem argumentum à proportione formatum est, quæ inter rationem creatam Medici, & res rationabiles, vt factibiles medicinales, & quæ est inter eandem rationem creatam Medici, & rationem primam creantem. Pro qua re penitiùs perstringenda hunc constituo syllogismum. Quemadmodum ratio Medici se habet ad res rationales, ita æquè se habet ad suum creans principium; sed ratio hęc ad res rationales se habet, quòd rationales morbi, causæ, & partes lęsæ, sua cognitione neglectæ à medico, est causa quòd trahitur æger in omnigenam calamitatem, iuuenilis temeritatis pestilentia medici ductus, ergo ratio medici ad Deum creantem se habet, quòd creantis principij assidua, à medici ratione, neglecta recognitione, semper trahitur æger in omnigenam calamitatem, pestilentię iuuenilis temeritatis medici impulsus. Et consequenter ex hac conclusione elicitur, quemcunque ægrotantem se cauere debere à medico singulo, assiduam Dei negligente recognitionem, tanquam à pestilente iuuenile temeritate, lethale, atq; vituperabile. Immo quoniam medicus longè magis delitescit in ratione creante negligenda, quam ad rem naturalē creatam negligendam, Ideo quoq; multo magis æger tenetur, pro sua salute, relinquere medicū qui Deum nescit ceu iacturam omnium maximam, quam medicum morbi, causę, loci affecti, & symptomatum scientiam non habentem: Nam admodum maius erratum habetur, ignorata prima causa rationis, quam ignorata re rationali, quo ad felicitatem diuinam, Dei impulsu acquirendam. Quoniam à prima ea causa in occultis morbis, causis, locis affectis, & symptomatis, recta cognitio, rectaq; curatio adimpletur. Hinc Hip. ait, *quatenus itaq. cum his societatem habet medicina* quatenus medici Dei operationum cultores inspiciuntur, cū Dei opera videant hi in arte medica societatem habent, cū sapientia diuina metaphisica, cultui diuino annexa Medicinæ socia est, Vnde *Medicina sapientia quadā* metaphisica *est: Nā plurima* sapientiæ diuinę operantis *Medicus in se habet. Etenim scientia* & recognitio assidua de *Dijs penitus animo eius implexa est: Tū vero in cæteris affectib. & symptomatis medicina erga Deos valde reuerenter se gerere cōperitur*: Nā vt Heurnius adnotat Deū humana regere corpora clarè, medicis patet, ex morborū occultorū cognitione, & curatione: Pręterea in morborū latentiū historijs *numē videt medicus. Tū vero Dijs locū dant* medici cū in morbis ijs occultis *Dei curā de rebus humanis intueantur* vt Heurnius adnotat: Pergit vero Hip. huius rei rationē reddens *Numen.n. cuncta gubernās in Medicina minimè ociosū esse animaduertunt*; Nā & si medicus naturales agnoscat causas, & morbos, *non tamē frandatur sua vi Deus, sed in morbis* cognoscendis, & curandis potissimum occultis *est Dei potentia, & propterea causæ notandæ per quas agit Deus* nō in morbos efficiendos, vt ait Heurnius quia in epilepsia nō est φ diuinū ex Hip. mente vt c.3. dicam. Vnde Heurnius pag. 108. par. 13. decipitur. Sed in morbos occultos à medico dignoscendos, simulq; curandos, quoniā sapientia diuina metaphisica medicinæ non asociatē toti, sed tm̄ parti metaphisicę, vt c.1. iā satis ostēdi. *Quot quot.n. vincit medicina* mō narrato *deorū vim ope vincit* maximè i morbis latētib. *Quin, et medicina via secūdū sapiētiā Deorū munus est*,

Quo-

[Left margin notes:]
Lib. 10. de diuina sapientia c. 19. par. 1.
Hippoc.
Pag. 108.
Heurnius adnotatur.

[Right margin notes:]
A
Li. 9. de diuina sapientia c. 4. p. 15.
Lib. præcept. p. 111. ex Heurnio
Interprete Foes. 42.
B
C
De elegātia in Heurnio 107. in Heurnio.
D
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Pag. 107.

A Quoniam Methodus, seu via ex natura rei constructa certa, à Deo fabricata, & ab Hippocratis inuenta est *Nam Deus* vt Heurnius ait, *in singulis naturæ operibus exempla edit methodi. Vnde homo vniuersalem illam tanquam expressum naturæ simulachrum constituit*, quia vt ait Hip. 1. de vict. rat. p. 307. *Naturam Dij constituerunt*; ergo Deus etiam rerum naturalium certam constituit methodum. At vero methodus occultos morbos dignoscendi à Deo nobis dono data est; Ibidem. Pag. 106. Vnde concludit Hippocrates quemcunque Medicum cogi pro confesso habere *vt Deus esse cognoscatur* ab eo assidua recognitione. *Quare singula iam dicta reuocare oportet, & sapientiam* metaphisicam *transferre ad medicinam, & medicinam vicissim ad sapientiam eam. Medicus enim Philosophus* metaphisicus, *est Deo similis* rationibus in toto hoc vniuerso opere, & doctrinis statutis: Eamque sanè ob causam nullus medicus ægrotantium exactam ingredi poterit curationē, nisi prius Dei assiduam habuerit venerationem. Hinc Vilano. l. de cautio. Medicorum c. 2. inquit *Medice cum ad ægrotum vocaberis, adiutorium sit in nomine domini, angelusq; qui concomitatus est effectum mentis, & egressus corporis concomitetur interius.*

CAPVT II.

B

Quot modis morbi, causæ, locique affecti, & symptomata delitescere possint, dilucidatur.



HActenus autem iam probatum satis est, partem medicinæ metaphisicam, felicitate diuina egentem, eam esse, in qua morbi, causæ, locique læsi, & symptomata adeo latent, vt horum exactam nunquam adipisci valeamus agnitionem, quin prius cultu diuino, ad medicā Artem reuocato, impulsum Dei obtineamus, quo feliciter postmodum nō solum horum rectam cognitionem, verum etiam accuratam consequi possimus curationem: At vero quoniam non modo Medici dispositio requiritur ex parte cultus diuini, assidua tum Dei recognitione, veneratione, atq; deprecatione, ad eum medicinæ assequendum finem; cum etiam alia Medici dispositio gemina adesse debeat, nempe respectu modorum, quibus isthæc occultari valent, & ratione perfectionis peritiæ medici: Quando quidem enucleatis his modis, quibus hæc omnia delitescere possunt, facilius horū perfectam ingrediemur cognitionem, Vnde cognitio hæc dispositio quidem erit, ad facilius eam diuinam obtinendam felicitatem: Sicuti etiam conditiones C perfectæ peritię Medici operatiui, speculatiui, moralis, & sapientis metaphisici dispositionem Medico prębebunt, vt facilius impulsu diuino, ad exactā horum cognitionem deuenire queamus. Primo itaq; de ea loquor dispositione, ex modis desumpta, quibus isthæc recensita occultentur; mox vero de alia agam dispositione acquirēda. Primus autem modus, quo hęc latebrosè se habeant, & incomprehensibilia sunt, ab Hip. constituitur, *Prauertit autem tum ob corporū* Lib. de arte p. 30. ex Foes. interpret. *densitatem, in qua non conspicui morbi delitescunt.* Vnde eos peruestigare nequimus morbos, *Aliquando enim adeo vehementer in angustijs meatuum flatus vaporosus infarcitur, atq. eo ad huc magis* Gal. 2. de comp. med. s. l. c. 10. f. 236. A. *uiscosus, aut craßus humor, vt* non solum *multo tempore opus sit ad curationem*, verum etiā interdū ad cognitionem. Quando quidem in corpore nostro *confluxio vna, conspiratio vna, consentientia* Hip. l. de alimē. to p. 162. in Foes. interp. *omnia*, cum semper corpus transpirabile, & fluxile esse debeat: quia *totum corpus sibi conspirabile, atq; confluxibile: quare si non per arterias, at* saltem *per alia potissimum venas* conspirabile, & Galenus. 3 Meth. c. 3. De vsu pulsuum c. 2. confluxibile est, *propter eum, qui est de vna in alteram, continuum transitum, in omnem particulam deferetur caloris aliquid: omnia igitur alia cum rerum euidentia consentiunt.* Nam *ad vniuersam*, Hippocrates. Lib. de alimen to p. 162. totius corporis *naturam* pro vitæ muneribus agendis, *omnia* condita fuere *ad particularem vero* functionem administrandam *partis cuiusq; particula ad opus* particulare quoq; organum constructum est: *Principium magnum* vniuersę naturæ totum gubernans corpus, vel vitalibus facul D tatibus, vt cor, vel animalibus virtutibus, vt cerebrum, vel alimentali vi, vt hepar *ad extremam* Ibidem. quamcunq; *partem peruenit*, tum conspiratione, tum confluxione omnium fluxibilium, tū naturalium, tum pręternaturalium. Sicuti in oppositum *ex parte extrema*, tanquam à riuo *ad magnum principium* ceu ad fontem *peruenit* vel ad cor per arterias, aut ad cerebrum per neruos vel ad hepar per venas. *Morbi autem à valentissima parte*, aut à corde, vel à cerebro, aut à iecinore Hippoc. De natura hominis p. 278. *orti grauissimi existunt. Etenim si vnde originem sumpserunt, isthic perstiterint, cum pars valētissima* totum regens corpus *laboret, corpus vniuersum laborare necesse est.* Eāq; sanè ob causam vbi to- Gal. de optima nostri corporis constitutione class. 2. f. 38. F. tum corpus densum fuerit, vbi ēt minus salubre quo ad excrementa erit, ibi quoq. ne dum affectus præternaturales difficilis cognitionis, at vero quoq; longè curationis erunt, ob enacuatio- Ars Medic. c. 95 nem, quæ non nisi difficulter administratur. Si vero aliqua pars, seu viscus aliquod densum *te*perlatur, ratione membri instrumentalis, tunc densum erit, non aūt respectu partis similaris, vt 3. De sani. tuen. c. 5. ait Gal. In quo membro instrumentali densatio effici valet, ob quam in eo *flatus vaporosus in*- Gal. 2. de com. med. s. l. c. 10. f. 236. A. *farcitur* simulq. *viscosus, aut craßus humor* colligitur, stabilis, firmus, & infixus ibi, manendo, in aliqua parte ignobili; At vero ægrotāte diu propter obstructiones in alia parte existētes, febri-

citante,ab eo febrili calore p consensum mẽbrũ densũ rarefit,hinc repentè ea spirituosi flatus A
collectio disrumpitur,& vnà cũ eo flatu ẽt crassus succus *ad magnum principium peruenit*, vel ad Hip. lib.de alimento p.161.
cor,aut ad cerebrũ,aut ad hepar;ac tunc necessario *morbi* ab ea *valentissima parte* vehementer
affecta *orti,grauissimi existunt*;quia ibi *corpus vniuersum laborare necesse* est. Si.n.cor peteret ea
disrupta collectio,& pulsatilem,& vitalem lædẽs facultatem,lipothymiã quidẽ,& syncopim,
& obitum inferre posset: Si vero ad cerebrum flueret, non solum motum, vel sensum adime-
re, sed paraplexiam,vertiginem, epilepsiam, & alia mala ijs similia producere valeret, & hęc
omnia,Medico nesciente,& non prædicente repentè superuenire possunt,maximo Medici de-
decore. Ne itaque tale Medico calamitosum contingat infortunium, quærendum est sem- Com.5.aph.66.
per de causa refrigeratiua præcessa tam extrinseca, quam intrinseca alicuius caoitatis, vel
membri; quæ refrigerando denset, vt ait Galenus. In reliquis vero de cruditatibus rectè di- De morb. differentijs li.1.c.7.
gnoscendis, loco proprio ita fusè statutum est,vt hic noo opus alia huius rei commentatione.
Fernelius vero exatat *occulti morbi sunt,qui cæsis ex causis totam substantiam oppugnant. Eorum
alij venenati, alij contagiosi,alij pestilentes: Hi ex aeris cælestium corporum viribus inquinato su-
scitantur*. Ad quos rectè agnoscendos,opere precium est, quod signorum cuiuscunque vene-
ni diagnosticorum exactam possideamus doctinam: sic pariter rerum omnium contagiosa-
rum, & pestilentium plenam continere oportet dignotionem. Ac ita Medicus disponetur ad B
diuinum recipiendum impulsum, ex hac parte. Cæterum quoque alio modo affectus hi de-
litescere valent. Nam in aliqua parte deusa flatuosus spiritus concluditur, vel aliquòd ve-
neficum excrementum introcluditur, vel putridum, vel saniosum,vel purulentum, fumidum,
& fuliginosum: Quæ dignoscuntur,ex flatus, causarum ootitia, & ex putredinis,saniei, &
purulenti fumidi, & fuliginosi excrementi causarum agnitione parebunt. Insuper ex plu-
rium affectuum complicatione, simulque implicatione isthæc occultantur modo quodam
confuso, Quam sane ob rem affectus illi explorari nequeunt. Ad hanc vero affectuum deli-
tescentium seorsum implicatorum patentem acquirendam notitiam, prius oportet morbi
maiorem, vrgentioremque distinguere magnirudinem, ab alia minus vrgente magnitudi-
ne, lethali, vel infelici, vel tædiosa, ad quam etiam vrgentiorem prius incumbere cogi-
mur magnitudinem lethalem, aut infelicem, aut tædiosam. Quandoquidem impossibile
est, duas morbi æquales, seo similes efficacia lethali, vel infelici, vel tædiosa esse iunctas ma-
gnitudines, vicissim contrarias; ob quam æqualem vim contrariam hæ ita confusæ sint,
quod vndique delitescant, Vnde vna superior erit altera. At vero dato quoque duos mor-
bos æqualiter ad inuicem sua magoitudine contrarios iunctos esse, nihilominus ratione præ-
stantiæ membri afflicti, vna magnitudo semper vrgentior erit alia magnitudine. Sed etiam C
concesso quòd ob membri læsi æqoalem præstaotiam hæ magnitudines æquè vrgeant, atta-
men tunc prius ad sanguineam incumbendum est magnitudinem, mox aliæ cacochymæ stu-
dere deuincimur magnitudini: Ac tunc vtraque facta euacuatione, nempe sanguinis, &
cacochymiæ, exonerataque natura ab eo pondere calidum innatum grauante, cerni mani-
festè poterit quæ nam magnitudo vrgeotior existat. Propterea quod ad hanc rem exactè di-
iuendam plurimum valebit qoidem in mente nostram totius medicinæ practicę habere col-
lectionem. Ac ita Medicus peritus disponi poterit, ad morbos eos occultos maoifestos
efficiendos, impulsu diuino, Dei assiduo cultu, acquirendo. Quo enim in do-
ctrinis discursiuis, & operatiuis Mens Medici studiosior fuerit, studio,
tempore, ac experimento,& vsu, eo etiam Mens augescere po-
terit, perfectionem, ac studiosiorem acquirendo co-
gnitionem, & operationem, & maxime viri
illi hanc rem assequi valent, qui vt ait Ari-
stoteles feliciter, & hilariter, sua-
uiter, & moderatè cogita-
bundi doctrinarum-
que cupidi sunt D
perspica-
tia, Sect.30.probl.1
solertia,& cæteris prudentię instrumentis decorari, *qui
ingenio claruerunt,vel studys philosophiæ, vel
in republica administranda,vel
in carmine pangendo,
vel in ar-
tibus
exercendis, melancholicos omnes
fuisse videa-
mus.*

CAPVT

A

CAPVT III.

Num quid morbi occulti, propter quid diuinum in eis existens, emergant.



Væritur autem sicuti morbi latentes diuina illuminatione, assiduo Dei optimi Maximi Cultu, acquisita, à Medico pio explorantur, ex parte medici, ita etiam ex parte ægri, morbi ij, assidua Dei relicta recognitione ob quod diuinum, in eis existens morbis impossibilis cognitionis sint; Nam tametsi Medicus pius aptus sit, sua erga Deum optimum Maximum veneratione, simulque deprecatione, eum diuinum felicitatis suscipere impulsum, tamen æget impius Diuinam omittens prouidentiam potius dispositus est infortunij diuinam recipere punitionem; Quam certè ob rem hæc punitio prohibet quò minus diuinus impulsus Medici mentem illustrare debeat ad eos occultos patefaciendos morbos, B & hoc modo hi morbi impossibilis notitiæ reddantur: Pro qua re exequenda tria principaliter disquiram. Primo enim an vniuersaliter in morbis diuinum quid insit, nec ne: Secùndo vero numquid diuinum antea allatum ex parte impij ægrotantis, in occultis esse valeat morbis; Tertio quomodo Medicus pius ægrotantis temerariam eripere possit impietatem dilucidabo, vt is eo prohibente ablato, diuino impulsu occultorum morborum manifestam ingredi valeat agnitionem. Quo ad primum Hippocratem inuenio, quærentem vtrum quid diuinum in morbis reperiatur; & ait, quod si id inueniretur, procul omni dubio in morbo comitiali continetur, Nam ab Antiquioribus *neque quicquam alijs morbis diuinius, aut sacratius* esse existimatum est ipso morbo sacro: Verum omnino is negat vllum in epilepsia quid diuinum esse; cum dixerit, *Sed eandem, ex qua reliqui morbi oriuntur naturam habere mihi videtur*: cur autem morbus diuinus & sacer esse putaretur, inquit *Homines vero ex imperitiâ, & admiratione ei naturam quandam, & causam diuinam inesse censuerunt, quod nulla in re reliquorum morborum similes esset. Et per consilij inopiam, quæ morbum non cognoscunt, illi diuinitatem asseruant, per faeile parabilem vero curationis modum, ei medentur, cum expiationibus, & incantationibus ab eo liberentur.* Deinde eorum opinionem eneruando, scriptum reliquit, *Quod si ideo diuinus esse censeatur, quod admirationem quandam* C *habeat, multi morbi sacri futuri sunt* eos autem recenset, qui hunc diuinum, aut sacrum vocarunt morbum *Ac mihi certè, qui primi hunc morbum ad deos retulerunt tales esse videntur, quales sunt Magi expiatores, circulatores, ac arrogantes ostentatores, qui se valde pios esse plurimumque scire simulant. Hi quippe diuinitatis obtentu, ac prætextu, cum ope prodesse possent, ne inscitiam suam proderent, sacram hanc rem esse affectionem senserunt: & additis idoneis rationibus &c.* Quare conclu dit postea nullum re vera sacrum, vel diuinum haberi morbum. Attamen inuenio ego in morbis aliquid diuinum morbosum inesse; Hippocratis doctrina: Cum ipse iam innatum constituerit calidum immortale esse; tum quod in aeris parte superiori propè ignis sphæram residet *Aethera* appellatum, tum quod in semine, & in homine perpetuum se habet, non quidem absolutè vt Æthera habetur, sed perpetuum in relatione ad perennem successiuam singularium perdurationem sempiternam, elemento stellarum mobili proportionatam; cum primo à Natura homo in specie intelligatur conseruandus; secùndo vero in huius hominis specificè tuitionis gratiam, singulares homines intendantur. Id enim quod vnum tantum est vi, & vsu in semine, & homine, & quod est causa instrumentalis naturæ perdurationis speciei humanæ motu reflexiuo proportione respondens elemento mobili stellarum, est immortale, & quid diuinum, sed calidum D innatum vnum tantum est vi, & vsu, æquè tum in semine, tum in homine, & quod causa est instrumentalis naturæ perpetuitatis speciei humanæ motu reflexiuo elemento stellarum mobili proportionatum est; ergo calidum innatum hoc modo proportionatè immortale est, & quid diuinum: Dum itaque calidum innatum afflictum, & morbosum iam in morbis magnis redditum est, tunc certè dici post quid diuinum morbosum adesse in morbis; Maior autem huius syllogismi patet: Minor vero ex Hippocratis verbis declarabitur. Nam sicuti calidum id innatum in homine perpetuum est, vt proportionatum elemento lunæ, & syderum mobilium, sic etiam se habere debet id calidum in semine, & homine simul; sed id in homine sempiternæ perdurationis successiuæ est, vt proportionatum elemento lunæ, & syderum, ergo calidum id æquè tum in semine, tum in homine proportionatum est elemento mobili lunæ, & syderum. Maior enim manifesta inspicitur, quia ait Hippocrates *in hoc autem triplex ignis nempe calidi cordi insiti circuitus fecit, in se inuicem intro, ac foras tendentes, alios quidem ad humorum cauitates, lunæ facultate, alias vero ad exteriorem superficiem, ad ambientem consistentiam, syderum facultate, medios autem intro, & foras tendentes, calidissimum, & valdissimum.*

Lib. de morbo sacro p. 181. ex Foesio.

Pag. 181.

Lib. de carnib. seu principijs in principio.

Lib. 1. de vict. ratione p. 107. ex Foesio interp.

mum. Ecce Hippocratem ſtatuiſſe calidum illud lunæ, & ſyderibus ſuo motu reflexiuo peren- A
ni proportionatum eſſe, ac in eo lunæ, & ſyderum facultatem mobilem ineſſe: cum autem dixe-
rit *Quibus ſic ſe habentibus multas, cuiuſuis generis tum ſeminum, tum animalium formas, nihil inter* Eodem lib. p.
ſe neque vſu, neque facultate ſimiles à ſe inuicem ſecernunt nimitum non differunt, cum idem ca- 103.
lor innatus hominis, & ſeminis humani ſit, tum vi, tum vſu. Ergo ſicuti calor cordi inſitus
ſua ſponte mobilis perenniter à lunæ, & ſyderum facultate regitur, & hinc diuinus introſpici-
tur, ita etiam calor is in motu reflexiuo perenni à ſemine patris, ad cor filij, & à corde, ad ſemen
eiuſdem filij iam facti Patris alterius filij, ad cor huius alterius filij, vt proportionatus elemento
mobili ſtellarum diuinum eſt, vt perpetuus in perduratione ſucceſſiua, vt libro primo iam vber-
timè demonſtratum eſt. Quoties itaque calidum id cordi inſitum, & à me loco citato primo-
genitum appellatum, in morbis grauiſſimis male ſe habeat, vt in febre cacoethe peſtilenti, in
cordis palpitatione, in lipothymia, ſyncope, & in alijs his ſimilibus affectibus, in his vtique
affectionibus, ſemper quid diuinum morboſum inerit. Sed quiſpiam amicus huic inſtituto
obijcere poſſet, inquiens, Hippocrates negat vllum in morbis diuinum ineſſe, attamen audes
id affirmare ex ſua doctrina; cui reſpondeo quid diuinum in morbis duplex eſſe, vel enim ſim-
pliciter, ſupranaturaliter, & nihil elementarium, quod curari poſſet etiam rebus ſupranatura- B
libus; vel proportionatum euidam diuino, perpetuitatis perdurationis, & metaphoricum pro-
priè naturale, & elementarium, primo enim modo quid diuinum Hippocrates negat dari, ſe-
cùndo vero modo in ſua doctrina id concedit. Id autem diuinum lunæ, & ſyderibus propor-
tionatum inquam, Quandoquidem ſicuti luna, & ſydera numero æterna inſpiciuntur, & mobi-
lia ſuo perenni motu ſimplici ſecùndum figuram circularem ſunt, ita proportionatè calidum
innatum, ſpecie æternum habetur, & mobile ſuo perpetuo motu compoſito ſecùndum figuram
reflexiuam, à corde, ad ſemen, & à ſemine ad cor, in eſſe ſucceſſiuo ſingularium. Illud autem
diuinum cum naturale, & elementarium ſit, pharmacis naturalibus, vt artificialibus curatur.
An vero in occultis morbis dignoſcendis quid diuinum ſit. Ex parte ægri diuinum negligentis
cultum, quod impedimentum ſit Medico pijſſimo, ad diuinum recipiendum impulſum, felicita-
temque diuinam, in latentibus pateſaciendis affectibus perquiram; Nam Lectantius, vt adno- Lib. de ira Dei
tat Carpentarius parte poſteriori Platonicæ, & Ariſtotelicæ comparationis in vniuerſa philoſo- c. 16.
phia pagina 69. ſentit affectus quoſdam iuſtos in Deum cadere poſſe, eoſque affectus quidem
virtutis eſſe, vt iram in malos puniendos *charitatem in bonos* iuuandos, *miſericordiam in afflictos*
ſubleuandos, *qui inquit, niſi Deo ineſſe dicantur, humana vita turbaretur, atque ad tantam confuſionem*
Sed malè. *deueniret ſtatus rerum, vt comptemptis, ſuperatiſque legibus, ſola regnaret audacia: vt nemo denique*
tutus eſſe poſſet; niſi qui viribus præualeret: Deinde Carpentarius particularius pergendo, inquit. C
Et capite 17. *qualis hæc* D. Opt. Max. *ſit ira, contra definientes à veteribus aſſignatas ita diſputat. Ne-*
ceſ eſt bono, & iuſto diſplicere quæ praua ſunt, inquit, & cui malum diſplicet, moueri, cum id fieri vi-
deat. Ergo ſurgimus ad vindictam, non quia læſi ſumus, ſed vt diſciplina ſeruetur, mores corrigantur,
licentia comprimatur, concludendo autem ait *Hæc eſt ira iuſta, quæ ſicuti in homine neceſſaria eſt ad*
prauitatis correctionem: ſic vtique in Deo, à quo ad hominem peruenit exemplum. Nam ſicuti nos po-
teſtati noſtræ ſubiectos coercere debemus; ita etiam peccata vniuerſorum Deus coercere debet. Quod
vt faciat, iraſcatur neceſſe eſt. Quia naturale eſt boni ad alterius peccatum moueri, & excitari. Ergo
definire debuerunt; Ira eſt motus animi ad coercenda peccata inſurgentis. Homo itaque aſſiduum
Dei negligens cultum, graue committit peccatum, ad quod cohibendum neceſſaria eſt Dei iu-
ſta ira, quę prohibebit quo minus Medicus pijſſimus diuino incumbens cultui, eam diuinam aſ-
ſequi nequeat felicitatem, Vnde morborum latentium exactam ingredi nô valet cognitionem,
nec etiam conſequenter curationem. Ac ita ex parte ægrotantis Medicus obitus ægri culpabi-
lis erit. Ex alia vero parte totum in oppoſitum habetur, ex Hippocratis ſententia, vt cap. 1. huius
Dubium. libri iam dictum eſt. Nam ait Hippocrates, & Heurnius in com. *Trahitur autem æger in omnige-* D
nam calamitatem, cum Medicus, qui morbo præeſt, peſtilentia iuuenilis temeritatis correptus eſt decori Lib. præc. p. 113
negligens tum in definiendo &c. Verum *ſi quid ſiniſtri euenerit, Deo irato aſcribunt: iniurij ideo ſunt hi*
Medici, cum Deo aſcribant, quæ calamitoſi infortunij *ſua ſunt*: quia *negligunt aſſiduam recognitionē*
morborum, cauſarum, ac ſymptomatum: Taliſque medicus *neſcius etiam qua ratione idiota tumul*
tuantes ſint inſtruendi, qui efflagitant, metaphoris ornatos ſermones, & ante rectè perſpectum morbū,
ad audiendum concurrunt. Quas res explicando Heurnius inquit *ſermone ſuo* talis medicus empi- Pag. 134.
ricus *non ſit, ob imperitiam rectè adſtantes idiotas docere: ſiue illi ſymptomatum vehementia terrean-*
tur, & propterea turbentur, & tumultuentur: Idiotæ igitur *adſtãtes, mali naturam cognoſcere velint,*
id ſanè *per ſimilitudines, quas capiant, cum rationes non intelligant,* cum exempla, & ſimilitudines
eos doceant adſtantes: Ideo ab exordio morbi dum vocatus fuerit medicus *Morbi euentum agno-*
ſcere cupiunt, eius, iam qui inuaſit, antequam remedijs, repreſſus ſit aliquantulum, prius quam morbi cō-
pos fiat Medicus ergo ſi medicus impeditus fuerit, in morbis occultis manifeſtandis, Diuino im-
pulſu deficiente, eius mentem illuminante, ob ægrotantis delictum aſſiduam Dei relinquendi
venerationem, ſimulque deprecationem, id ſanè nunquam Deo Optimo Maximo: irato attribui
debet,

A debet, quoniam tunc idiotæ asseuerarent *ob imperitiam* suam medicum *rectè* eos *adstantes docere* non posse, non autem propter Dei iram; si enim Medicus illud *usu* venire assereret, ab ira Dei, procul omni dubio ab omnibus hanc rem audientibus iniurijs existimaretur, & medici nomine indignus, prætterquam quòd sine eo, etiam magno medici dedecore adstantes *symptomatum vehementia* valde turbati *tumultuantes* contra medici dignitatem consurgerent. Pro cuius dubij solutione, sciro quòd in hac re angustissima, totum negotium est, quòd iram Dei erga ægrotum auferre deuineimur, ceu impedimentum primò adimendum, & id facilè exequi possumus, si penitentia ductus æger exacta contritione confessus fuerit peccata sua, eiusque diuini cultus negligētiam, in accuratam reddiderit diligentiam, quia Deo optimo Maximo *proprium est misereri semper, & parcere*; Eamque sanè ob causam prima res, quę à medico effici debet certè est, quòd is ægrum contrita delictorum suorum confessione, ad pęnitentiam, & assiduam deducat recognitionem, qua præsente, æquètum in ægro, tum in medico ipso inculpabili facilè, & benè is diuinum consequi poterit impulsum, ad eam diuinam assequendam felicitatem, pro occultis patefaciendis morbis. Dubitatu autem dignum esse inuenio, cum adstantes idiotæ etiam in morbis cronicis tædium inferentibus Medico notissimis, turbati, tumultuantes existunt, morbi tædium causis suis, à me declaratis in promptuario cuiuscunque cruditatis rectè dignoscendæ, B rectèque curandæ, non ascribentes, immo id impetitiæ medici attribuunt, affirmantes eum morbum ei medico occultum esse, nec tamen ad aliam deuenire oportet indicationem, *manente eo quod ab initio visum est*, vt Hippocrates decreuit, & Galenus affirmauit. Possunt attamen hi vulgares homines ea proferre, quę Hippocrates de morbis vterinis exarat, hunc in modum, *Tum vtro & necessitas, & temporis diuturnitas, eis morborum causis declarat, Atque adeo interdum dum non intelligunt, quanam ex causa ægrotent, immedicabiles morbi euadunt, priusquam Medicus ab ægrotante rectè morbi causam edíscat: Eas enim etsi cognoscant, ennunciare pudet, turpeque sibi esse ob imperitiam, & inscitiam reputant: simul etiam Medici falluntur cum morbi causam non exactè inuestigant, sed tanquam viriles curent, & multas vidi ab eiusmodi affectionibus consumptas: Verum confestim exactè morborum causas peruestiganda est, multum enim mulieres morbi & viriles curatione discrepant.* His ergo de causis tibi necesse est, vt aliquis alius Medicus superuocetur cum ex Hippocrate habetur *neque sanè indecorum fuerit, si Medicus in rei præsentis angustia circa ægrum versatur, imperitiæ tenebris etiam circumfusus, alios quoque accersiri iubeat, quo communi consilio, quæ in rem ægri sunt disquirantur, & illi ad præsidiorum facultatem operas suas conferant*, sed non *imperitiæ tenebris circumfusus*, immo petitia, & scientia decoratus, ne ab ijs vulgaribus hominibus iniustè calumniatus fueris, cum in talibus morbis cronicis tædio plenis etiam empiricos nos adC mittere debere iubeat, dum ait *Horum quamuis collega iungerer, non tamen de medendi ratione cum illis consilium iungerem*, cum hi dogmatica ratione deficiant. *Sed confidenter peterem vt remedia sua* experimento solummodo obseruata, *proferrent. Inquisitionis enim elegantis scientiæ* dogmaticea, & rationali doctrina habitu firmo iam acquisita *apud eos dispersa reperitur. Et quamuis hi necessario sint indocti, affirmo tamen exercitationem horum vtilem esse, postea quam præceptorũ cognitione fraudantur* vtilis nanque eorum exercitatio est vt Heurnius ait pag. 135. particula 4. *in contumacibus morbis* tametsi præceptorum dogmaticorum rationalium doctrina hi careant. *Quis enim præceptorum multifidam veritatem* doctrinæ allatæ *se verè indagare posse speret, citra exercitationis constantiam? Quare hoc moneo, dicentibus quidem istis* empiricis rationale doctrina indigentibus *auscultandum esse; At operantibus* sola experientia *resistendum esse*. Si itaque in casu proposito, dum contumax morbus diu ægrum affligendo, adstantes idiotæ turbati tumultuent, existimantes, eum morbum tibi petito, & inculpabili medico occultum esse; Hinc hi vulgares homines alium superuocarent medicum vel empiricum, vel infidum, vel non idoneum, qui contra ægrotantis vtilitatem, & salutem, eandem vulgi substineret opinionem, quid D quæso efficere debebis? vt æger huius medici iniuria ostentatione non pereat? Tunc enim respondeo alios duos vel tres, te ducere debere, medicos vndique Artis Medieæ collegas, & sponsos peritissimos, sapientissimosque, & penitus fidos, simulque pios, omnia enim, pro tuo posse, facere cogeris, ne alij medici inscitia, vel vafricie æger obeat; Quoniam his optimis ductis medicis, eorum *communi consilio, quæ in rem ægri sunt, disquirantur, & illi ad præsidiorum facultatem operas suas conferant.*

Solutio.

Dubium.

3. Aph. 52. & … Gal. … de comp. me. 5. l. c. 20. f. 136. A.

Li. 1 de morbis mul. 606.

Lib. præceptionum p. 40. Foesia.

Lib. citato pag. 134. ex Heurnio

Solutio.

CAPVT

A

CAPVT IV.

In quibus Medici dispositio, quo ad peritiam, & scientiam, constat, ad impulsum acquirendum diuinum, pro occultis inuestigandis morbis.



Edicus autem pius, vt vndique aptus sit, ex sua parte, ad eam diuinam adipiscendam felicitatem, vltra aptitudines explanatas, sequitur quoque, eum penitus, penitusque sapientissimum, simulque peritissimum esse: vt vero is talis sit, optimus esse debet, æquè tum logicus, tum Philosophus naturalis, moralis, & metaphisicus, atque Medicus Medicæ Artis adæquatus sponsus, seu collega inculpabilis, habitum recta ratione, & experimento simul certo comprobatum omnino acquisitum possidens; longa exercitatione exploratum; Postquam ergo iuuenis Arti Medicæ operam daturus, tot æquè tum logicæ, tum Philosophiæ exactè studuerit, illico ad principia Medicę Artis incumbere tenetur, ad dignitates nempe definitiones, suppositiones, & regulas; subinde B
ad philosophiam peculiarem naturæ humanæ consequendam accedere deuincitur, cum dixerit
Hippocrates *conare autem vt te Naturalem Medicum exhibeas, ad hominis habitum, & vires respi-* Li. de sterilitate p. 767. In Foes.
ciendo Horum enim nullus temere, & inconsiderate aliquid agit denique cuncta præsidia indicationibus deseruientia certa possidere debet, Vnde medicina visualis à Medico perito vndique obtineri debet inculpabilis. Verum quoniam interdum contingere potest, quòd ex parte infiniti numeri particularium, quorum aliqua singularia aliquam singularem habeant conditionem sibi propriam, ab alijs indiuiduis discrepantem, Ideo tunc peritia sapientiam Artis nihil iuuat, At
vero solum tunc natura perspicax iuuat. Nam Hippocrates scriptum reliquit, *Ad hæc igitur præ-* Lib. de decente habitu p. 11.
dicta omnia præcipue Dux est natura, quia vt ait Heurnius tria sunt omnium artium, & sciẽtiarum Pag. 103.
comparandarum, vt pote natura, doctrina, & visus, seu exercitatio. Verum horũ Dux, & Princeps
Natura quidem introspicitur. *Nam si his, qui animum artibus applicant, hæc affuerint omnia, prædi-* Ibidem.
cata peruadere poterunt, & ait Heurnius *id est natura sagax* seu callida, perpicax ve, solertia referta *hominis si fueris, facilè scientiam*, artemque communiter scientificam, vt Artem Medicam *discet, & elegantiam morum & visum. Visus enim, qui decori per se nequit in sapientia, & eidem adiuncta arte, docebitur per naturã, vt per artis principium haberi queat*, & Heurnius habet *Natura enim*
circa singula Dux est, nam per se doceri nequit in Philosophia & arte Mutuas sophia, & visus sibi vicis- C
sim in cunctis dant operas. Quandoquidem *sophia*. I. sapientia *reddit visum elegantem: visus vero fructuosam* efficit *sophiam. Sed natura sagax percipit, vt id agendum, & quomodo coniungenda isthęc sint. Doceri enim nequit ob particularium infinitum* potentia *numerum, quorum quæque peculiarem*
Hippoc. *habent rationem, ab alijs diuersam. Quod ergo doctrina nequit, natura facit hominis prudentis* circa aliquam indiuidualem conditionem ab alijs indiuiduorum conditionibus dissonantem. *Quin etiam natura effluit, & remiscetur cum sapientia ad cognoscenda ea, quæ ab ipsa natura fabricata sunt*: pro cuius particulæ explanatione Heurnius inquit *Ex euentu doceri potest, à natura sagaciore, qua-*
tenus visu sapientiæ, & artis, *in natura, exempla eodem modo habentia obseruat vnam eandemque ra-* Pag. 104.
tionem circa singularia versandi deprehendit. Quæ naturæ obseruatio principium artis euadit. Hippo-
crates autem pergendo ait *cum è contra plurimi in ambabus his rationibus, eo ipso vincantur, & aber-* Pag. 103.
rantes, quòd non vtra vis. sed alter vtra tantum vtentes, demonstrationem facere sunt aggressi. Nam natura *est fundamentum artis circa vniuersalia occupatæ: vt è contra Ars naturæ perfectio, & explementum* habetur: Nam Natura inductione sensata omnia, seu plura simul iuncta colligit singularia, quæ inductio fundamentum reale est ex parte rei vniuersalis, vt libro primo huius operis iam dixi: Ars vero cum vniuersale id fundamentaliter ex parte rei, facta abstractione à sensu, ad
intellectum artificis, formaliter formet id perficit, & ideo Ars naturæ perfectio est; ceu eius prin- D
cipij: Ideo à natura inductione scimus, ab intellectu vero demonstratione scimus, cum his duobus modis sciamus, vt etiam fassus est Aristoteles. *Scientia nanque, sicut & ipsum scire duplex est;*
13. Metaphisices c. 5. p. 368. *quorum aliud potentia, aliud actu est. Potentia igitur, cum sit tanquam materia ipsius vniuersalis*, & ali- 1. Post. c. 14.
bi ait *si quidem discimus aut* potentia *per inductionem* aut actu *per demonstrationem; Est autem de-*
monstratio ex vniuersalibus, inductio autem ex ijs quæ sunt particularia. Natura ea igitur non modo 1. Post. c. 11.
in sensata plurium singularium inductione, sed etiam in abstractione à sensata inductione, ad intellectuale vniuersale facta inest *impossibile enim est vniuersalia speculari, nisi per inductionem, quo-*
niam, & quæ ex abstractione dicuntur, est per inductionem nota facere, si quis vult nota facere. Induce- 1. Post. c. 16.
re autem non habentes sensum, impossibile est: singularium enim sensus est. Vnde à primo, ad vltimũ, scire Artis Medicæ, & à natura promanat, ceu à primo Duce, & primo principio, & ab Arte ipsa tanquam à perficiente, & ab vsu, seu exercitatione longa proficiscitur velut à fructifero visu, vndique Artem in habitum firmum infallibilem constituente, A natura vero dum ea *effluit & remiscetur cum sapientia ad cognoscenda ea, quæ à natura facta sunt, vt sagax percipit ut id agendum, &*


quomodo

A *quomodo coniungenda* ſint iſthæc *à natura fabricata, peculiarem* habentia *rationem, ab aliis diuerſam* primo ex ſenſatis particularibus, inductionem quoque ſenſatam coniungit, Mox vero à ſenſu ad intellectum eam abſtrahit inductionem, vt ab intellectu Artis vniuerſale conſtruatur, vt poſtmodum demonſtratio fabricetur, Ac ita Artis *ſophia, ſeu ſapientia, reddit vſum* vt demonſtrationum *elegantem: vſus vero fructiferam efficit* Artis *ſophiam*; Vnde natura ſagax nedum confluendo ſe ipſamque comiſcendo cum Artis ſapientia, artem mirabile iuuat ad inueſtiganda ea, quæ à natura facta fuere, vel per ſe, vel per accidens, vel manifeſta ſint, vel occulta, ſed etiam valet vbi *Doceri nequit, ob particularium infinitum numerum, quorum quæque peculiarem habent rationem, ab aliis diuerſam*: vt morbis occultis vſu venit, ſi nanque *quod doctrina nequit, natura facit hominis prudentis* igitur quod Medici optimi peritia, & ſapientia *nequit* ad occultos patefaciendos morbos, ratione diſpoſitionis Medici pij, ad eam allatam diuinam acquirendam felicitatem *Natura ſagax facit hominis prudentis*. Ac ita in hoc natura longè Artis ſapientia ſuperior exiſtit. Natura vero moderatè melancholicorum ea eſt optima, vt antea dictum eſt ex Ariſtotelis mente. Ex his autem hactenus dilucidatis rebus, iam manifeſtum eſſe reor, quibus modis pius Medicus diſponi poſſit, ad eum diuinum acquirendum impulſum, vt is occultorum morborum exactam ingredi valeat agnitionem. Sed vt huius operis finem imponam, dubitatu dignum eſſe inuenio, quo-
B niam ex parte Dei optimi Maximi, ad agendum circa hæc inferiora, nulla requiritur præparatio, ſeu diſpoſitio, Nam vt virtus diuina, & infinita ſupranaturalis, & ſeparata ratione ab his inferioribus, ſine inſtrumentis diſpoſitiuis ſuo diuino impulſu agit, ergo nulla diſpoſitio alia medico pio requiritur, niſi, vt is diuino, & aſſiduo decoratus ſit cultu, non autem alia diſpoſitio ex parte peritię, & naturæ deſideratur. Cui reſpondeo hanc diſpoſitionem minime requiri ex parte Dei Optimi Maximi, ſed tantum ex parte Medici pij, vt is Medicus eam cognitionem morborum iam patentium impulſu diuino factorum, iam acquiſitam, vndique demonſtratiuam, idiotis etiam manifeſtare debeat, & etiam elegantiſſimis metaphoris, ſeu ſimilitudinibus eam penitùs declarare deuincitur; ne hi turbati tumultuent contra Medici præſtantiam, ac dignitatem.

Dubium.

Solutio.

Finis Libri Sexti.



VALE.



VALERII MARTINII
VENETI
PHILOSOPHI, ET MEDICI.

CERTITVDINIS MEDICINAE ENCOMIVM, quæ sua origine diuina est.



ENCOMII ARGVMENTVM.

Artem Medicam cæteris cunctis artibus longè certiorem esse, ostenditur: cum Dei Optimi Maximi sex modis munus sit. Vt enim humanæ naturæ custodia à Deo suam originem assumpsit, quatenus verò acquisita ab Apolline inuenta, ab Aesculapio aucta, verum ab Hippocrate perfecta, à Galeno verò à Sophistarum erroribus depurata, & ampliata: Tandem ab alijs postea traductione è Grȩco in Latinum nobis italis patefacta: Hinc etiam à superstitiosis Arabum cauillis emendata.

1. Ratio Primi quo Dei munus in Medicina.

Medicina sua origine diuina, & secundum naturam est.



Vllum sanè adcò temeritate audacē inueniri posse arbitror, qui vt incerta, & non recta esse posse per se ipsa ea, quæ in salutis hominis prouidentiȩ gratiam à D.O.M. secùndum naturam se habentia, statura fuere, asseuerare audeat. Cum Deus quidem ipse omnia, quȩ iam constituit omnino vera, penitusq; certa condidisset, prorsusq; recta, nihilq; ambigua. Cęterùm præsertim ea sanè, quæ Naturȩ insunt, qualis Medicina reperitur esse, Hip. sententia. Aliȩ verò omnes artes procul omni dubio solum hominum industria inuentȩ, hinc nihil secùndum naturam sunt: Quocirca tantùm artificialiter factiuȩ sunt; Ideoque Artifices alij tantùm artium ministri, Medici verò Naturȩ ipsius ministri, nec non quatenus tales, etiam Medicinȩ ministri, cum Natura ipsa medicatrix, atq; morborum curatrix sit per se, & primò. Ea propter Medicina factiua non solum artificialiter, verum, vt prouidentia etiam atque Naturȩ humanȩ reparatrix, ac denique vt vitiorum corporis humani correctrix: Cum itaque ars nulla à diuina mente prodijsset, nisi tantum Medicina, ideirco eam solam diuinam esse, patet: hinc etiam sola digna fuit, vt hominibus, eam inuenientibus, veluti Dijs honorandis Templum construxissent Antiquiores, vt infra dicam. Nec mihi obstet, omnes artes Dei munera fuisse, Hippocratis mente: Quoniam cæteras artes non ità omnino certas nobis dono dedit Deus, vt artem medicam, eò quia aliæ artes hominum industria fabricatæ, impulsu, ac auxilio diuino: Ideo non ità certæ, cum earum subiectum, passiones, & causæ, ac instrumenta ab industria Artificum pendeant; qui artifices modò rectè, modò verò non rectè agunt; vt Hip. In medicina verò cum finis, subiectum, passiones, & causæ, nec non instrumēta à Natura sint, ac à Deo eorum efficaciam possidcant, eo quod non modo ipse Deus secùndum naturam omnia fecit, verum etiam naturam ipsam creauit, Hippocratis sentētia, proinde in medicina certitudo perpetua est; Ait enim Hip. *Naturam verò Dij omnes caco ordine successiuè, & specificè constituerunt; Quæ igitur homines statuerunt, ea nunquam eodem modo se habent, siue recta, siue non recta sint. Quæ verò Dij statuerunt, ea semper rectè se habent; atq; recta, & non recta in tantum inter se differre videntur. At hominis artes manifestas, affectionibus tum manifestis, tum obscuris similes esse demonstrabo.* Deum verò ad hominum sanita-

A

Hip. de flatib. in princip. Lib. de arte.

Arist. 6. ethic. c. 3. Hip. lib. de arte p. 4. 23. De vsu par. 3. c 186. Li. de const. art. c. 10. & 23. Eod. lib. c. 17.

Obiectio. Solutio.

B

In epi. ad Senatum, popul. Abderitanū p. 1152 ex Foeß. interp. Vide in prȩf. ex Heur. 107. & 108 & ex Foeß. p. 34.

Deum omnia, quę sunt in medicina secundū naturam statuit, ac etiam ipsam naturam creauit.

Hip. verba.

Lib. 1. de vict. rat. pag. 307. ex Foeß.

A sanitatis tuitionem, morborumq; ablationem vtiq; herbas omnes, stirpes, arboresq; fructiferas,
vnà cum animalibus cunctis, reterisq; rebus suis quidem virtutibus prædicas iam creasse patet, vt
sempiternis monumentis prodidit Moses Genesis c. 1. Quam sententiã clarius etiam habemus
in Ecclesiastico, vbi habetur. *Honora Medicum propter necessitatem, etenim illum creauit Altissimus.*
A Deo est enim omnis medela, & à Rege accipiet donationem. Disciplina Medici exaltabit caput illius,
& in conspectu magnatorum collaudabitur. Altissimus creauit de terra Medicinam, & vir prudens nõ
abhorrebit illam non ne à ligno indulcata est aqua amara? Ad agnitionem hominum virtus illorum, &
dedit hominibus scientiam Altissimus, honorari in mirabilibus suis. In his curans mitigabit dolorem,
& vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, & vnctiones conficiet sanitatis, & non consummabuntur
opera eius. Et paulo inferius. *Da locum Medico, etenim illum Dominus creauit, & non discedat à te, quia*
opera eius sunt necessaria. Quòd institutum affirmauit Hipp. lib. de pris. med. inquiens. *Ex quo sanè*
efficitur, vt nihil neq; ad cognitionem vtilius, neq; magis necessarium existat, vt rectè, conuenienterque
ratiocinando inuestigasse mihi videantur, & ad hominum naturam accomodatè primi, istam inuenisse,
artemq; dignam iudicasse, quæ ad Deum autorem ex maiorum institutis referretur. Nam per maiorũ
instituta, tum Ecclesiastici præceptum illud, iam allatum intelligit, tum etiam Moysis verissimi
Vatis documentum enarratum, vt eius munus, ac magis vtile, tum ad cognitionem, tum ad ne-
B cessitatem relatum, accomodatumq; ad hominum vitæ custodiendæ, & prolungandæ prouiden
tiam, tam in sanitatis tuitione, quàm in morborum sublatione constituisset: Ideo sequitur etiam
vt sicuti Deus, & Natura semper rectè agunt, ad finem certissimum consequendum, ac possiden-
dum, ità etiam Medicina à Deo statuta, secùndum naturam certa sit, per se, & primo primitate
formali, ad suum finem obtinendum; sicuti etiam certissima perpetuò sunt medicamenta suis
virtutibus sanatiuis, semper eodem modo à Deo, & à Natura condita. Quocirca medicina diui-
na reperitur sua origine, vt Dei munus, ab eo constitutum, ac certum, rectum, & inculpabile, pro
qua eius certitudine, alia duo munera Deus ipse nobis dono dedit, quorum primum est, quòd
Apollo eius inuentor, secundum verò quòd Apollinis filius Æsculapius amplificator eiusdem
fuerit, vt Soranus Ephesius ait. Vnde Hippocrates in iureiurando, hos duos pro Dijs nũcupauit:
similiterq; Hygeam, quæ conseruat, & Panaceam, quæ reuocat sanitatem Deas appellauit: Quæ
ambæ Æsculapij patris, & Lampatiæ matris filię fuere; sicuti aliæ duæ, nempè Agla, & Iasa medi
corum premia notant, vt Ioannes Heurnius adnotauit: Non autem meminit Hip. duorũ Æscula
pij filiorum, nimirum Podalirij, & Machaonis, cum artifices fuissent, ac bello Troiano Agamẽ-
nonem ducem secuti fuissent ceu Chyrurgiæ inuentores procul ab Æsculapij templo existentes,
C Cæterum ad quid Hip. quæso Medicinam ab Apolline inuentam, ab Æsculapio amplificatam,
tantis laboribus perficere omnino aggressus est? vt Gal. & Soranus Ephesius asseuerarunt, nisi ea
esset perpetuę certitudinis? cur amabo ipse Hip. in suis omnibus operibus veracissimus, vt Gal. te
stimonio patet; atq. ingenio maximè philosopho preditus, hinc omniũ non modo philosopho-
rum, verum etiam Medicorum primus Autor, medicorumq: princeps rationalium dogmatum:
ità peritissimus, ac fide cęteris medicis dignior, vt quidem diuinus à Galeno, & ab alijs existima-
tus, potiusquam humanus fuerit, in dignoscendo; cur, dico, Medicinam, vt artem scientificam, ac
firmam vndiq; immensis defatigationibus, longaq. experientia, longissimisq; obseruationibus
compleuit? non nisi vt totam, ac omnino veram, atq; certam illam perficeret, ac illustraret, vt lo-
cis proprijs exposui. Ideo vt totam per se firmam constitueret Hipp. medicinam, ipsi Medicinæ
tum physicam, tum moralem, ac logicam simul iunxit, partim vt demõstratam, & scientificam,
partim vt demonstratiuam, ac experimento certificatam, partimq; prudentia infallibilem red-
deret. Hinc etiam methodi medendi, quæ recta via medendi etiam appellatur, Autor fuit, vt ne-
dum ex ipsius Hip. decretis patet, verum etiam ex Gal. testimonio: & quatenus Medicina secùn
dum naturam se habet; idcirco non modo operationum Naturæ primus explorator, ac inuẽtor
D fuit; at etiam omnium primus Hipp. qui naturę elementa inuenit, quo in loco ait Gal. Hippo-
cratem sufficienter de elementis demonstrasse. Quocirca inquit, Aristotelem potius Hippocra-
tis rationum de natura commentatorem, ac interpretem fuisse, quam Autorem, cum Hipp. pri-
matum, & secundarum qualitatum indagator fuisset, ac etiam mixti generationem inuenisset.
Verùm ne prolixus sim, Hipp. omnium bonorum artis medicæ Autor, & Dux fuit. Ideo omnia
Hipp. dogmata recta, atq; verissima; hinc eius dogmata ipsa secutus est ipse Gal. vt ipsemet fas-
sus est: quippe qui affirmauit Hippocratis dicta exquisita esse, cum nihil frustra scripserit, aut di-
xerit, vt asseuerauit Gal. adeo vt Hippocratis dictio, & scriptum ceu Dei vox fuit perpetuæ veri-
tatis, ac certitudinis, vt idem Gal. affirmauit, Vnde sicuti Deus O. M. medicinam constituit, ità
Hipp. eam compleuit, cum autem Deus ipsam ferè omnino certam statuisset, & demonstrabilẽ,
communiterq; scientificam, ideo quoq. Hipp. eam perficit Methodo demonstratiua, & scientifi-
ca secùndum sapientiam: Hinc etiam Medicum philosophum tum naturalem, tum ciuilem, tum
metaphisicum simul atq. logicum Deo similem esse depromit Hipp. quatenus Medicus medici-
næ penitus collega, & socius, ità certam Medicinę exercitationem possidet, sicuti à Deo ipsa iam
certa quoq, à medicis assignata fuit. Mortuo autem Hip. postea Sophistę aliqui non defuerunt,
inter quos Erasistratus, Themison, ac Tessalus, & alii, qui sanè ità prodigiosis mendacijs, maxi-
misque

Gen. c. 1. Ecclesiastico c. 38. Pag. 19. ex Poef. ex Hcat. 74. & 75. ex Com. fol. 19 ex Matin ve 20 poetic. 3. & 24. 5. Hip. toto lib. de ant. med. vt et debimus in co. fi Deo placent vbi de inc. cert. 1 particulari di. cam. In sacr. & gog. præfat. Gal. a. meth. c. 2.

Hip. lib. iureiurand. Locorum cita. tis. 3. De dieb. decr. c. 3. 2. Meth. c. 1. 2. De naturali facul. c. 3. 3. De decr. Hip. c. 4. 2. De dieb. decr. 2. De cauf. pulf. c. 3. 1. & 1. de die. decr. c. 3. & li. de vene fec. aduer. Erasist. cap. 6. & com. 3. in prog.

Lib. de loc. in ho. p. 431. & lib. de flatib. 767. & toto lib. de arte toto q. li. de pri. med. toto q. lib. de decore. toto q. lib. præcep. Gal. 9. meth. c. 18 & ex ipso Hipp. locis ante citatis. de dec. de prisc. med. & præcep. Lib. de arte ex Poef. p. 4. & lib. de prif. me. 19. & lib. de dec. & præcept. 3. Meth. c. 10. & 2. meth. c. 6. Gal. de fac. na. c. 31. 2. De elem. c. 9.

1. De fac. nat. c. 4. & 1. met. me c. 2. Hipp. de na. hu. & 1. de vict. rat. & Gal. 1. de ele. c. 5. & c. 31. 1. De nat. fac. c. 7. Gal. lib. de ven. sect. 2. Etr. c. 1. & de præco. & poster. c. 3. & 1. ad Glauc. c. 1. 3. De nat. facul. c. 33. com. 1. de vict. rat. in mor. ac. c. 14. & com. 7. Aph. 61. Gal. 3. de dieb. decr. c. 12. & 8. de vsu par. c. 6. 1. De vsu part. c. 9.

Deus medicinæ institutor. 1. Autoritas. 2. Autoritas.

3. Autoritas Hippoc. & ex Theologis à rebus. Medicina magis vtilis est in cognitione, magisq. necessaria hominibus quam cæteræ res cum fine ad hominum vitæ prouidentiam constituta. Certa est medicina Dei munere, & à Natura.

Autores Græci.

2. & 3. ratio. & 3. munus Dei in medicina. Medicinæ inuentor, & auctor. Apollo. Æsculapius Apollinis filius. Hygea. Panacea. Agla. Iasa. Podalirius. Machaon. 4. Ratio, & quartum ipsum quidem maximum fuit. Hip. medicinæ perfector, qui Asclepias fuit.

Hippo vox Dei fuit complectens medicinã certã vt acquisitiuã à medicis, sicuti simpliciter Deo eam iam constituit.

5 Ratio, & quintum munus. Autores Arabes.

Sophistæ post Hip. obitũ medicinam errorib. dilapidarũt, vnde eam fallacẽ reddiderunt.

Elapso 589 anno Gal. post Hippo. fuit.

Gal. Dei prouidẽtia impulsus ad incumbẽdũ medicinæ, vt eã ipse à Gal. à Sophistarũ erroribus vindicaret, eamq; iterũ certã relinqueret, vt eam iã Deus certã constituit ac vt Hip. certã nobis consignauit.

6 Ratio, ac sextũ munus Dei nobis Italis dono datum.

Auicennas.

misque, ac infinitis erroribus deprauarunt, quòd artem à Deo nobis dono datam, & ab Hip. assi-
gnatam vndiq; certam venenarint, ac fallacem eam reddiderint: Vnde vice salutis vitæ homi-
num; mors potius erat, ab ijs instituta. Quocirca ne tale Dei munus antea quater hominibus do-
no datum ad hominum vitę custodiam, seu prouidentiam contaminata, neq; venenata à Sophy
starum erroribus maneret: Deus sua quidem prouidentia post Hippocratis obitum elapsis circi-
ter annis sexcentis. Virum omnibus quidem disciplinis bonis præstantissimum excitauit, vt ver-
ba scriptis mandando ipse nobis iterum Medicinam à Sophistarum deprauationibus depuratã
certam, rectam, & inculpabilem, ac reparatam consignaret: Ipse etenim Gal. fuit, qui diuino im-
pulsu somnij prius eius patris, postea eiusdem quoq; Galeni quibus somnijs munitus Galenus vt
ille, qui somnijs fidem præbuit, cum etiam clarissima fuerint somnia, dum annum decimum se-
ptimum agebat, tribus annis ante eius Patris obitum, diuina prouidentia ita ductus, medicinæ
operam dare cæpit, vt illam cum philosophia coniungeret. Si itaq; Medicina non esset certa auxi
lio logicæ, physicæ, atque moralis virtutis, vt Hippocratis sententia iam dictum fuit, opus non
fuisset isto quinto Dei munere, quo Galenum excitauit tum ad ea, quæ imminuta, & obscura ab
Hipp. scripta fuere, perficienda, & dilucidanda; tum etiam ad Medicinam multis Sophistarum
erroribus coinquinatam, iterum certam, ac depuratam reddendam. Verùm quoniam post Gale-
num transactis multis quidem annis plures autores Arabes effloruerunt, inter quos Auicennas B
fuit, qui fuit nobilissimus, ac Rex Arabum, bonarumq; disciplinarum studiosissimus, qui vir cum
Hippocratis, Platonis, Aristotelisque, & Galeni libros perlegisset, deinde autorum istorum plura
volumina, ac libros è græco idiomate, in suam linguam Arabam permutauit: hinc Arabum Me-
dicorum Princeps fuit, cuius sectæ Mesues quoque Aliabas, Rasis, Serapico, Albucasis, & Alpha
tabius fuere: sed Auicennas potissimum aliquibus morborum obseruationibus, ac etiam medi-
camentorum plurium inuentione operam Medicinę dedit, etsi Rex esset: Vnde istorum Arabum
libri exinde facillimè è lingua araba à quodam viro Hispano latinitate donati fuerunt, in gra-
tiam Alphonsi tunc temporis Hisp. Regis literarum amicissimi, cum Hispania Arabum regioni
contermina iaceat. Ex Hispania verò subinde ij Arabum libri in Gallias, & in Gymnasium Pary
siense, nec non in Italiam in Academiam Patauinam peruenerunt. Quocirca ijs regionibus libri
tantum Arabum noti fuere, ac id multo temporis spatio, maximoque applausu: Hinc Auicennę
libri omnes primo explanati fuere, tum à Gentile Fulginate, tum à Iacobo de Partibus, etiamsi
hi libri erroribus coinquinati essent, penuriæ linguæ Græcæ causa. Ea propter Medicinæ vndiq;
certæ doctrina à Græcis inuenta, ac perfecta, tum nobis Italis, tum Gallicis, tum Hispanis ignota
erat: eo quia solummodo græco calamo Hippocratis, & Galeni conscripti fuere. Cæterum sicuti
Arabes in exercitatione plurimam medicinæ iuuarunt, sic per oppositum in doctrina valde no- C
cuerunt, cum Arabes ipsi superstitiosi fuerint, vt Valesius in suis cõtrouersijs ait, & alter eximius
vir Scholæ Tubingensis suis constitutionibus Medicinæ: Hine Aquapendens, qui meorum Pręce-
ptorum vnus fuit, sæpè hoc dictum in suo ore habebat, nempè, quod à Græcis doctrinam, ab
Arabibus verò praxim nos habuimus; Idcirco medicina quadantenus varijs erroribus ab Ara-
bibus deprauata fuit. Quam ob rem Montanus commentarijs Auicennæ inquit. *Dixi alias eum*
fuisse, & Nobilissimum & Principem, non autem Medicum: Ideo est verisimile hæc omnia, quæ scripsit,
ex alijs eum collegisse, & multa collecta, quæ non intellexit scriptis mandasse. Propterea quod exinde
ne amplius Medicina omnino certa, & recta Hippocratis, & Galeni delitesceret, Deus ne frustra
alia iam allata munera sua nobis dono data fuissent, suo quidem diuino impulsu fecit, vt viri vn
dique doctissimi efflorerent vtriusque linguæ tum græcæ, tum latinæ peritissimi, Nicolaus Leo
nicenus, & Theodorus Gaza, ac alij exinde, qui cum hanc artem medicam à Deo ferè penitus
certam statutam, & rectam, Arabum erroribus scriptis relictis, fallacem redditam, exploratam
habuerint, sola veritate, ac humanitate excitati, ac impulsi, iterum, ac iterum eam reparatam, ac
certam, & inculpatam, omninoque ab erroribus depuratam nobis Italis tradiderunt; cum om-
nes tam Hippocratis quam Galeni libros prorsus eodem modo, quo græcè conscripti fuerint,
eodemque modo fideliter latinè traduxerunt. Quo acto, subinde in toto terrarum orbe Medici-
na modis narratis certa recognita est, atque etiam tum publicè, tum priuatè per omnium Medi-
corum manus deuenit, ac pertransiuit, vt modo est.

9. Meth. c. 4 & l. ad posth. c. 3.

Li. de sectis ad eos qui introducuntur in fine.

14 Meth. med. c. 8 & de cur. ra. per sang. miss. c. 23.

Li. de sectis eos qui introd. in fine.

3. De vsu par. c. 8.

Autorum græcorum libri e græco in Arabum perperam Auicennæ tempore permutarũt.

Arabũ superstitiosa delictis medicina deprauata fuit aliquo tẽporis spatio, hinc & medicina fallax erat post Galeni mortem.

Arabes medicinam sicuti in exercitatione ampliarunt, ita in doctrina lacerarunt.

Fr. 1. Aquapendentis dictum.

Lib. 3. sect. 1. c. 2. 2. in fine.

In lib. cam. Au. prim. fen. c. 1. de humor. lect. 32. p. 386.

Montanus Auicenna notauit.

Deus sua benigna, ac summa prouidentia viros excitauit græcis locutionib. vt certã medicinam græcorum è calamo græco in latinum ipsi viri reducerent ne amplius Arabum superstitiosis erroribus medicina in Italia, Gallia, & Hispania incerta esset.

Finis Encomij certitudinis Medicinæ.

Laus honor, & gloria semper Deo eiusque Matri Mariæ semper Virgini.

